

JOANNIS DLUGOSSII

ANNALES SEU CRONICAE
INCLITI REGNI POLONIAE

LIBER DECIMUS

et

LIBER UNDECIMUS

1406-1412

VARSAVIAE 1997

WYDAWNICTWO NAUKOWE PWN

Consilium Editorum

C. BACZKOWSKI, M. KOWALCZYK, J. MRUK, S. PERZANOWSKI,
M. PLEZIA (praeses), F. SIKORA (secretarius), D. TURKOWSKA, G. WYROZUMSKI

Textum recensuit

DANUTA TURKOWSKA

Moderatore

MARIANO PLEZIA

Commentarios confecerunt

CRISTOPHORUS BACZKOWSKI, FRANCISCUS SIKORA

Moderante

FRANCISCO SIKORA

Volumem hoc editum est sumptu
Consilii Studiis Promovendis
(Komitet Badań Naukowych)
adiuvante Ministerio
Vitae Humanioris Cultui
atque Artibus Promovendis
(Ministerstwo Kultury i Sztuki)

Biblioteka Narodowa
Warszawa



30001004541944

Copyright © by
Wydawnictwo Naukowe PWN S.A.
Warszawa 1997



III 694.435

ISBN 83-01-12399-0



Wydawnictwo Naukowe PWN S.A.

Redaktor Maria Skowronek
Redaktor techniczny Stanisława Rzepkowska

Wydanie pierwsze
Arkuszy drukarskich 22

Skład i łamanie: Drukarnia Uniwersytetu Jagiellońskiego
Druk ukończono w grudniu 1997 r.

Druk i oprawa: Toruńskie Zakłady Graficzne „Zapolex”
Toruń, ul. Gen. Sowińskiego 2/4

1998 eb 10305/13

Nr. inw. 1. 894. 019

ERRATA

Strona	Wiersz		Jest	Ma być
	od góry	od dołu		
4	12		[brak]	Libri tegumentum ornandum curavit
172	4		[brak]	ANDREAS RUDZIŃSKI <i>HPIV</i> 114

J. Długossii, *Annales seu cronicae...*, Liber X et XI

Editis iam in lucem (1964–1985) Długossii Annalium libris X, qui res Polonorum saec. X–XIV gestas comprehendunt, dum annos 1407 et sequentes ingredimur, deficimur editionis nostrae firmissimo fundamento, codice dico autographo (Cracoviensis Czartoryscianus 1306, nobis A), qui licet non totus sit Długossii manu perscriptus, a librariis tamen eius in domo ipsius Cracoviae exaratus adnotationibus permultis manu auctoris propria adiectis perspersus est atque ita summa apud editores fruebatur auctoritate. Qui postquam nos defecit neque spes ulla restabat recuperandi partem eius alteram, quae enarrationem temporum Długossio ipsi proximorum, saec. XV scilicet, continebat, novi codices quaerendi erant, qui scriptoris mentem atque voluntatem integerrime conservarent atque editori in textu stabiliendo viam munirent. Exstant quidem operis Długossiani apographa numero sexaginta, quae recenset P. Dymmel, *Tradycja rękopiśmienna Roczników Jana Długosza*, Warszawa (PWN) 1992, pp. 292–300 — maximam partem saec. XVI scripta, sed eorum pauca totum historiae corpus, plura partes tantum eius servaverunt.

Quibus in examen vocatis selegimus codices tres, qui cum in parte superiore tradenda maxime cum codicis A memoria conspirarent, in parte etiam recentiore (inde ab anno 1407) memoriam eius genuinam tradidisse putandi erant. Sunt vero:

- codex Bibliothecae Regiae Stockholmiensis 1471 (nobis dictus Delagardianus I–D)
- codex Dresdensis (Sächsische Landesbibliothek G 49–50, nobis M)
- codex Cracoviensis (PP. Mansionariorum in Stradomia 566, nobis S) omnes quidem vergente saec. XVI/XVII exarati.

His aetate praestant alii codices duo:

- codex, qui vulgo vocatur Sanctae Crucis (Świętokrzyski), est vero Bibliothecae Academiae Scientiarum Kornicensis (in vico Kórnik prope Posnaniam) 197–198 (nobis C),
- codex Vratislaviensis Ossolinianus I 109 (nobis O). Quorum hic quinto saec. XVI decennio (1540–1548) pro certo assignandus est, ille secundo vel tertio eiusdem saeculi decennio tribui potest. Fidem eorum cum certis ob causas, quas per singula explicare prolixius esset, memoria A comparata

P R A E F A T I O

Editis iam in lucem (1964–1985) Długossii Annalium libris X, qui res Polonorum saec. X–XIV gestas comprehendunt, dum annos 1407 et sequentes ingredimur, deficiamus editionis nostrae firmissimo fundamento, codice dico autographo (Cracoviensis Czartoryscianus 1306, nobis A), qui licet non totus sit Długossii manu perscriptus, a librariis tamen eius in domo ipsius Cracoviae exaratus adnotationibus permultis manu auctoris propria adiectis perspersus est atque ita summa apud editores fruebatur auctoritate. Qui postquam nos defecit neque spes ulla restabat recuperandi partem eius alteram, quae enarrationem temporum Długossio ipsi proximorum, saec. XV scilicet, continebat, novi codices quaerendi erant, qui scriptoris mentem atque voluntatem integerrime conservarent atque editori in textu stabiliendo viam munirent. Exstant quidem operis Długossiani apographa numero sexaginta, quae recenset P. Dymmel, *Tradycja rękopiśmienna Roczników Jana Długosza*, Warszawa (PWN) 1992, pp. 292–300 — maximam partem saec. XVI scripta, sed eorum pauca totum historiae corpus, plura partes tantum eius servaverunt.

Quibus in examen vocatis selegimus codices tres, qui cum in parte superiore tradenda maxime cum codicis A memoria conspirarent, in parte etiam recentiore (inde ab anno 1407) memoriam eius genuinam tradidisse putandi erant. Sunt vero:

- codex Bibliothecae Regiae Stockholmiensis 1471 (nobis dictus Delagardianus I–D)
- codex Dresdensis (Sächsische Landesbibliothek G 49–50, nobis M)
- codex Cracoviensis (PP. Mansionariorum in Stradomia 566, nobis S) omnes quidem vergente saec. XVI/XVII exarati.

His aetate praestant alii codices duo:

- codex, qui vulgo vocatur Sanctae Crucis (Świętokrzyski), est vero Bibliothecae Academiae Scientiarum Kornicensis (in vico Kórnik prope Posnaniam) 197–198 (nobis C),
- codex Vratislaviensis Ossolinianus I 109 (nobis O). Quorum hic quinto saec. XVI decennio (1540–1548) pro certo assignandus est, ille secundo vel tertio eiusdem saeculi decennio tribui potest. Fidem eorum cum certas ob causas, quas per singula explicare prolixius esset, memoria A comparata

probare nequeamus, propter antiquitatem ipsam ad Dlugosii ipsius tempora (moritur 1480) prope accedentem negligere eos non possumus.

Itaque textus noster lectionibus D M S maxime constat, inspectis praeterea auctoritatis augendae causa etiam codicibus C O. Quibus de rebus in libello periodico q. i. Rocznik Polskiej Akademii Umiejętności 1991/1992, pp. 231–235 fusius disputavimus.

Diversa est memoria libri historiae Dlugossianae XII, sed haec suo loco elucidanda erit.

Quod ad viam et rationem spectat, qua Annalium contextus constituendus est, ab iis normis, quae in volumine Latino secundo (edito 1970) pp. 7–13 constitutae sunt, nihil declinavimus hoc excepto, quod orthographia codicis autographi (A) in voluminibus superioribus religiose conservata atque proinde varia et instabilis parum mutanda atque nunc et deinceps constans minimeque a se ipsa discrepans effingenda erat, qua in re tamen codicis A scripturae formam quantum fieri potuit imitati sumus.

MARIANUS PLEZIA

PROLEGOMENA

Commentarii, qui ad res quae libris X–XII Annalium continentur explicandas spectant, compositi sunt secundum novam instructionem a Carolo Mieszkowski, Christophoro Ozóg, Francisco Sikora confectam atque ab Antonio Gaşiorowski approbatam.

Qui maximam partem in explicandis nominibus propriis personarum locorumque versantur, quae in hoc Annalium volumine, praecipue ubi bellum cum Ordine Cruciferorum describitur, abundant, nonnullis quae ad operis analysim criticam pertinent adiectis. Quae nomina, perpaucis exceptis, personarum sunt, quae aliis fontibus comprobantur, quare a Dlugossio fictae nullo modo haberi possunt. Nomina propria locorum personarumque intra Regni Poloniae fines occurrentium a Francisco Sikora, quae autem ad res extraneas pertinent a Christophoro Baczkowski explicata sunt. Lectionum varietatem autem, quae ad nomina propria pertinet, non nisi quae plurimum discrepat, notandam duximus.

Commentarii a Christina Pieradzka et Iosepho Garbacik confecti, qui volumine hoc in linguam Polonam verso continentur, vix adhibiti sunt.

Accipiendam autem duximus revisionem criticam descriptionis vexillorum exercitus Cruciferici ac Polonici ab Adamo Kamiński confectam, cui notam tantummodo bibliographicam adiecimus.

Commentarios ac prolegomena in linguam Latinam Christophorus Pawlowski vertit.

Editio facta est sumptu Consilii Studiis Promovendis (Komitet Badań Naukowych, grant nr 1P 108 005 04), quem huic operis nostri parti edendae assignari Marianus Plezia sub patronatu Academiae Scientiarum et Litterarum Polonae (Polska Akademia Umiejętności) obtinuit. Qui vir doctissimus nuper defunctus hanc editionem curavit nec non codices selegit, quibus volumina Annalium sequentia (quae ad a. 1413–1430 et 1431–1444 pertinent) inniti debent.

Fidem lectionum, quae hoc volumine duobusque sequentibus laudantur, praestiterunt: codicis D — Lydia Korczak, codicis C — Patricia Gaşiorowska et Matthias Antecki, codicis O — Agnes Caba, codicum M et S — Christophorus Pawlowski et Michael Rzepiela.

Diploma pacti Lubovlae a. 1412 initi cum originali in Archivo Varsaviae asservato a Christina Pieradzka collatum est. Textum moderante Mariano Plezia, Danuta Turkowska constituit.

CONSILIUM EDITORUM

A B B R E V I A T I O N E S

In commentariis

- a. — annus
 adn. — adnotatio
 AGAD — Archiwum Główne Akt Dawnych w Warszawie
 AKP — Archiwum Komisji Prawniczej (Polskiej) Akademii Umiejętności
 Annales — Joannis Dlugossii *Annales seu Cronicae incliti Regni Poloniae, Liber I et sq.*, Varsaviae 1964
 APK — Archiwum Państwowe w Krakowie
 archiep. — archiepiscopus
 AST — *Acten der Ständetage Preussens unter der Herrschaft des Deutschen Ordens*, hrsg. von M. Toeppen, Bd. Ia, Leipzig 1874
 Banderia — Jan Długosz, *Banderia Prutenorum*, wyd. K. Górski, Warszawa 1958
 Berichte — *Die Berichte der Generalprokuratoren des Deutschen Ordens an der Kurie*, Bd. II, bearb. von H. Koeppe, Göttingen 1960
 Biskup, *Bitwa grunwaldzka* — M. Biskup, *Bitwa grunwaldzka. Geneza — przebieg — znaczenie — tradycja*, Warszawa 1991
 Biskup, *Z badań* — M. Biskup, *Z badań nad wielką wojną z Zakonem Krzyżackim*, „Kwartalnik Historyczny”, LXVI, 1959, s. 671–715
 Boniecki — A. Boniecki, *Herbarz polski*, t. I–XVII, Warszawa 1899–1913
 Bullarium — *Bullarium Poloniae III: 1378–1417, IV: 1417–1431*, edid. et cur. I. Sulowska-Kuraś et S. Kuraś [t. IV] ac H. Wajs, Romae — Lublini 1988, 1992
 Cal. — Calisiensis
 can. — canonicus
 canc. — cancellarius
 cap. — capitaneus
 card. — cardinalis
 cast. — castellanus
 Castr. Crac. — Castrensia Cracoviensia. Księgi sądu grodzkiego krakowskiego, APK
 cf. — confer
 Cod. epist. — *Codex epistolaris saeculi decimi quinti*, t. I, ed. A. Sokolowski, J. Szujski, t. II, coll. A. Lewicki, Cracoviae 1876, 1891
 Cod. Vit. — *Codex epistolaris Vitoldi magni ducis Lithuaniae 1376–1430*, coll. A. Prochaska, Cracoviae 1882
 Crac. — Cracoviensis
Cronica conflictus — *Cronica conflictus Wladislai regis Poloniae cum Cruciferis anno Christi 1410*, ed. Z. Celichowski, Poznań 1911
 distr. — districtus
 Dogiel — *Codex diplomaticus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae*, ed. M. Dogiel, t. I, IV, Vilnae 1758
 Dworzaczek, *Genealogia* — W. Dworzaczek, *Genealogia*, Warszawa 1959
 Dworzaczek, *Leliwici* — W. Dworzaczek, *Leliwici Tarnowscy. Z dziejów możnowładztwa malopolskiego. Wiek XIV–XV*, Warszawa 1971
 E — East (oriens)
 Ekdahl — S. Ekdahl, *Die „Banderia Prutenorum“ des Jan Długosz — eine Quelle zur Schlacht bei Tannenberg 1410*, Göttingen 1976
 Ekdahl, *Tannenberg* — S. Ekdahl, *Die Schlacht bei Tannenberg 1410. Quellenkritische Untersuchungen*, Bd. I: *Einführung und Quellenlage*, Berlin 1982
 Encicl. Ital. — *Enciclopedia Italiana*
 Engel — P. Engel, *Magyarország világi archontológiája 1301–1457*, t. I–II, Budapest 1996
 ep. — episcopus
 Eubel — *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, ed. C. Eubel, ed. altera t. I–II, Monasterii 1913–1914

- f. — filia, filius
 Fedorowicz — K. Fedorowicz, *Dostojnicy i urzędnicy świeccy województwa krakowskiego 1374–1506*. Archiwum Komisji Historycznej [Polskiej] Akademii Umiejętności, t. VIII, 1898
- fl. — flumen
 Gąsiorowski, *Itinerarium* — A. Gąsiorowski, *Itinerarium króla Władysława Jagielly 1386–1434*, Warszawa 1972
 Gąsiorowski, *Nad nowym wydaniem* — A. Gąsiorowski, *Nad nowym wydaniem „Roczników” Jana Długosza, „Przegląd Historyczny”, LXXIV, 1983, s. 113–129*
- Gnesn. — Gnesnensis
 Goll — J. Goll, *Cechy a Prusy ve středověku*, Praha 1897
 Iuniv. — Iunivladislaviensis
 Jasiński, *Rodowód* — K. Jasiński, *Rodowód Piastów śląskich*, t. I–III, Wrocław 1973–1977
 Joachim, Hubatsch — *Regesta historico-diplomatica Ordinis S. Mariae Theutonicorum 1198–1525*, hrsg. E. Joachim, W. Hubatsch, Göttingen 1948–1950
 KDCK — *Kodeks dyplomatyczny katedry krakowskiej św. Wacława*, cz. II, wyd. F. Piekosiński, Kraków 1883
 KDM — *Kodeks dyplomatyczny Małopolski*, t. IV, wyd. F. Piekosiński, Kraków 1905
 KDW — *Kodeks dyplomatyczny Wielkopolski*, t. V, wyd. F. Piekosiński, Poznań 1908, t. VI–X, wyd. A. Gąsiorowski, H. Kowalewicz, R. Walczak, T. Jasiński, Warszawa, Poznań 1982–1993
 Klejnoty — *Klejnoty Długoszowe*, wyd. M. Friedberg, in: *Rocznik Polskiego Towarzystwa Heraldycznego*, t. X, 1930, Kraków 1931, p. 1–118.
- km — kilometr (chilometer)
 KMW — Komunikaty Mazursko-Warmińskie
 Kod. Lit. — *Kodeks dyplomatyczny Litwy, wydany z rękopisów w Archiwum Tajnem w Królewcu zachowanych przez E. Raczyńskiego*, Wrocław 1845
 Korytkowski, *Pralaci* — J. Korytkowski, *Pralaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej od r. 1000 aż do dni naszych*, t. 1–4, Gniezno 1881–1883
 Krzyżaniakowa — J. Krzyżaniakowa, *Kancelaria królewska Władysława Jagielly. Studium z dziejów kultury politycznej w XV wieku*, cz. I–II, Poznań 1972, 1979
 KSN — *Najstarsza Księga Sądu Najwyższego Prawa Niemieckiego na Zamku Krakowskim*, wyd. A. Klodziński, AKP, t. X, Kraków 1936
- Kuczyński, *Polskie herby* — S. K. Kuczyński, *Polskie herby ziemskie. Geneza, treści, funkcje*, Warszawa 1993
 Kuczyński, *Wielka wojna* — S. M. Kuczyński, *Wielka wojna z Zakonem Krzyżackim w latach 1409–1411*, wyd. V, Warszawa 1987, 1988
- Lanc. — Lanciencis
 Lites — *Lites ac res gestae inter Polonos Ordinemque Cruciferorum*, ed. altera, t. II, Posnaniae 1892
 Lub. — Lublinensis
 MSHG — *Materiały Pracowni Słownika historyczno-geograficznego Cracoviae et Posnaniae*
 MPH — *Monumenta Poloniae Historica*
 N — North (septentriones)
 Nadolski, *Grunwald* — A. Nadolski, *Grunwald. Problemy wybrane*, Olsztyn 1990
 Nowacki, *Archidiecezja* — J. Nowacki, *Dzieje archidiecezji poznańskiej*, t. I–II, Poznań 1964, 1966
 opp. — oppidum
 OSN — *Ottiv Slovník Naučný. Illustrovaná Encyklopedie Obecných Vědomostí*, t. I–XXVIII, Praha 1888–1908, t. I–XI Dodatky, Praha 1908–1940
- p. — pagina
 palat. — palatinus, palatinatus
 PSB — *Polski Słownik Biograficzny*
 Posn. — Posnaniensis
 Preuss. Urkb. — *Preussisches Urkundenbuch. Politische (allgemeine Abteilung)*. I/1, hrsg. v. R. Philippi in Verbindung mit C. P. Wölky, Königsberg 1882; I/2, bearb. v. A. Seraphim, Königsberg 1909; II, hrsg. v. M. Hein und E. Maschke, Königsberg 1932–1937
 RD — *Rachunki dworu króla Władysława Jagielly i królowej Jadwigi z lat 1388–1420*, wyd. F. Piekosiński, Kraków 1896
- Roczniki — *Jana Długosza Roczniki czyli Kroniki sławnego Królestwa Polskiego*, księga 10 i 11, 1406–1412, Warszawa 1982
 Rozbiór I — *Rozbiór krytyczny Annalium Poloniae Jana Długosza*, t. I z lat 1385–1444, pod red. J. Dąbrowskiego, oprac. S. Gawęda, K. Pieradzka, J. Radziszewska, K. Stachowska, Wrocław 1961
- S — South (meridies)
 s. — sancta, sanctus
 saec. — saeculum
 Sand. — Sandomiriensis
 SBPN — *Słownik biograficzny Pomorza Nadwiślańskiego*, pod red. S. Gierszewskiego, t. I, Gdańsk 1992, t. II pod red. Z. Nowaka, Gdańsk 1994
 SHGCh — *Słownik historyczno-geograficzny ziemi chełmińskiej w średniowieczu*, oprac. K. Porębska, przy współpracy M. Grzegorza, Wrocław 1971


- SHGK — *Słownik historyczno-geograficzny województwa krakowskiego w średniowieczu*, oprac. W. Bukowski, J. Kurtyka, J. Laberschek, Z. Leszczyńska-Skrętowa, F. Sikora, cz. I–III, Wrocław 1980 sq.
- SHGL — *Słownik historyczno-geograficzny województwa lubelskiego w średniowieczu*, oprac. S. Kuraś, *Dzieje Lubelszczyzny*, t. III, Warszawa 1983
- SHGP — *Słownik historyczno-geograficzny województwa poznańskiego w średniowieczu*, oprac. S. Chmielewski, K. Górska-Golaska, T. Jurek, J. Luciński, G. Rutkowska, I. Skierska, cz. I–III, Wrocław 1982 sq.
- SHGPł — *Słownik historyczno-geograficzny województwa płockiego w średniowieczu*, z. 1–2, oprac. A. Borkiewicz-Celińska, Wrocław 1980–1981
- Sir. — Siradiensis
- Soldbuch — *Das Soldbuch des Deutschen Ordens 1410–1411*, ed. S. Ekdahl, Bd I, Köln-Wien 1988
- SPPP II, VIII — *Starodawne Prawa Polskiego Pomniki*, t. II, VIII, Kraków 1870, 1886
- sq. — sequens
- SRPr — *Scriptores Rerum Prussicarum*, hrsg. Th. Hirsch, M. Toppfen, E. Strehle, t. I, III, V, Leipzig 1861, 1863, 1874
- Sulkowska-Kurasiowa, *Dokumenty* — I. Sulkowska-Kurasiowa, *Dokumenty królewskie i ich funkcja w państwie polskim za Andegawenów i pierwszych Jagiellonów 1370–1444*, Warszawa 1977
- Szostkiewicz, *Katalog* — Z. Szostkiewicz, *Katalog biskupów obrządku łacińskiego przedrozbiorowej Polski*, Rzym 1954
- t. — tomus
- tab. — tabula
- Terr. Crac. — *Terrestria Cracoviensia*, Księgi sądu ziemskiego, APK
- UB — *Urzednicy województwa belskiego i ziemi chełmskiej XIV–XVIII wieku. Spisy*, oprac. H. Gmiterek i R. Szczygiel, pod red. A. Gąsiorowskiego, Kórnik 1992
- UC — *Urzednicy centralni i nadworni Polski XIV–XVIII wieku. Spisy*, oprac. zbiorowe, pod red. A. Gąsiorowskiego, Kórnik 1992
- UCL — *Urzednicy centralni i dygnitarze Wielkiego Księstwa Litewskiego XIV–XVIII wieku. Spisy*, oprac. H. Lulewicz i A. Rachuba, Kórnik 1994
- UŁS — *Urzednicy łączycy, sieradzcy i wielunscy XIII–XV wieku. Spisy*, oprac. J. Bieniak i A. Szymczakowa, pod red. A. Gąsiorowskiego, Wrocław 1985
- UM — *Urzednicy malopolscy XII–XV wieku. Spisy*, oprac. zbiorowe, pod red. A. Gąsiorowskiego, Wrocław 1990
- UR — *Urzednicy województwa ruskiego XIV–XVIII wieku. Spisy*, oprac. K. Przyboś, Wrocław 1987
- UW — *Urzednicy wielkopolscy XII–XV wieku. Spisy*, oprac. M. Bielińska, A. Gąsiorowski, J. Łojko, pod red. A. Gąsiorowskiego, Wrocław 1985
- v. — vide
- Visl. — Visliciensis
- W — West (occidens)
- Wdowiszewski — Z. Wdowiszewski, *Genealogia Jagiellonów*, Warszawa 1968
- Wolff — A. Wolff, *Studia nad urzednikami mazowieckimi 1370–1526*, Wrocław 1962
- WSB — *Wielkopolski Słownik Biograficzny*, Poznań 1981
- ZDK — *Zbiór dokumentów katedry i diecezji krakowskiej*, cz. I: 1063–1415, wyd. S. Kuraś, Lublin 1965
- ZDM — *Zbiór dokumentów malopolskich*, wyd. I. Sulkowska-Kurasiowa i S. Kuraś, cz. I–VIII, Wrocław 1962–1975
- ZH — *Zapiski Historyczne*
- ZO — *Zsigmondkori Oklevéltár*, t. III (1411–1412), wyd. Mályusz Elemér, Borsa Iván, Budapest 1993

In apparatu critico

- D — codex Delagardianus Bibliothecae Regiae Stockholmiensis 1471
- M — codex Dresdensis (Sächsische Landesbibliothek C 59–50)
- S — codex Cracoviensis (PP. Mansionariorum in Stradomia 566)
- C — codex qui vocatur Sanctae Crucis (Bibliothecae Academiae Scientiarum Kornicensis 197–198)
- O — codex Vratislaviensis Ossolinianus I 109
- add. — additum
- corr. — correctum
- del. — deletum
- om. — omisum
- superscr. — superscriptum
- ~ voces transpositas significat
- [...] lacunam significat

Bandierum Civitatis Brunsvicorum quod dicebat
Sub quo erant frangere et omniales
et Caesares discretus Brunsvicorum et aliam milites inter se aduicti

longitudo



latitudo

Nota hoc bandierum continet in longitudine duas vltimas min
quartales. Quia latitudine vero vna vltima cum quartale



BANDERIUM OPPIDI BRANIEWO, BRUNSBERG

Bibliothecae Jagiellonicae codex manuscriptus nr 10001:
Joannis Dlugossii Banderia Prutenorum f. 15v.

*Fundatio Warschoviensis ecclesiae collegiatae
per Ianussium ducem Masoviae*

Ianussius Masovie dux et dominus Cernensis^{b1} de consensu^c Alberti Iastrzambiecz^d episcopi Posnaniensis² in ecclesia parochiali sancti Ioannis in Warschovia fundat collegiatam ecclesiam die Mercurii quinta mensis Ianuarii³ et tres prebendas de capella sanctorum Petri et Pauli castris Czirsko^{e4} in illam^f transfert. Item de ecclesia parochiali Tharzin⁵ fundat preposituram, de ecclesia in Warka⁶ custodiam, de ecclesia Warschoviensi decanatum^g. Item abstulit et^h dismembravitⁱ prefatus Albertus episcopus ab archidiaconatu^j k-Czirnensi in ecclesia Posnaniensi sito, de consensu Alberici^l ipsius archidiaconatus^{-k} tunc archidiaconi⁷, decem decimas manipulares, videlicet in triplici Czarnowo⁸, in Brwynowo^{m9}, Kaley¹⁰, Mrokowoⁿ¹¹, Borowa¹², Granycze¹³, Swianczicze¹⁴, et Byenyewicze¹⁵ et creavit^o ex eis prebendam, quam sue reservavit^p provisioni. Ipsum vero archidiaconatum Czirnensem cum reliquis proventibus prefate invisceravit^q ecclesie Warschoviensi^r. Item fundavit^s septem alias prebendas canonicales super villis, censibus et decimis manipularibus, quas et quos prefatus Ioannes dux cuilibet deputavit prebendarum, quarum quidem decimarum proprietatem a Dobeslao Plocensi episcopo¹⁶ et capitulo pro certis bonis visissitudinario modo permutatis prefatus dux Ianussius habuerat^t. Item fundavit^u quatuor decem vicarios, perpetuas horas nocturnas et diurnas in eadem^v ecclesia Warsoviensi^{-v} expleturos. Ordinans, quod prepositus Warschoviensis duarum cancelliarum, videlicet Zakroczinensis¹⁷ et Wischegrodiensis¹⁸

HP III|565

D, C, M, S
^{a-a} om. D ^b Czernensis M ^c concessu S ^d Jastrzambiecz D, O, S ^e Czersko M ^f illum D, M
^g decanum S ^h om. M ⁱ dismembrat C, S ^j archidiaconatus M ^{k-k} om. M
^l Alberti D, M, S ^m om. M ⁿ Marchowo M, Inrokowo D, S ^o creat C ^p reservat C ^q inviscerat C
^r Varsaviensi M ^s fundat C ^t habuerant S ^u fundat C ^{v-v} ~ M

proventus perpetuo percipiat et quod nullus prelatorum dignitatem sive personatum cum prebenda in eadem ecclesia simul obtineat^a19.

*Castrum Drahim per Cruciferos interceptum
Thomas de Wangleschin iussu regis recuperat*

USURPACIONEM CASTRI DRAHIM a Cruciferis Ioannitis occupati²⁰ Wladislaus Polonie rex²¹, ne processu temporis coalesceret^b et in proprietatem veniret^c, quemadmodum de castro Santhok²² contigit^d, quod eque a^e corpore Regni Polonie per eosdem Cruciferos Ioannitas abstractum est, non sinens esse diuturnam, ad magistrum Ordinis predicti nuncios destinat, qui moneant^f aut castrum Regni Polonie Wladislao regi reddere aut ex illo feudum Regno et regi prestare. Sed magistro utramque condicionem aspernante Thomas de Wangleschin dictus Kozlerogi de domo Ielithonum castellanus Sandomiriensis et capitaneus Maioris Polonie²³ a rege mittitur in illius expugnationem. Qui iussa regis peragens, infra quadriduum robore militum illud, Cruciferis nequicquam^g defendentibus, conquirit, quod ab illo tempore in obediencia et dicione Regni Polonie perseverat²⁴. ||

HP III||566

*Withavdus Lithuaniae dux icto foedere cum Cruciferis
terras Mosquitarum impune vastat*

INFESTA ET ASSIDUA CRUCIFERORUM DE PRUSSIA invasione per fedus ictum Alexander Withavdus magnus dux Lithuanie²⁵ solutus, in terras Mosquitarum et eorum ducem²⁶ collecto ex Polonis, Lithuanis et Ruthenis exercitu, primam expeditionem facit. Quam^h ingressus castrorum expugnatione obmissa, predas tantummodo et spolia agere contentus populacionem iussit extendi. Verum cum nec ea iniuria Mosquite ad decernendum elici possentⁱ, terra Mosquitarum validissime vastata, multis predis et spoliis onustus Lithuaniam remeavit. Multis Polonorum militaria referentibus insignia, que ad flumen^j Uhra²⁷, quod in Mosquitarum terra censetur principalius, duce Alexandro donante acceperant.

D, O, C, M, S

^a Annus Domini 1407 *add. M* ^b coalescerent *S* ^c *om. D, O, C, S* ^d contigit *M* ^e *e D, O, M, S* ^f monerat *C*; monerent *M* ^g nequisquam *C* ^h quas *M* ⁱ posset *M* ^j fluminem *C*

IUDEORUM CRACOVIENSIIUM unus nomine^a Pheter^{b28} vocatus ducere^c principum Slesie nummos et^d regis illos miscere atque exinde magnum sibi captare^e lucrum rei vero publice^f incomodum, deprehensus et convictus, iudiciali sententia dampnatus^g, in corona, cui nummi adulterini^h ab eo veris qui^h immiscebantur, erant insuti, per fora et plateas civitatis Cracoviensis ductusⁱ publicantibus preconibus scelus suum, igne publico^j dampnatus est²⁹.

*Plebs Wratislaviensis contra magistratum seditionem movens,
novos consules e medio sui lectos instituit veteribus destitutis*

IN SANCTE CRUCIS EXALTACIONIS profesto³⁰ commune^k civitatis Wratislaviensis furorem quem diu contra consulatum conceperat^l ructuans, sumptis indutisque armis in sedicionem^m versumⁿ in pretorium, in quo^o consistebant clausi^p extrema veriti consules, irruunt et ostiis, dum sponte non aperiebantur, per vim effractis, destitutis sedicione populari veteribus, tanquam superbe, avare^q inutiliter et negligenter rem publicam administrassent, consulibus, et de pretorio excedere magistratibusque^r abdicare coactis novos ex se lectos instituit³¹.

HP III||567

^s-ANNUS DOMINI MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS SEPTIMUS^{-s}.

*Iudaei in civitate Cracoviensi ob Christianum infantem necatum
vulgi seditioso furore primum per capitaneum restricto et deinde instaurato
spoliantur adeo, ut multi eorum metu necis baptisarentur aedesque
sanctae Annae et aliquot plateae igne domibus Iudeaorum
supposito conflagrarentur*

Magnis opibus, usuraria pravitare tantummodo quesitis et usque ad insolentiam atque invidiam Iudeos in civitate Cracoviensi frequentes et locupletes nonnullaque impietatis

^a D, O, C, M, S numero M ^b Sether D, M, S ^c corr., ducum D, M, S; ducem O ^d om. D ^e captaretur S ^f rei publicae vero C, M ^g est ac add. ^{h-h} ~ M; qui om. O, C, S ⁱ om. D, O, C, S ^{j-j} igni publico M, S; igne publici D ^k communitas D ^l coeperat M; acceperat S ^m seditione S ⁿ versa D ^o pio D; consules add. M ^p et add. M ^q avaro D ^r magistratuique D ^{s-s} om. M

patrantes^a impune scelera, humana coercere atque rescindere potestate negligente, severior aliquanto ulcio Divina humanum neglectum supplici gravitate pensatura, sedicione populari ex levi ut fit momento^b coorta mulctavit. Feria siquidem tertia post festum Pasche¹, que erat vicesima septima^c dies Marci^c, magister Budek canonicus Visliciensis² pronunciato in ecclesia sancte Barbare³ ad populum sermone, e^d cathedra descensurus^e significabat se per cartam in cathedra locatam^e rogatum et admonitum fore^f quatenus quandam novitatem abominandum facinus continentem populo intimaret, se huiusmodi rogacionem^g, cum ex pari avisamento grandem sedicionem in civitate Pragensi prodiisse constabat⁴, consulto suppressisse. A multitudine deinde avidius occulta cognoscere^h cupiente et gestiente^h, ut quidnam rei esset, edicere non cunctaretur, magna instancia rogatus cathedra resumpta levius quam etⁱ magistro^j et predicatori^j conveniret^k rogacionem nefandam publicat. Continebat autem rogacio ipsa Iudeos in Cracoviensi urbe habitantes nocte, que precesserat, Christianorum infante necato in illius sanguine abominaciones impietatis egisse et in sacerdotem ad egrotum Divinissimum Eucharistie Sacramentum deferentem lapides iecisse^l.^m Quo audito^m universus populus quasi signo dato in sedicionem versus, in Iudeos ulcione gravi debachari cepit et unam Iudeorum plateam⁵ plurimis eorum interfectis spoliavit. Clemens deinde de Moszkorzow castellanus Visliciensis et capitaneus Cracoviensis⁶ cum Nicolao Lithwos procuratore generali⁷ et armatis militibus ac^{||}currensⁿ tam sedicionem quam spoliolum restrinxit⁸. Cum autem omnis sedicio et tumultus populi multitudine, que ad spolia aut spectaculum^o convenerat, abacta et in domos reversa quievisse videretur plateeque Iudeorum⁹ a militibus servarentur, campana pretorii, ut consules et magistratus civitatis pro castigandis sedicionis et spoliolum auctoribus convenirent, sonante, eciam vox ab uno e vulgo inter populares emissa sonuit consules et magistratum urbis sono campane Iudeorum spoliolum et stragem imperare. Ad hanc vocem maximo omnium consensu ex universa civitate a plebe concursum est et spoliacio direpcioque atque strages Iudeorum, quam inhibere nemo ausus erat, ex integro instaurata^p vulgique furiosa temeritas in potestatem necandi atque predandi semel progressa nulla cohibicione poterat averti. Que ut facilius conquiesceret, Iudeorum domus^r a Christiano-ne,

HP III||568

D, O, C, M, S

^a patrantibus D, O, C, S ^b momenta M ^c c ~ M ^{d, e} e om. S ^f esse D, M ^g rogatione S
^h h cupiente O; gestiente M, S ^{i, j} j om. M ^k conveniebat M ^l deiecisse M ^m m qua re audita D, O, S
ⁿ occurrens S ^o spectatum S ^p instraatur M ^r domibus M

incertum est, an a Iudeo incensa^a et lacius manante dum nemo restringeret incendio, edes sancte Anne¹⁰ et aliquot platee urbis conflagrate, collegium vero artistarum maximo¹¹ nobilium studencium conatu et labore egre defensum, Iudeorum nonnulli discrimen mortis evitaturi in turrim ianue ad cerdonum habitacula¹² spectantem vicinam se receperant^b. In qua cum prope crepusculum se defendissent, igne^c adhibito succensi se ultro dedunt. Duravit autem strages huiusmodi ab hora diei sexta usque ad crepusculum, sub qua plures numero Iudei^d fuerunt cesi aut capti, multi tandem^e ex eis superstites sponte baptizati. Omnes insuper Iudeorum pueri, quibus Christiani^f pepercerant aut quos de mediis flammis servaverant, sacro fonte^g Christianorum cura renati. Thesaurorum et rerum nobilium magna suppellex in domibus eorum reperta direpta est, ex quibus plerique Christianorum divites effecti in statu et fortunis vehementer aucti sunt, sed et^h in domibus eorum quiescente sedicione plures thesauri in zabulo aut cloacis celati reperiabantur. Annus hic insignis Iudeorum strage, que pro uno etⁱ eodem die non in Cracoviensi tantum urbe sed et in Nissa¹³ et Francofordia^j¹⁴ duobus Zlesie opidis, item in Cantuaria¹⁵ Anglicana^k civitate anno eodem iusto Dei permittente iudicio provenerat. ||

*Wladislaus rex Annam coniugem suam adulterii quasi
cum Iacobo de Kobylany et Nicolao Chrzanstowski militibus patrati
suspectam facit auctore Clemente de Moskorzow,
qui falsae infamacionis convictus probrum reginae
revocare cogitur*

HP III||569

DUODECIMA OCTOBRIS Vladislaus Polonie rex zelotipie spiritu actus, quem in pectore eius duo consiliarii fedi assentatores secreto accenderant, Iacobum de Cobylany^l militem de domo Grzimalitarum¹⁶, quasi stupri cum Anna regina¹⁷ habiti, reum captivat et castro superiori Leopoliensi¹⁸ compeditum vinculis, que annis prope tribus perferre coactus est, includit. Alius insuper miles Nicolaus Chranstowski^m de

D, O, C, M, S

^a incense O; incensis M ^b recipiunt M ^c igni O. ^d Iudaeae D, O, M ^e tamen M, S
^f Christianorum M ^g sponte D, O; fronte S ^h om. M ⁱ ut D, O, M, S ^j Frankfordia C
^k Anglica S ^l Cobylane D ^m Chrzestowski M

domo Strzegomya¹⁹ eodem insimulatus probro in voluntarium exilium abiit. Alterius autem captivitate, alterius vero exilio Anna Polonie regina vulgari infamie, quam^a stube^b reginalis in castro Cracoviensi nullo impetu ruinate casus paucis ante diebus accidens portenderat^c, parum sensate et multorum opinione innocenter addicta est, quoniam et Vladislaus Polonie rex de levitate, quam in infamanda consorte sua^d egerat, a consiliariis in conventu apud Niepolomicze²⁰ eodem anno habito argutus, eam per organum Nicolai Curowski Gnesnensis archiepiscopi²¹ declaravit immunem et anno insequenti accusatores regine gravi ulcione divinitus immissa mulctati^e. Sed nec Andreas Thanczynski^f miles de domo Bipennium²² huius note expers fuit, quippe et ipse in tempore et^g loco secreto in castro Cracoviensi deprehensus de commercio Anne regine modestius tamen et minus vulgacius quam duo reliqui insimulabatur. Clemens de Moskorzow castellanus Visliciensis et capitaneus Cracoviensis²³ insimulacionis huiusmodi primarius auctor iure, quod regina Anna contra illum instaurari obtinuerat, de falsa infamacione convictus probrum regine a se vulgatum et auribus^h Wladislai regis^h infusum revocare coactus est²⁴.||

HP III||570

ANNUS DOMINI MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS OCTAVUS¹.

*Wladislaus rex et magister Prussiae in Kowno conveniunt
pacem inter Lithuaniae et Prussiae terras composituri;
qua infecta, animis irritatis, donis tamen mutuo datis discedunt*

Iniuriarum et discordiarum seminario sensim inter Lithuanie et Prussiae dominia gliscente Wladislaus Polonie rex, quieti patrie sue Lithuanie provisurus, cum Ulrico de Iungingen^j Prussiae magistro^l in opido Lithuanie Kowno pro die festo Epiphaniarum² Domini^k tenuit dietam. Et quamvis cum Wladislao Polonie rege prelati et barones Polonie primores in huiusmodi dietam descendissent et cum Prussiae magistro Ulrico de Juningen et suis comendatoribus, qui se in una insula prope Kowno opidum locaverant, de reformandis abrogandisque iniuriis et discordiis plures dies in tractatibus absumpsis-

^{D, O, C, M, S}
^a quum *D* ^b stuba *D, M* ^c portendebat *M* ^d om. *M* ^e sunt *add. M* ^f Thaczynski *D, M, S*
^g in *add. M* ^{h-h} ~ *C*; regis Poloniae Wladislai *M* ⁱ octuagesimus *S* ^j Juningen *C* ^k om. *D, O, C, S*

sent, magistro tamen Prussie iam tunc gerente^a spiritum furentem et inflatum et a quietis consiliis per facti^b evidenciam et sermonum^{-b} quos ampulose fundebat, cruditatem abhorrente, infensoribus et magis quam ante irritatis animis, nulla salubri conclusione edita ab^c invicem discessum est³. Non tamen adeo infestis, ut pro hostibus se gererent, cum Wladislaus rex et munera rege digna magistro Prussie miserit^d et alia rursus a magistro remissa acceperit, gliscentem furorem et in bellicam^e cladem spectantem voluntatem in tempus apcius protelaturi^f.

*Withaudus Polonorum et Cruciferorum adiutus auxilio
cum terram Mosquitarum exercitualiter ingressurus esset,
dux Switrigal exustis bonis suis, quae in Lithuania obtinebat,
ad Wasilonem ducem Mosquensem transfugit
et Withawdum terram Mosquitarum vastantem ex insidiis lacessit;
tandem composita per condiciones cum Wasilone pace,
dum Withawdus ad uxorem properat, exercitum in terra Mosquitarum
relictum in magnum periculum famis atque hostis coniicit*

ALTERAM EXPEDICIONEM CONTRA^g VASZILONEM Mosquensem^{-g} ducem generum suum filiam suam, que ei unica erat, Anastasiam⁴ habentem^h Alexandro Withawdo magno duce Lithuanie, pro nonnullis iniuriis et occupacione limitum paranti Wladislaus Polonie rex quinqueⁱ banderia⁵ mille lanceas continencia ex militibus Polonorum probatis et exercitatis in^j solacium^k transmittit⁶, preficiens genti a se misse Sbigneum de Brzesze^l Regni Polonie marsalcum⁷ in capitaneum et ductorem. Multi vero barones et milites Polonie in id^m bellum aut voluntarii ipsi ibant aut gentes expeditas mittebant. Sed et a magistro Prussie Ulrico de Iungingen Marquardus Crucifer⁸ cum uno gencium expeditarum banderio missus advenit. In crastino itaque sancti Ioannis Baptiste die⁹ Alexander Withawdus ex Vilno discedens cum forti et numeroso Polonorum Lithuanorum, Cruciferorum Ruthenorumque exercitu in Mosquitarum terram irrumpens

HP III||571

D, O, C, M, S

^a gerenti M ^{b-b} et sermonum evidenciam M ^c ob M ^d misit S ^e belli iam S ^f prolaturi M ^{g-g} Bassilonem Moschoviensem O; Basilium Moschoviensem M; Wasilonem Mosquensem C ^h habenti D, O, C, S ⁱ quemque D ^j om. O ^k auxilium M ^l Brzeszcz O ^m om. D, S

eam hostiliter igne et gladio vastare cepit. Sed mox illi alter hostis coortus, dux siquidem Switrigal¹⁰ germanus Wladislai Polonie regis, vir instabilis^a et ad novandum res proclivis ingenii, castris Bransko¹¹ et Starodub¹², que ex Wladislai Polonie regis et Alexandri^b ducis magni^b Lithuanie^c donacione in^c Lithuania obtinebat succensis, in odium et contumeliam Alexandri Withavdi cum nonnullis Polonis, Lithuanis et Ruthenis partes suas sequentibus, ad Basilium ducem Mosquensem^d transfugit et ex insidiis locisque iniquis exercitum^e Alexandri Withawdi nocte et interdiu lacessiit variisque incommodis gentes ducis Withawdi vexabat pro Mosquitibus^f. Unde et exercitum ducis Alexandri Okkam^g fluvium maiorem¹³ in meditalio^h terre Mosquitarumⁱ situm superare contententem^j Mosquitibus in castra et loca munita diffugientibus^j fluvium transire prohibuit. Legati interim ducis Mosquiensis Waszilonis^k venerunt^l pacem petentes, que post multos tractatus tandem sub equis condicionibus, restitutis ad plenum possessionibus, quas dux Mosquensis usurpare nitebatur¹⁴, firmata est^m dux quoque Basilius Mosquiensisⁿ socero suo duci^o Alexandro Withawdo ad plenum reconciliatus^m. Vix pace conclusa et firmata, Alexander Withawdus exercitu^p suo in terra Mosquensi^q relicto, cum in voluptates venereas esset nimium preceps et^r proclivis^s, ad uxorem suam¹⁵ equos permutando velocissime cucurrit. Propter quod exercitus suus nullo duce, nulla lege gubernatus plurimis incommodis in redeundo laborare cepit. Primum siquidem et in homines et in equos fames^t in regione^u suapte^v silvis et nemoribus obsita paucas villas et has ipsas aut ab hoste aut^w proprio milite spoliatas et afflictas habente, Tartaris insuper, quos dux Mosquen||sis^x in sui^y solacium^z acciverat, pabulacionem prohibentibus^{aa} seivissime grassata est^{aa}. Que tandem, quadrigis, in quibus nonnulla habebantur victualia, in nemore deficiente subveccione relictis in homines pervenit. Quam cum quidam glande^{ab} gestiebant^{ac} excludere, tenendo in ore glandem^{ad} animam tabescentem exhalabant. Multi quoque in hunc modum mortales fame consumpti^{ae}. Accessit et itineris tam^{af} immensa et^{af} ex pluviis superne provenientes et^{ag} quod regio

HPIII || 572

D, O, C, M, S

^a stabilis S ^{b-b} ~ O, M, S ^{c-c} donationem D ^d Moschoviensem M, O ^e post vocem Withawdi M ⁱ Moschovitis M ^g Olkam C ^h meditalio C ⁱ Moscovitarum O; Moschovitarum M ^{j-j} om. M ^k Basilonis O; Basili M ^l veniunt D ^{m-m} om. M ⁿ Moscoviensis O ^o duce D ^p exercitui M ^q Moscoviensi O; Moschovia M ^r om. D ^s proclivis C, S ^t saevissima grassata est add. M ^u illa add. M ^v natura add. M ^w a add. M ^x Moschoviensis O ^y suis D, S ^z auxilium C, M ^{aa} aa om. M ^{ab} gloriantes D, S ^{ac} gestiebat M ^{ad} gloriantem D, om. S ^{ae} sunt add. M. ^{af-af} immensi lubricitas M ^{ag} om. M

Mosquensis nimis bassa est, lubricitas^a, ut pene omnes equos fame tabescentes sua asperitate deleverit. In una quoque silvarum longiori^b tanta erat luti^c immensa profunditas, ut cogentur milites in plerisque locis ex cadaveribus equorum mortuorum et deficiencium sternere viam et constituere pontes, neque enim aliter poterant itineris illius difficultatem superare. In his angustiis et pressuris exercitum ducis Alexandri constitutum acies Tartarorum a tergo invadit et a Polonis, Cruciferis Luthuanisque militibus pedestri magis quam equestri certamine pugnatum est victique Tartari in latebras silvarum diffugiunt^d. Milites Polonie^e armis, equis et plerisque servitoribus in ea expeditione amissis, nonnisi pro die sancti Martini¹⁶ ad Wladislaum Polonie regem in Niepolomicze¹⁷, ea que in expeditione huiusmodi amiserant sua liberalitate repetituri revertuntur. Quorum iacturis, fatige^f et dampnis Vladislaus Polonie rex compassus, et miliciam eorum splendide premiavit, et singula dampna, que illis acciderant, liberalius quam voto expetebant^g, non secus quam si^h pro Regni Polonie defensione et amplitudine militassent, restituitⁱ.

*Subventurus fame laborantibus Lithuanis Poloniae rex mittit Withawdo
viginti naves frumenti, quae iussu magistri Prussiae
apud Ragnetham interceptae neque restitutae occasionem praestitere
bello per Polonos postea cum Cruciferis gesto;
interim tamen Withawdus ob direptionem suorum mercatorum
per magistrum Samagittiam Cruciferis donatam recuperat*

INTELLIGENS WLADISLAUS POLONIE REX oram Lithuanie gravi et infesta fame, pereunte^j ex nimio imbrum descensu tam hiemali quam^k vernali sacione, oppressam fore,^l Alexandri Withwdi magni ducis Lithanie precibus^m et nunciis^{-m} sollicitatus, trituratis in terra Cuiaviensi omnibus regiis || allodiisⁿ et horreis⁻ⁿ, que ab

HP III||573

^d D, O, C, M, S
^a om. M ^b longiore M ^c limi D, O, S ^d diffugierunt D, S ^e vero Poloni M ^f fatigis M
^g expectabant M ^h se D ⁱ resarcivit M ^j pereantem et M ^k et S ^l esse D, O ^{m-m} om. S
ⁿ⁻ⁿ om. M ^o Gwidan D, C, M, S

capitaneorum Cuiaviensium, frumentis oneraverat^a, mittit in Lithuaniam viginti naves grossas frumento plenas flumine^b Visla usque ad^c Ragneth^d 20, abinde vero flumine Nyemien^e 21 sursum ascendendo ituras. Que^e in Ragneth perducte mandato Prussie magistri Ulrici de Iuningen, in excusacionem^f quidem et colorem facinoris a se patrati allegantis^g, quod in navibus illis arma barbaris et infidelibus contra Christianos et fideles veherentur, re autem vera invidentis stomachantisque frumenta sua et Ordinis a longis temporibus in granariis servata a Lithuanis coemi in precio alto, quemadmodum h^h-superioribus annis^h contingebat, spretum iri²². Hec autem frumenti iniuriosa recepcio originem materiamqueⁱ et^j causam prestitit bello inter Regnum Polonie et Ducatum Lithuanie ab una et Cruciferorum ordinem partibus ab altera in annis subsequenteribus agitato. Moverat huius offense magnitudo Wladislaum Polonie regem et totus in bellum Cruciferis movendum spectare cepit. Sed a consiliariis Regni Polonie coargutus ferendum^k potius iniuriam quam properandum in arma^l, Nicolaum Curowski^m Gnesnensem archiepiscopum, Nicolaum de Michalowo Sandomiriensem²³, Ianusium de Thuliscowo Calisiensem²⁴ et Vincencium de Granowⁿ Naklensem²⁵ castelanos ad Ulricum^o de Iuningen^o Prussie magistrum^p rogans et requirens, ut frumentorum receptorum plenaria sibi^q prestaretur restitucio^q, transmittit²⁶. Ulricus autem Prussie magister vir pectoris alti et in sediciones rixasque precipitis^r, legacione tam notabili et submissa necquiquam emollitus, respondet non se frumenta sed arma contra se et Ordinem suum ceterosque fideles infidelibus missa interceptisse et nullatenus se illa restitutum^s, regem autem et Polonos improbe^t agere, quod et barbaros armis iuvent^u et missa atque intercepta repetant. Adiecit posthec Ulricus de Iuningen Prussie magister^v alteram iniuriam Alexandro duci magno Lithuanie inferre et violatis captisque Lithuanie mercatoribus, qui aput Ragnetham negociabantur, eciam eorum fortunas et merces variarum maneriarum diripuit. Non tulit Alexander Withavdus Lithuanie dux eam iniuriam neque de repetendis ablatis per faciales agendum duxit, sed tam superiori iniuria in recepcione frumentorum et^w altera violatus, clandestino Wladislai^x regis Polonie^x obtento consensu, Samagicie terram magistro et ordini Cruciferorum donatam

D, O, C, M, S

^a ornaverat *M* ^b *om.* *M* ^c in *M* ^d Ragneth *C* ^e qua *D* ^f excusacione *S* ^g allegantis *M* ^{h-h} ~ *M* ⁱ magnamque *D, S* ^j *om.* *D, C, M, S* ^k ferendam *M* ^l censentibus *add.* *M* ^m Gurowski *D, O, S* ⁿ Granowo *D, M, S* ^{o-o} *om.* *O* ^p transmisit *add.* *M* ^{q-q} ~ *O* ^r praecipiti *M* ^s restitutum *M* ^t improbo *D* ^u iuvant *O* ^v magistri *S* ^w quam *D*; *om.* *S* ^{x-x} Poloniae regi *M*

^a et in scriptam auferendam repe||tendamque^{-a} duxit²⁷. Missoque Rumboldo^b Lithuanie marsalco²⁸ cum gentibus Michaellem Kochmeister^c advocatum Samagicie²⁹ ceterosque Cruciferos et universum eorum in castris noviter erectis presidium captivat, eicit et expellit et, prona devocione Samagitis in fidem et obedienciam ducis Alexandri aspirantibus, in priscam suam^d terram Samagicie redigit^{e-d} dicionem³⁰.

HP III||574

Gregorius duodecimus et Benedictus tredecimus pontifices a suis cardinalibus deseruntur; qui cum novos cardinales crearent et unionem recusarent, a cardinalibus simul convenientibus auctoritate concilii Pisani sede pontificia moti sunt et Alexander quintus creatur, propter quod schisma magis auctum quam extinctum est, omnibus tribus se pro pontificibus gerentibus

ULTIMA MENSIS IUNII Gregorius duodecimus³¹ ex Luca^{f32} progressus iterum Senas pervenit³³. Sub quo tempore ab omnibus fere cardinalibus sue obediencie propter dolos et fallacias, quibus ne unionem faceret utebatur, desertus est. Qui scisma amplius dilataturus novos^g stando Senis creavit^{-g} cardinales, videlicet Antonium nepotem germanum³⁴, Gabrielem de Condulmario³⁵, ambos Venetos et nonnullos alios. Ex Senis in Ariminum³⁶ se contulit, ubi hiemando in Quadragesime tempore ad terram civitatis Austrie^h Aquilegiensem diecesim^{-h} accessit et conciliabulumⁱ circa festum Pentecostes³⁷ in paucissimo numero^j ecclesiarum personarum^{-j} celebravit³⁸, Petro de Luna³⁹ aliud conciliabulum^k in Regno Aragonie^l sub frequentiori tamen numero prelatorum ecclesiasticorum per plures sessiones celebrante^m et decreta pro suo libito edenteⁿ⁴⁰.

DIE SOLIS DOMINICA RAMISPALMARUM⁴¹ Anna Polonie regina filiam ex Wladislao Polonie rege conceptam effudit. Que post^o in Dominica tercia post festum Pasche, in qua canitur Vocem iocunditatis⁴², per Petrum Visch Cracoviensem episcopum⁴³ in Cracoviensi ecclesia baptizata est⁴⁴ et nomen illi^p Hedvigis impositum^{-p45}, solennitasque^q baptisteriorum diebus pluribus continuata.

D, O, C, M, S

^{a-a} in scriptamque auferendam et repetendam M ^b Kinboldo O ^c Kochmagister O, C; Kochmagistrum M ^{d-d} redigit terram Samagitie D ^e redigit M, S ^f Luna S ^{g-g} creavit stando Senis D ^{h-h} Aquiliensis diecesis M, S ⁱ concionabulum O, C, S ^{j-j} ~ M ^k concionabulum M, S ^l Arabiae M ^m celebrando D, O, C, S ⁿ edendo D, O, C, S ^o postea O, M ^{p-p} ~ D ^q solennitas C, M

QUINTADECIMA^a AUGUSTI DUM CARDINALES utriusque pape, tam videlicet HP III||575 Gregorii quam Benedicti, per diversa va||gantur loca nec haberent locum determinatum et securum, in quo pro^b facienda unione concilium possent tenere generale, iam etenim a Petro de Luna alias Benedicto tercio decimo^c ad Regnum Aragonie de territorio Ianuensium^d transire disponente^e, novem cardinales sue obediencie disceserant^f et se cardinalibus Gregorii coniunxerant, Balthasar de Cossa tituli sancti^g Eustachii diaconus cardinalis Bononiensis legatus⁴⁶, Petrus de Candia ordinis Minorum⁴⁷ et Ioannes⁴⁸ nepos olim Innocencii⁴⁹, per Bonifacium nonum⁵⁰ cardinales creati, obtinuerunt a Florentinis civitatem Pisanam ad celebrandum generale concilium eis concedi⁵¹. Ubi extunc cardinales utriusque obediencie convenientes concilium tenere inceperunt, citando^h personaliter Gregorium duodecimum Senis residentem, Petrum vero de Luna per edictum. Ad quod et Petrus Visch Cracoviensis episcopus utriusque iuris doctor ex Cracovia in frequentiⁱ notabilique comitiva et splendido apparatu accessit, et pro omni tempore, quo concilium duravit, illic pro honore Dei et Ecclesie ac Regni Polonie, et pro tollendo scismate stetit, faciens sumptus magnificos et liberales. J⁻Venerat eciam personaliter Ioannes^k Lubucensis, provincie Gnesnensis episcopus^{l-j52}, m⁻comparuerunt autem in concilio Pisano prefato per suos notabiles procuratores Albertus Posnaniensis, Iacobus Plocensis⁵³, Venceslaus Wratislaviensis⁵⁴, Arnoldus Culmensis⁵⁵ episcopiⁿ, item universitas studii Cracoviensis, item capitulum ecclesie Plocensis, item Msczislau^o abbas Thinczensis⁵⁶, item clerus civitatis et diocesis Wratislaviensis^m. Convenerant autem in concilium huiusmodi cardinales amborum de papatu contendencium, videlicet Gregorii duodecimi^p et Benedicti tredecimi^q, et utroque deposito pro reunienda Ecclesia Dei, Petrum de Candia nacione Grecum fratrem ordinis Minorum anno proxime subsequenti elegerant, qui Alexander quintus^r est apellatus. Rebus autem concilii et Ecclesie Dei stabilitis Petrus Visch Cracoviensis episcopus sepulchrum et incunabula^s Salvatoris nostri et Sanctam Terram visitavit. Qua^t peregrinatione exacta, dum Venecias incolumis rediisset, a forti laxativo iuxta consilium medici sumpto multifarie debilitatus morbum letargicum contrahit, a quo in diem mortis

D, O, C, M, S

^a tandem add. M ^b per M ^c corr., duodecimo D, O, C, M, S (cf. tamen infra) ^d Ianussiense O; Genuense M ^e disponenti D, O, C, S ^f discesserunt C ^g om. D ^h citantes M, O ⁱ frequente D J⁻ post voces dioecesis Wratislaviensis O, M ^k episcopus add. D ^l om. D ^m om. C ⁿ om. O, M ^o Msczislau O ^p XII M, S; XII-mi O; om. C ^q tridecimi D; XII M, S; om. C ^r quartus D, O, C, S ^s cunabula M ^t qui M

sue plenum^a non poterat absolvi⁵⁷. Depositione autem huiusmodi^b per cardinales utriusque obediencie et prelatos concilii Pisani^c de Benedicto tredecimo et Gregorio duodecimo facta necquicquam obstante, uterque se pro papa gerere non destitit. Gregorius insuper duodecimus a suis cardinalibus unionem zelantibus destitutus, novem^d cardinales in eorum supplementum qui se deseruerant || creat⁵⁸. Propter quod scisma, quod se concilium Pisanum extinxisse credebat, non solum reintegratum est, sed etiam vehementer auctum, dum duobus pro summis pontificibus se gerentibus, videlicet Benedicto et Gregorio, tercius videlicet Petrus de Candia in sua obediencia Alexander V^e appellatus accessisset. Prefati insuper duo contendentes de papatu, videlicet Benedictus tredecimus^f et Gregorius duodecimus^g, presidendi libidine ceci ab unionis tractatu impudenter discedentes, ad perpetuacionem scismatis et concilii Pisani, quod tunc agebatur, enervacionem nova conciliabula^h in locis et temporibus variis indicebant novosqueⁱ creabant cardinales. Et licet Gregorius duodecimus^j, ut debitum suum erga Deum et Ecclesiam perageret et iuxta pollicitacionem suam pro sedando scismate ad concilium Pisanum, quod pro unione indictum erat, personaliter veniret, per^k Aquileiensem et Mediolanensem^k cardinales^l fuisset rogatus^l et requisitus, auribus tamen ad omnia salutaria monita obturatis, quod pollicitus iureiurando fuerat, temeravit. Licet insuper in scismate huiusmodi civitates et populi Ecclesie Romane plures strages, rapinas, vexaciones et incomoda pertulerint, ipse tamen Gregorius duodecimus^m nulla super his compassionisⁿ pietate movebatur. Sed ut scripta cardinalium iam unitorum Wladislao Polonie regi^o missa continebant, p^r stabat immobilis^p iuxta ac si furens foret. Et quanto plura et maiora scandala videbat succrescere, tanto sapidiori cibo saturari credebatur. Quapropter Wladislaus Polonie rex literis cardinalium permotus, obedienciam Gregorio duodecimo, zelatus et ipse unionem ecclesiasticam, abstraxit et cum Regno Polonie Ducatuque Magno Lithuanie Alexandro quinto^q ab utraque parte cardinalium electo adhesit. Audientes autem Gregorius et Benedictus^r depositionis sentenciam^r contra se in concilio Pisano datam^s fuisse, vehementer uterque parti^t sue timere capit. Et Petrus quidem de Luna predictus^u ira excandescens ad dilatandum scisma^v novos cardinales^v

HP III||576

D, O, C, M, S

^a ad plenum M, S ^b eiusmodi M ^c Pisam D, O, S ^d nonos D ^e quartus D, O, C, S ^f XIII O, C, S; XII M ^g XII O, C, M, S ^h conciliabilia D, C, M, S ⁱ non usque D ^j XII O, M, S
^{k-k} Aquileienses et Mediolanenses M ^{l-l} ~ M ^m XII O, M, S ⁿ et *add.* M ^o rege M
^{p-p} ~ D ^q quarto D, O, C, S ^{r-r} depositionem sententiarum S ^s latam M ^t parte D ^u dictus M
^{v-v} *post vocem regnis M*

in Hispanie et Aragonie regnis, ut premisimus, creavit. Gregorius vero in habitu dissimulato cum duobus tantummodo pedestribus ex civitate Austrie, ubi conciliabulum celebraverat, pedester et ipse discessit ac per hoc insidias (quas sibi Antonius patriarcha Aquilegiensis⁵⁹ ex eo, quod ipsum nulla interveniente rationabili causa patriarchatu Aquilegiensi in Luca^a privaverat, instruxerat^b) evasit et ad duas galeas^c, quas sibi Ladislaus Sicilie rex⁶⁰ transmiserat, perveniens^d beneficio illarum in Apricum⁶¹, deinde in Caietham⁶², ubi longo tempore sub proteccionem dicti Ladislai regis degebat, pervenit. ||

HP III||577

Bosnia in fidem regis Hungariae redigitur

SIGISMUNDUS HUNGARIE REX⁶³ expeditione contra Bosznense Regum quod a fide et obediencia sua discesserat⁶⁴ indicta, in virtute potenti illud invadit habens in suo exercitu de Polonorum gentibus milites insignes et prestantes, videlicet Zavischium Nigrum de Rosznow⁶⁵, Domarathum de Cobilani⁶⁶ Zavischium de Oleschnicza^{e67}, Ioannem Pharurey de Garbow⁶⁸, Skarbkonem de Gori^{f69}, Ioannem Warszawski^{g70} et plures alios^h, et multa castra, que faciebant resistenciam, gladio conquirat, multos Bosznenses aut dampnatⁱ capite aut deicit^j de muro regnumque universum redigit^k in obedienciam et tributum.

Nicolaus de Gorszkow Vilmensi episcopo Iacobo mortuo succedit

SECUNDO ECCLESIE VILNENSIS pontifice Iacobo fratre ordinis Minorum⁷¹ Vilne in Carnisprivio diem obeunte Nicolaus de Gorzkow decanus sancti Floriani ante Cracoviam⁷² canonicus et officialis Cracoviensis, nobilis de domo Oszmarany^{l73} propter eius virtutes plurimas et vite sanctitatem in Vilmensem episcopum assumitur. Et quamvis esset vir^m tam senio quam laboribus confectus et obtineret ex patrimonio et beneficiis amplam dotem redditusⁿ Vilmensis episcopatusⁿ excedentem, in favorem tamen et dilatacionem

D, O, C, M, S

^a Luna S ^b instructas O, M, S ^c galeras D ^d om. M ^e Schnicza D ^f Gore D, C, M, S ^g om. C, M ^h alias D ⁱ deprivat M ^j eiicit M ^k redegit M, O (post vocem tributum O) ^l Oschmarangk O ^m om. O ⁿ⁻ⁿ ~ M

fidei penatibus et beneficiis relictis regimen ecclesie Vilmensis suscepit et ecclesiam illam optimo ordine et exemplari vita plurimum regulavit. Vir pietate, zelo et devocione plenus, sub cuius regimine Vilmensis ecclesia in fide et religione Christiana et in spiritualibus et temporalibus notabilia suscepit incrementa. Hunc quidem virum Hedvigis Polonie regina⁷⁴ dum viveret pro dilatacione fidei sollicita, mortuo, primo episcopo Vilmensi Andrea⁷⁵, pro sua virtute substituere decreverat. Sed eius piissimum propositum immatura mors impedivit, quapropter non fuit, nisi secundo episcopo Iacobo mortuo, Vilmensi ecclesie, operante devotissimo rege Wladislao et^a optimam intencionem consortis sue prudentissime Hedvigis exequent^b, prefectus. ||

ANNUS DOMINI ^c-MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS NONUS^{-c}.

HP III||578

*Cruciferi per ademptam Samagittiam dum per nuntios a Wladislao rege
expiscari non possent, essetne laturus Withawdo suppetias,
Poloniae Regno bellum denuntiant et parant*

Transeunte Wladislao Polonie rege per Maioris Polonie oram et in opido Oborniki¹ sub frequentissimo militum numero agente, venerunt ad illum feria quinta ante festum sancti Ioannis Baptiste² Ulrici de Iuningen Prussie magistri nuncii, videlicet Thorunensis³ et de Antiquo Castro⁴ comandatores, quos Prussie magister Ulricus^d calide miserat, magis ut suum propositum diceret^e (id quod tandem evenit) quam^f spe impetrari id^g quod exigebat posse⁵. Qui cum gravi querela et mentis anxietate questi sunt Alexandrum Withavdum^h ducem magnum^{-h} Lithuanie terram Samagitarum, quamvis eam magistro et Ordini perpetua donacione patentibus literis inscripsisset⁶ et omniⁱ iuri in illa competenti renunciasset, abstulisse et suos atque Ordinis presides^j atque capitaneos cum dedecore et ignominia aut necasse aut captivasse. Et licet magister et Ordo per plures nuncios predictum Alexandrum Witavdum de reddenda terra occupata et reddendis captivis multifaria prece et instancis sollicitassent, nunquam tamen fatigis et precibus eorum^k aliquis effectus^{-k} respondit, Alexandro duce Lithuanie eorum instancias et

D, O, C, M, S
^a om. M ^b ecclesiae Vilmensis add. C, S ^{c-c} 1409 M ^d om. M ^e dicerent O ^f quoniam S
^g om. C, M, S ^{h-h} ~ M ⁱ omne D ^j praesidis D ^{k-k} om. M

requisiciones eludente. Cum itaque ipsi ex necessitate iniurie^{a-} eis illate^{-a} cogentur bello et armis repetere terram^b eis ablatam et dampna eorum atque iniurias ultum^c iri, supplicabant regi^d instancia vehementi declararet se^e, velletne fratrem suum Alexandrum ducem Lithuanie in ea causa adiuvari^f, quatenus magister et Ordo exploratam^g habentes suam voluntatem tempestive^{h-} rebus suis^{-h} providerent. Wladislaus autem Polonie rex huic tam perplexo legacioni, quia non satisⁱ in promptu habebat quid responderet, legacionem ipsam iniuriarum et diffidacionis^j tenorem continere intelligens, respondet non se pro ea vice propter pondus et gravitatem legacionis et consiliariorum suorum paucitatem quicquam illis respondere posse, institutum autem^k pro die sancti Alexii⁷ in Lancicia⁸ dietam^l generalem et ex illa propriis nunciis magistro et Ordini responsurum. Qua responsione comendatores non contenti apud cetum militum, procerum atque vulgus^m Regni Polonie publicas protestaciones facere ceperunt, declarando qualiter magisterⁿ et Ordo paratiⁿ essent cum Regno Polonie federa pacis perpetue inter Casimirum secundum^{o-} Polonie regem^{-o9} et magistrum¹⁰ atque^p Ordinem firmata^q servare¹¹; sed quoniam^r Wladislaus rex Polonie nollet dimittere fratrem suum Alexandrum ducem Lithuanie et in causa iniusta vellet illi auxiliari, milites et proceres Regni Polonie non succenserent^s magistro et Ordini, si bellum Regno Polonie intulerit gravi iniuria lacescit. Ea autem protestacione in publico edita, eciam responso^t non audito, furore et ira pleni discedebant, ut prorsus ex gestibus bilique^u immoderacius quam^v nunciis conveniebat et superba iactancia effusa constaret illos bellum Polonie Regno quam primum occasio temporis adesset, moturos. Ex adempcione siquidem Samagicie per Alexandrum Withavdum^{w-} ducem magnum^{-w} Lithuanie facte et Wladislai Polonie regis in reddendo responso tergiversacione, constabat magistrum et Ordinem quam maxime fuisse offensum, ut bellum non quidem aperte^x adversus Polonos decerneret, sed tacitis animis et deinde ebulliente ira et indignacione subesse bellum^y, quamprimum oportunitas afflueret, monstraret. Wladislaus etenim Polonie rex quasi ancipite^z constitutus in bivio, magistri et Ordinis legacione interrogatus, quo se verteret et qualem ad legacionem huiusmodi ederet responsionem, parum in conspectu habebat. Nam neque ducem

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ *C, M* ^b que *add. M* ^c punitum *C, M* ^d rege *D* ^e sibi *M*; si *S* ^f ab invicem *S* ^g exploratum *M, S* ^{h-h} ~ *M* ⁱ fatis *D, O, M, S* ^j diffidationum *M*; diffidatione *S* ^k se *add. C, M* ^l diaetam illa *D, O* ^m vulgum *M, O* ⁿ *om. S* ^{o-o} ~ *M* ^p et *M* ^q firmatae *D, O, S* ^r postquam *M* ^s succenserent *M* ^t regio *add. M* ^u biloque *D* ^v qua *M* ^{w-w} ~ *M* ^x *om. M* ^y bello *M* ^z ancipiti *O*

Withavdum et Lithuanos in eorum adversis periculisque deserere neque a Lithuanis in se regnumque suum volebat bellum durum, Polonorum consiliariis id maxime execrantibus maximoque studio et cura, ne ^a exoriretur^b et exortum ne^c adolesceret^{-a}, adnitentibus, transferre.

Wladislaus rex magistro Prussiae per nuntios respondet sibi non licere, ut Withavdum fratrem deserat, se tamen aequis conditionibus iniurias per eum Ordini illatas complanaturum offert; verum magistro bellum minante regii nuntii inconsiderato dicto incitantur, ut illud Regno Poloniae moveret; moxque castra Dobrzin, Bobrowniki, Zlothoria, Bidgostiam et alia oppida Regni Poloniae expugnat

DIE SANCTI ALEXII ADVENIENTE, prelati et baronibus Regni Poloniae in multiplici numero Lanciciam convenientibus, dieta generalis ad edendum magistro et Ordini Prussiae responsum habita est¹². Ex qua Nicolaus Curowski^d archiepiscopus Gnesnensis, Nicolaus de Michalow palatinus Sandomiriensis¹³ et Ianussius de Tholizkowo castelanus Calisiensis¹⁴ ad Ulricum ||de Iuningen magistrum et Ordinem Prussiae destinantur¹⁵. Qui cum illum aput Marienburg^e offendissent, in eam^f responcionem sententiam^{-f} pronunciant: „Nihil — inquit^g — Wladislaus Poloniae rex te et Ordinem tuum ignorare putat. Alexandrum Withavdum ducem magnum Lithuanie, contra quem super ablacione^h terre Samagicie ceterisque iniuriis questus es, etsi primarium principem vinculo quoque prope germani sanguinis regi coniunctum Regno tamen Poloniae et regi subiectum foreⁱ, terram quoque et Ducatum Lthuanie non nisi ex donacione et concessione regis ad tempora vite sue obtinere; quapropter non licet regi et in guerra a vobis Alexandro^j et terre Lithuanie movenda et in quocunque^k alio casu^{-k} adverso illum deserere, quinimo omnibus potenciis et suffragiis illum iuvare; placeat itaque l⁻continere se^{-l} ab omni guerra, et in loco atque die competenti convencionem^m agere, in qua Wladislaus Poloniaeⁿ rex curaturum se offert omnia preter iusticiam et equitatem

HP III || 580

D, O, C, M, S

^a exortum adolesceret et exorietur C, M ^b exorietur D ^c om. S ^d Gurowski D, C ^e magistrum M
^f ~ M ^g inquit O ^h ablationem S ⁱ esse D ^j duci add. M ^k ~ M ^l ~ O ^m convencione S ⁿ om. M

acta reformare et rescindere, et fratrem suum ^a-Alexandrum ducem magnum^{-a} Lithuanie^b velut principem sibi et Regno Polonie subiectum ad singula, que pacem et equitatem redolent, stabilire". Magister autem Prussie nihil tam humili responsione motus continuas^c apud nuncios regios contra ducem Alexandrum ampulosis verbis exaggerabat ingeminabatque querelas, astruens se non ultra iniuriam suam et Ordinis toleraturum, sed^d cum omnibus potenciis suis in Lithuaniam extemplo iturum. Nicolaus autem Kurowski archiepiscopus Gnesnensis unus ex nunciis regiis terrores magistri tantopere^e ingestos non ferens, indigestum et minus cautelolum, contra regis et consiliariorum prohibicionem, miscuit ad magistrum sermonem. „Desinas^f — inquit — magister, terrere nos^g bello Lithuanie inferendo, quoniam si^h illud agere in animum induxeris, te Lithuaniam petente non dubites regem nostrum Prussiam invasurumⁱ; ^j-Lithuanorum nos hostes pro nostris ducimus, conversuri in te arma, si illos lacesseris"¹⁶. Id utrum archiepiscopus sua^k sponte per inconsideratum sermonem dixerit^l an quod^m ita iussus fuerit, non tam certum est quamⁿ asseritur^{-j}. Letus eo sermone magister subintulit: „Gracias — inquit — tibi habeo, pater reverendissime, quod propositum regis tui non celasti, ego siquidem tuo sermone tam^o doctus quam certificatus, caput potius petam quam membra, terram^p possessam potius^{-p} quam desertam et opida atque villas quam nemora, guerram et arma contra^q Lithuaniam destinata in Regnum Polonie conversurus^r. ^s-Plus enim me et Ordinem meum iuvat verticem quam pedes et culta quam deserta^t agros quam^{-t} silvas et dumeta impetere^{-s}". Nec moram dictis facit, nunciis enim regiis ab eo discedentibus arma corripit, exercitum parat et in vigilia Assumptionis Sancte Marie Virginis^u¹⁷ Wladislao Polonie rege apud Novam Civitatem Korczin¹⁸ agente, missis literis diffidatoriis castrum Dobrzyn¹⁹ circumvallat et continuis quassacionibus bombardarum^v item proieccione ignearum sagittarum frequencius iactarum incendit^{w-v} conquirat et exurit militesque Polonie qui illud defenderant^x capite plectit. Quo facto opida Ripin²⁰, Lipno²¹, Dobrzin vastat ac multas virgines et matronas in illis repertas obtruncat²².

HP III||581

D, O, C, M, S

^{a-a} ducem magnum Alexandrum M; ducem magistrum S ^b om. M ^c continuus D
^d om. C ^e tanto tempore D, O, S ^f nos add. M ^g om. M ^h se D, M, O ⁱ om. S
^{j-j} om. C ^k sue D ^l dixerat S ^m quia M, O ⁿ quoniam S ^o om. M ^{p-p} ~ C, M
^q in S ^r commissurus O ^{s-s} om. C ^{t-t} agrosve M ^u om. D, O, C, S ^{v-v} om. C ^w om. M,
O ^x defendebant M, S

^aIta sermo Gnesnensis archiepiscopi Nicolai parum concinne parumque caute prolatus bellum quod differebatur adolevit et pacis medius ac belli sequester bellum sermone intempestivo accendit. Castro Dobrinensi conquisito Iacobum de Plonini nobilem de domo Pruszy^b capitaneum Dobrinensem²³ captum capite truncavit^c plures quoque^c crudelitates in milites Polonos et agrestes ferociter addidit^a.

Deinde versus castrum Bobrowniki²⁴ procedens illud similiter continua expugnatione per dedicionem conquirit. Notabiles^d siquidem Polonorum milites, quos Wladislaus Polonie rex pro prefati castri defensione transmiserat et quorum capitaneus erat Warcislaus de Gothardowicze de domo et familia Vulpium²⁵, nulla angustia aut gravedine acti, cum victualium copia illis suppeteret et fere omnes muri preter unam porcionem^e et menia integri forent^f, magistro illud dedunt^g, propter quod prefatus^h Warcislaus et captivitatem ex post longo tempore pertulit et in turri obscura angustias carcerales. Milites autem ceteri, videlicet Bartossiusⁱ Plomykowski de domo Pomyany^j²⁶, Nicolaus Ragoszowicz²⁷ et ceteri, qui castrum predictum dediderant, omni^k aput regem Wladislaum privati erat fama et reputatione. Quapropter prefatus Bartossius Plomykowski verecundia ob id vexatus et vario estu mentis fluctuans factus erat ab illo tempore delirus. Qui tamen postea in conflictu^l magno in die Divisionis Apostolorum^m²⁸ habito altam de se exhibebat strenuitatem, nunquam tamen sanus erat ab illa demencia, nam post annos multos Cracovie equo insidens cathenam platealem voluit transilire, propter quod de equo prolapsus gladio quo erat cinctus ex impetu saltus prosiliente de vagina, vulneratus et transverberatus est atque ex illo vulnere mortuus. Nec solum ipse, sed et proles sua illamⁿ demenciam contraxerat.

CASTRO BOBROWNIKI PRUSSIE MAGISTER Ulricus conquisito castrum Zlotoria²⁹ circumvallat et octo diebus stetit in eius obsidione. Sub quibus diebus ducebantur matrone et virgines de Thorun et in eorum presencia^{||} impetus et expugnatio fiebant contra castrum. Octavo autem obsidionis die traditur magistro castrum, quoniam maior pars militum castrum defendencium ex proiectione bombardarum erat interfecta nec poterant se amplius sustinere, unde omnes residui per Cruciferos erant capti. Inter quos erant Dobeslaus Olewinski^o³⁰, Hebermuth^p³¹, Giwan^q de Gory³² et alii, qui notabili tempore tenebantur per Cruciferos in captivitate³³. Et quamvis r⁻dux Alexander^r

HP III||582

^a D, O, C, M, S
^a om. C ^b Prussi O ^c c pluresque M ^d nobiles M ^e portam S ^f essent M ^g dederunt O
^h om. S ⁱ Barthositis C ^j Plomiany M, O ^k omnes M ^l confluctu D, M ^m om. C, S ⁿ om. C, M
^o Olewinski D; Oliniensi M ^p Heberminth D, C, S ^q Iwan O, M; Hywan C ^r r ~ M

Lithuanie in relaxacionam^a militum apud Zlotoria^b captorum ceteros captivos Cruciferis relaxasset, Cruciferi tamen non servarunt fidem et Polonorum milites captos tenuerunt^c. Castro autem Zlotoria sic conquisito castrum Bydgostia^{d34}, quod per Thomam de Wangleschin^e Maioris Polonie capitaneum tenebatur, quoniam situ est munitissimum, videntes se conquirere nullatenus posse, burgrabium castri³⁵ pecunia^f corruptum ad^g dedicionem perliciunt³⁶. Quo audito Thomas pre^h nimio dolore mortuus est. Post cuius obitum capitaneatumⁱ Maioris Polonie Wladislaus rex Vincencio de Granow castellano Naklensi contulit in tenutam³⁷.

WLADISLAUS REX POLONIE amare et molestissime ferens tot et tam graves sibi per Cruciferos illatas iniurias et tot^j sibi castra ablata^k, expeditionem mox tocuis regni sui commovet^l et omnibus regni sui subditis mandat, quatenus in Volborsz^{m38} in octava Nativitatis Sancte Marie Virginisⁿ³⁹ convenient exercitualmente abinde in Prussiam processuri. Duci autem^o Alexandro magno^o Lithuanie per literas et nuncios crebro intimat, quatenus cum gencium suarum potencia sibi prope metas Prussie occurrat. Convenit itaque iuxta regis imperium magnus exercitus in Volborsz^p pro die instituta, de omnibus terris Regni Polonie videlicet Cracoviensi, Sandomiriensi, Lublinensi, Russie et^q Podolie⁴⁰, cum quo Wladislaus rex egressus procedit versus Lanciciam et prope Lanciciam in gais quatuor diebus, prestolando residuos exercitus, agit stativa. Abinde vero discedens prima stativa in campis ville Syedlec^{r41}, secunda in campis ville Coczawye^{s42}, tertia prope Radzieiow^{t43} supra lacum et ibi exercitum per vexilla ordinat, quarta in campis ville Sarley⁴⁴, quinta in Tuczno⁴⁵ supra lacum ultra Iuniwladislaviam⁴⁶ per milliare, sexta in Bidgostia^u et^v in die^v sancti Michaelis⁴⁷ castrum Bydgoszcza gravi fortitudine circumvallat et scutis seu palliis|| quasi muris in circuitum supra vallum sepiat, bombardis^w concutit⁴⁸, ex quarum continua proieccione commendator et capitaneus castri fuit interfectus⁴⁹. Senciens autem magister Prussie castrum Bydgoszcza^x conquirendum esse, mittit ad Wladislaum regem Conradum Olesnicensem ducem⁵⁰ postulans, ut rex obsidionem^y solveret^z, et offerens castrum Bydgoszcza in manus

D, O, C, M, S

^a relaxatione D, S ^b Zlotoriam M ^c tenentur S ^d Bithgostia C ^e Vanglescin C; Wągliszin M ^f ne pecunia D ^g aut M ^h praedictus M ⁱ capitaneum M ^j om. M ^k oblata S ^l commovit M ^m Volborz O, C; Wolbore M ⁿ om. D, O, C, S ^{o-o} ~ M ^p Volborz O, C ^q atque M ^r Koczanie M ^s Koczawnye D, C, S; Siedlec M ^t Radzyeyovo C ^u Bithgostia C ^{v-v} inde D ^w - que add. M ^x om. M ^y obsidione M ^z solverit D

Venceslai Bohemie regis⁵¹ se resignaturum et in illum compromissurum. Cui^a legacionem suam sabato^b in crastino sancti Francisci⁵² exponenti responsum est, si magister similem resignacionem de terra Dobrinski et castris eius in manus prefati Venceslai regis effectualiter se facturum pollicitus fuerit, non abnuere regem discedere^c ^d-ab obsidione^d. Stabat autem rex cum exercitu suo in eiusdem castri obsidione octo diebus in borra, et^e octavo^f die castrum armis et potencia conquirat et reparatis eius ruinis dat illud Matthie de Labischin palatino Brestensi⁵³ in tenutam. Sub diebus autem obsidionis magister Prussie gentes suas circa Swiecie⁵⁴ convenire preceperat. Quo intellecto Wladislaus rex aliquot gencium suarum banderia illuc^g mittit, quorum intellecto adventu gentes Prussie fugiunt et exercitus regis omnia^h territoriaⁱ derelicta occupat et spoliis multis hostilibus potitur. ^j-Iniuriis autem tam frequentibus tamque atrocibus Wladislaus Polonie rex lacescit, a Cruciferis ad varios reges et principes catholicos super gravaminibus suis scribit querelam per literas speciales, quarum literarum exemplar inferius^k inserimus^{l-j}⁵⁵.

DUX INSUPER ALEXANDER LITHUANIE sub diebus illis mittit ad Wladislaum^m Polonie regem^m Iacobum Glyniany de Lublin notarium suum⁵⁶, significansⁿ sue serenitatiⁿ in secreto, quod pro tempore illo nullatenus potest cum gentibus suis venire sibi in succursum, rogans et supplicans, quatenus^o non sibi^o egre ferat consulensque, quatenus^p cum hostibus inducias conficiat usque ad estatem^q futuram, ut^r interim singulis pro guerra ordinatis possit^s cum ampliori gencium robore et bellico apparatu venire armacior atque paracior sibi in succursum.||

Wladislaus Poloniae rex ad persuasionem nuntiorum Wenceslai Romanorum et Bohemiae regis atque suorum consiliariorum treugas cum Cruciferis ad festum sancti Iohannis Baptistae suscipit et in arbitrium regis Bohemiae consentit

HP III||584

CASTRO BIDGOSCZA^t CONQUISITO Wladislaus^u rex cum suis deliberat, quid sibi facere expediat. Plerique siquidem^v censebant, ut Wladislaus rex postquam tam fortem

^a qui S ^b om. M ^c discedere D, O, S ^{d-d} om. S ^e om. C, M ^f octavoque M ^g illic M ^h om. M ⁱ tentoria O ^{j-j} om. C ^k in carta S ^l inseruimus D, M; inferimus S ^{m-m} ~ C ⁿ⁻ⁿ ~ M ^{o-o} ~ M ^p ut M ^q aegestatem M ^r quo M ^s posset C, M ^t Bythgosza C ^u Poloniam add. M ^v om. M

collegit exercitum, in terram Pomeranie^a procedat et eam igne et gladio devastet, aliis visum est salubrius factis treugis redire et bellum pro futura estate instaurare attento, quod exercitus tantus hiemis asperitatem^b ^{c-} in campo nullatenus ^{-c} posset sufferre. Interim venerunt nuncii Venceslai Romanorum et Bohemie regis, videlicet dux Conradus antiquus Olesnicensis et Ienko capitaneus Swidnicensis^d et Wratislaviensis⁵⁷, et bellum huiusmodi nomine eius intercipiunt^e, petentes Wladislaum regem, quatenus sufferentiis pacis ad diem sancti Ioannis Baptiste⁵⁸ acceptatis, a bello desistat^f et ipsum Venceslaum regem in arbitrum assumat pro omnibus differentiis quomodolibet exortis inter regem et magistrum iuste arbitraturum^g et pro die Dominica Invocavit⁵⁹ Pragam nuncios suos plene instructos pro habendo arbitramento destinet. Precibus itaque dictorum nunciorum Romanorum regis et suorum consiliis Wladislaus^{h-} Polonie rex^{-h} devictus treugas cum Cruciferis usque ad diem beatiⁱ Ioannis Baptiste ad solis occasum inscribit et firmat⁶⁰ et diem Dominicam Invocavit pro tractanda^{j-} pace et conficienda^{-j} perpetua per regem Romanorum acceptat. Turpia hec sufferenciarum pacta videbantur, ad potentiam exercitus quem rex ducebat habendo respectum, sed tempori congruebant; consiliarii^k tamen regis graves contumelias et impropria a vulgaribus, quasi treugas ipsas auro Cruciferico^l corrupti admisissent, non poterant effugere. Non formidinis autem sed neque licitacionis ea, sed caucionis erat perpensa moderacio, quamvis nonnulli illam velut meticulosam et auro^m expressam carpebantⁿ.

*Querela Wladislai Poloniae regis contra Cruciferos de Prussia
in universum omnibus litteris publicata*

WLADISLAUS DEI GRACIA rex Polonie, dux supremus Lithuanie, heres Pomeranie et Russie dominus et heres^o.

HP III||585 IUSTE DEUS, iudex || fortis, alme scrutator cordium, Te invoco et imploro, ut me in pronunciacione necessitatum ingruencium oberrare^p non permittas seu contra verita-

D, O, C, M, S

^a Pomoranie *C*; sic faciendum *add. M* ^b asperitate *S* ^{c-c} ~ *C, M* ^d Swithnicensis *C* ^e intercipiuntur *S* ^f destinat *S* ^g arbitratur *S* ^{h-h} ~ *M* ⁱ sancti *C, M* ^{j-j} ~ *M* ^k consiliarius *D*; *om. S* ^l Crucifero *M* ^m veneno *add. S* ⁿ Regis Polonie Wladislai litterarum ad Christianos principes exemplum *add. D, O* ^o etc. *add. C* ^p aberrare *D, S, O*

tem quicquam^a fulminare^b. Noscite igitur et attendite, percipite^c universi^d et singuli^d reges principesque tam spirituales quam seculares, comites, barones, nobiles, milites, comunitates^e civitatum etc. et omnes qui inhabitatis terram sacrosancte^e fidei catholice professores, quomodo in factis, que inter nos et fratres Cruciferos de Prussia ventilantur et occurrunt, per ipsos erga nos nullus penitus pietatis assensus adhibetur, ex quo pacenciam, ad quam ex precepto Iesu Christi Regis pacifici servandam fuimus obligati, in nobis dilacerant et violant, ipsam a nobis pretendentes sequestrare. Quamvis enim nobiscum firmissimo pacis federe et^f literarum robore fuissent colligati, quod utique fedus nullis prorsus^g occasionibus violari^h sperabatur, ipsi tamen contra fedus huiusmodi sic firmatum sub colore fidei amicicie innocenciam nostram iniquis accusacionibus et confictis adinventionibusⁱ coram aliquibus principibus et multis probis detulerunt proditorie^j asserentes, quod^k temporibus nostris et ducis^l Vithavdi Alexandri Lithuanie^m non multum fides catholica per baptismum gentis nostre Lithuanie^m fuisset roborata, quiaⁿ nullus gentis nostre ad fidem Christianam per nos fuisset conversus et attractus, et quod illi de fide Ruthenica, qui per nos fuere baptizati sub colore fidei catholice sectam ipsorum tenerent secreta et occulte. Sed quia Ecclesia de occultis non iudicat, sufficit nobis pure devocionis diligencia, quam in augmento^o fidei catholice adhibemus. Si enim sciremus tales qui fidem tenerent palliatam, nunquam sine penali vindicta ipsos dimitteremus incorreptos. Et si perfecta caritas maneret in cordibus Cruciferorum aut si in federe nobiscum facto fideliter stare vellent, hos quos sciverant^p aut sciunt de nostris a fide exorbitantes, nobis ipsos sinceriter debuerant^q indicare; et si ipsos non correxissemus, iuxta Evangelium testes debuerant^r assumere et nos inducere ad correccionem eorundem et demum si noluissemus stare induccioni eorundem, tunc primo^s debuerant^t nunciare Ecclesie. Sed ipsi ordine^u prepostero, dimisso principio a fine incipientes, contra nos et fratrem nostrum carissimum ducem Withavdum iniustas querelas inceperunt fulminare. Nec sperandum est, quod ipsi religionem mundam et immaculatam sectentur, ex quo habenas lingue laxantes ad vaniloquia, noluerunt vera loqui et libertate lingue potiti^v elegerunt loqui adversum nos non vera sed iniqua. Non enim nos animadvertimus iustificacionem nostram multiplicitate verborum ostenta

D, O, C, M, S

^a calumniari *add. D, O* ^b oberrare *O* ^c - que *add. M* ^{d-d} *om. M, C* ^{e-e} *om. O* ^f *om. D*
^g - que *add. M* ^h violare *D, O, M* ⁱ adiunctionibus *D, O, C, S* ^j proditorem *C, M*; prodiciones *S*
^k qui *S* ^l *post vocem Alexandri M* ^{m-m} *om. D* ⁿ quod *D, S* ^o agendo *M* ^p sciverunt *M*
^q debuerunt *O, C* ^r debuerunt *O, C, M* ^s primum *M* ^t debuerunt *M* ^u ordinem *M* ^v freti *M*

HP III||586 re, || sed per realem efficaciam clarificare volumus nostrarum^a opera faccionum^b, imo ad subiiciendam rem oculis nos realiter volumus immittere^c et hec realiter ostendere, quod cultus^d Christiane religionis^d per neophitos nostros in terris Lithuanie Christo duce laudabiliter exercetur^e, quia ibidem de gracia Dei cathedrales et alias multas parochiales et conventuales ereximus ecclesias, ipsas de bonis patrimonialibus hereditantes^f perpetuo^g sufficienterque dotantes^h. De quo quilibet certus reddi poterit, qui pro experientia habenda easdem partes Lithuanie per nos de gentilitatis errore eductas vellet visitare et ea que scribimus non aliter se habencia propriis oculis contueri. Sed ipsi, proch pudor, pudorem squalidum tegunt proprium, alieno sibi ficto pudore culpas proprias in alios transferentesⁱ. Bene quidem facerent, si prius de propriis oculis^j trabem eicerent, antequam de alienis festucam^k eicere festinarent⁶¹. Ipsi enim scientes et videntes contrarium asserunt, quod pauca infra viginti quatuor annorum decursum a tempore baptismi nostri in augmento fidei catholice accrevissent. Dicant ergo ex adverso que^l quantaque in terris Prussie per ipsos occupatis forte a ducentis annis vel ultra per eos accreverunt. Pro certo respectu eorum, que in terris Lithuanie facta sunt, possent minima^m reputariⁿ, cum et eos quos baptizaverunt Pruthenos utique^o bene constat sub annuenciam^p ipsorum, quasi sub quodam palliato^q rigore ritus gentiles minime postposuisse et revera neminem huiusmodi gentilium fideliter ad fidem invitant catholicam, prout de Samagitis experientia testatur, quos ad baptismum allicere debuerant^r, quorum tamen nullum infra quinquennium licet baptismi gratiam plurimum affectantes^s ad fidem catholicam vocaverunt, sed^t solum namque in eo cursu gratulantur sui propositi, ut terras taliter qualiter possideant alienas. Unde probabili^u rationis colligimus argumento, quod^v si tali tamque perverso modo cum ceteris principibus circuibunt, quemadmodum erga nos nunc procedunt, pro certo difficulter^w aliquis posset subsistere, nec dubium quod in posterum, nisi ope Dei refrenentur, omnes principatus et dominia ipsorum dicioni taliter^x subiugabunt. Illud quoque circa dispositiones ipsorum est valde dolorosum, detestabile et deflendum, quod posicionis sue cursum semper habent retrogradum, in nullis penitus cum legum institutionibus et canonum sanctionibus concordare volentes. Hoc etenim ipse cursus eorum non admittit, ut voluntas sequatur rationem, sed

D, O, C, M, S

^a nostrorum O ^b factorum O, M ^c innuere M ^{d-d} ~ M ^e exercentur M ^f haereditando M
^g perpetuos C ^h dotando M ⁱ transferendo M ^j om. D, C, S ^k om. S ^l quam add. O, C, S
^m minimum S ⁿ reputare C ^o om. M ^p del. C ^q palato O ^r debuerunt C, M, O
^s affectando M ^t om. M ^u probabilis M ^v quos D ^w difficultati S ^x totaliter D

^a hoc pretendit^a potissime, ut^b ratio cedat et subsit^c semper imperio voluntatis. In hoc namque ipsorum tota fundamentaliter consistit intencio et || voluntas, ut propria teneant, aliena recipiant aut concupiscant, de alienis^d utilitatibus semper^e uti volunt, propria singulis prohibentes^f. ^g Nec in adquisicione alienarum iuris ordinem nec iusticie modum attendunt, dummodo violenter valeant occupare. De occupatis eciam nullo modo cedere volunt^g nec cupiam iuri^h seu iudicio parere et submitti pro eisdem; et quicumque pretextu huius ob pacis amorem virtute paciencie ipsis se quantoⁱ magis humiliant^j, tanto magis horum humilitate contempta^k per arroganciam pede calcare nituntur. Et quamvis ita in summa paciencia virtutis Dei ipsi Creatori devocionem nostram voluissemus humiliter comendare et Ipsius clemencia in pacis dulcedine liberius exorare, illud scriptum semper retinentes^l in conceptu^m, quod nisi in pace beneⁿ coli potestⁿ Auctor pacis, pacem cum eisdem fratribus Cruciferis constitueramus perpetuam atque firmam, per quam pacem ipsi Salvatori nos duplicem sperabamus fecisse servitutem, quarum una in eo consistit, quod cum proximis et domesticis fidei pugna cessasset et sopita fuisset omnium materia iurgiorum; alteram autem in hoc posueramus stabilitam, quod durante pacis federe Christianam potuissemus ampliare religionem et incredulos quoscunque per baptismum catholice adducere unitati, ob^o quod^p abiectis et evulsis cordis rancoribus, locum pure prebuerimus caritati, omnesque iniuriarum flammam pia mansuetudine suffocantes^q, imo pro reduccione^r constancioris federis^r et propter bonum pacis terram Dobrinensem ad Coronam pertinentem per ipsos Cruciferos iniuriose a nobis et Corona nostra ablatam et aliquot annis contra fedus tempore pie memorie Casimiri olim regis Polonie⁶² inter Regnum Polonie ictum^s et per Ordinem ipsorum fratrum occupatam in multa pecuniarum liberavimus quantitate. Nec^t hoc quidem profuit nobis, cum pacem in pace invenire non potuimus, quia mox post firmata pacis federa ipsi gravioribus plus quam preteritis^u iniuriarum aculeis infestare et afficere nos ceperunt^v dum preter alias quam^w plurimas nobis illatas iniurias, castra nostra videlicet Drzezno et Santok^x cum territoriis eciam aliquibus, ad nos et ad ducem^y Ioannem Masovie^y fratrem nostrum spectantibus aliisque nostris utilitatibus, omni iure et iusticie modo postpositis frivole

HP III||587

D, O, C, M, S
^a ^a ~ *M* ^b quod *O, S* ^c absit *S* ^d semper *add. D, S, O* ^e *om. O* ^f prohibentibus *S*
^g *om. M* ^h iure *D* ⁱ humi *add. D* ^j humiliat *O, C, M, S* ^k concepta *S* ^l retinendo *M*
^m concepta *D* ⁿ ⁿ ~ *C, M* ^o eo *M*; hoc *C* ^p absque *S* ^q suffocando *M* ^r ^r constantiorum
foederum *M* ^s situm *O, C*; sitam *S* ^t neque *C* ^u preteritis *C* ^{v, w} *om. S* ^x Zankok *C*
^y ^y ~ *M*

occupantes. Quas huiusmodi iniurias non sine magna paciencia sustulimus, federe tali^a, quod omni guerra durius reputavimus, involuti firmiter et ligati. Et quamvis multiplicatis
 HP III||588 instanciis per literas et solennes nuncios affectuose ipsos hor||tati^b fuerimus, ut iuxta inscripciones nobiscum stabiliti federis iniurias ipsas equitatis temperamento moderasent, ipsi autem^c per hoc facientes de nobis ridiculum nulla facere ratione voluerunt, interdum tamen quasi delusorie^d intimabant nobis se velle easdem iniurias rigore iusticie moderare^e, quod et^f demum ad effectum sicut alias omnino deducere renuerunt. Ideoque ad querelas contra ipsos prorumpere nos^g oportet et iniuriarum nostrarum animo turbato gravedines explicare, quas in cartula speciali^h singulatim vestre claritati describimus eandem vestram petentesⁱ attentius claritatem^j, quatenus dictis et relacionibus^k imo et accusationibus eorundem Cruciferorum, si quas contra nos et fratrem nostrum ducem Vithavdum levitate lingue emisierint^l, fidem velitis subtrahere creditivam. Iniquis enim et dolosis accusationibus nos depravant, soli pravitatis vicio claudicantes. Velitis eciam quesumus^m ab ipsorum hortamentis iniquis avertere mentes vestras, et dumⁿ et siⁿ aliquas sibi gentes dominiorum vestrorum in subsidium contra nos et predictum fratrem nostrum ducem Vithavdum venturas vocaverint et postulaverint^o, P⁻hominibus vestris^p illic^q transitum prohibere. Ipsi enim verissime contra fideles catholice fidei professores et contra eos, qui ad fidem catholicam promoveri^r dudum aspirant, se armant, gentis armate suffragia postulantes. Datum Opatovie⁶³ ipso die sancti Laurentii martyris gloriosi^{s64} anno Domini millesimo quadringentesimo nono⁶⁵.

*Withawdus induciarum per regem cum Cruciferis factarum
 ignarus vastat Prussiam ac vicissim hostem provocatum
 pavidus ex improviso in suis terris recipit*

ANTEQUAM AUTEM CONCLUSIO treugarum^t huiusmodi duci magno Lithuanie Alexandro esset^u per Wladislaum^v regem intimata, miserat predictus dux Alexander germanum suum ducem Sigismundum⁶⁶ cum Lithuanorum aliquanto exercitu latenter^w

D, O, C, M, S

^a tale D ^b hortari M ^c tamen D ^d delusori D, M ^e moderari M ^f ad M ^g non M
^h spirituali S ⁱ om. C, M ^j rogando add. M ^k relatibus O, S ^l emisierunt M ^m quesimus C
ⁿ⁻ⁿ illi M ^o imperetis add. D ^{p-p} ~ D ^q illis D ^r promoveri D ^s om. M ^t seu induciarum add.
 M, O ^u post vocem intimata M ^v Poloniae add. M ^w latentes M

in^a terras Prussie. Qui^b illas ingressus exustis et spoliatis plurimis villis opida eciam Dzoldow^{c67}, Thamow^{d68}, Newerkey^{e69} spoliat et exurit et magnum numerum hominum utriusque sexus in Lithuaniam^f abducit. Quod factum licet fuisset per ducem magnum Alexandrum tanquam ignarum de treugis attemptatum⁷⁰, Cruciferi tamen nullatenus poterant adduci^g, ut id ad magnam non ascriberent iniuriam et h⁻duci magno Alexandro ad dolositatem. Observabant || itaque aptum tempus, quo possent duciⁱ⁻ magno Alexandro^{-i-h} prout soliti erant, reddere vicem. Collecto itaque clandestino exercitu illum per solitudinem sitam inter Grodno⁷¹ et Bielsko⁷² per loca Rzepno⁷³, Stokky^{j74}, Iaszker⁷⁵ et fluvium Nietupa^{k76} transmittunt. Et hominibus ducis qui in solitudine excubias faciebant (fumus enim illos prodiderat) circa Iaszker comprehensis et interfectis die Dominico Ramispalmarum⁷⁷ in Wolkowiska⁷⁸, ubi non parvus populus Lithuanorum ad Divina audienda convenerat, irrumpunt, adveniunt et omnem populum utriusque sexus de Lithuanis et Ruthenis spoliato et exusto^{l-} loco illo^{-l} captivant et cum captivis per viam qua venerant celerrime revertuntur⁷⁹. Qua novitate dux magnus Alexander, qui in Usloniny⁸⁰ septem milliariibus distabat ab loco illo, turbatus et pavore nimio consternatus illico, tantummodo consorte sua Anna recepta, in densas silvas et aquosa lutuosaque^m latibula versus Zditowⁿ⁸¹ se contulit, ubi mansit donec esset de recessu Cruciferorum certificatus^o. Locus autem per quem Cruciferorum in Wolkowiska ibat et redibat exercitus, magnam effecit stratam^p in huiusmodi solitudine, que in signum facti huius eciam in hanc diem apparet et perseverat. Abinde^q observari^r solitum est, ut excubatores^s nonnisi de^t corticibus quercinis, que fumum non dant, ne^u prodi possint^v, focos extruant.

HP III||589

*Alexander quintus papa Ludovicum ducem Andegavensem regem Siciliae
creat et Venceslaum regem Bohemiae nominat regem Romanorum*

VICESIMA TERCIA IUNII CARDINALES utriusque obediencie conclave ingressi fratrem Petrum ordinis Minorum tituli Duodecim Apostolorum presbiterum cardinalem

D, O, C, M, S
^a per S ^b que D ^c Daldow M, O ^d Thamiaw D, C, S ^e Newerken O, M ^f Lithuania D
^g abduci S ^{h-h} om. M ^{i-l} ~ O ^j Stokhy C ^k Nietusza D, M, S; Nyetusa C ^{l-l} ~ M ^m lutosaque O
ⁿ Sdythow C ^o fuerit add. M ^p stragem S ^q -que add. M ^r servari O ^s excubiatores D, M, S
^t ex M ^u nec M ^v possunt S

in papam concorditer, ut supra tetigimus, elegerunt, etate septuagenarium^a; Alexandri quinti appellacionem sortitus Nonis^b Iulii Pisis coronatus^{c82}. Hic nacione Grecus ex Creta oriundus nunquam parentes, cognatos aut aliquos carnis idemptitate coniunctos^d, quemadmodum relacione ipsius compertum est, dignoscens, sed querentem eum in puericia per mendicitatem victum quidam^e frater ordinis Minorum Italicus recolligens in Latino sermone instructum regulari habitu induit et ad Italiam perduxit. Ubi artibus liberalibus eruditus, primum in Oxoniense^{f83} deinde in Parisiense^{g84} studia^h destinatus insignis magister in theo||logia evasit. Posthec Lombardiamⁱ veniens, favore ducis Mediolani⁸⁵ plures^j ecclesias cathedrales et postremum^k Mediolanensem rexit. Homo benignus et liberalis, omni petenti^l se nihil negare sciens. Ob quam rem curia Romana sub brevi tempore per inexperientiam^m, simplicitatemⁿ et liberalitatem^o ipsius fuit notabiliter deformata. Fratres Minores^p ad episcopatus et prelaturas promovens, Balthazaris de Cossa^q cardinalis, qui illius electionem^r in papatum se neglecto persuaserat, in singulis agendis consiliis directus. Excepit autem predictus Alexander Ludovicum ducem Andegavensem⁸⁶ filium quondam Ludovici⁸⁷ ad se in Pisas venientem magno honore et ipsum de consilio cardinalium in Sicilie regem sublimavit^s. Circa finem autem mensis Octobris propter pestem epidemie ex Pisis recedens in Prathum⁸⁸ deinde in Pistorium⁸⁹, ubi aliquanto tempore mansit, se contulit. Bohemie quoque regem Venceslaum pro rege Romanorum et non Rupertum^{t90} nominare cepit, ex quo ille Rupertus^u offensus obedienciam suam in Germania turbare non destitit.

*Exercitus Polonicus dimittitur et comitia in Nyepolomicze celebrantur;
ubi Warczislauus de Gotharthowicze ad perpetuos carceres damnatur
et legati ad Bohemiae regem arbitrum mittuntur*

TREUGIS CONFECTIS, que tamen vulgaribus et rerum ignaris erant plurimum displicibiles et moleste quique illas corruptis largicione consiliariis calumniabantur

D, O, C, M, S

^a qui *add.* M ^b Nonas C, S ^c est *add.* M ^d iunctos S ^e quedam D ^f Oxoniensi D, O, C; Oxoniensia S ^g Perusiensi D, O, C; Perusiense M; Perusiensia S ^h studium M ⁱ Longobardiam M ^j *om.* M ^k postremo D ^l potenti O ^m inexpugnantiam S ⁿ simplicitate M ^o liberalitate M ^p *om.* S ^q Koffa D, M, S ^r electione S ^s sublimat M ^t Rubertum D, M, S ^u Rubortus D

interpositas, exercitu licenciato Polonie rex Wladislaus a Bidgosza⁹¹ discedit^a, et per Zneinam⁹², Posnaniam⁹³ vadit et abinde indicta generali convencionem in villa Niepolomicze procedit versus Cracoviam⁹⁴ et in festo sancti Martini agit convencionem generalem in Niepolomicze⁹⁵. Ubi convenientibus prelati et baronibus regni instauratur iudicium horrendum contra Varcislaum de Gothartowicze^b, qui infideliter agens castrum Bobrowniki nulla pressus necessitate Cruciferis tradiderat⁹⁶. Et quamvis predictus Varcislaus pro excusacione^c facinoris sui^c allegasset, quod resignacionem^d castri predicti de sciencia Nicolai Curowski archiepiscopi Gnesnensis et eius mandato fecisset et fuissent litere super hac materia producte et scrupulosius examine, compertum tamen fuit finaliter eundem Vartislaum inique egisse et merito culpabilem esse. Propter quod traditus fuit Wladislao regi tanquam reus et culpabilis puniendus, qui illum in castrum Chancziny⁹⁷ in captivitate perpetuam tradi mandavit. || Verum ex post anno sequenti de Cruciferis obtenta victoria, illum sicut et^e omnes^f alios^e captivos^f absolvit. Sed post illam absolucionem pauco tempore idem Varcislaus supervixit.

HP III||591

IN EADEM^g CONVENCIONE nominati^g fuerunt et electi nuncii notabiles prelati et barones in Pragam pro die Dominica Invocavit⁹⁸ ad audiendum^h sententiam arbitralem inter Wladislaum Polonie regem et Cruciferos proferendam ituri, et omnes eis tunc fuerunt instrucciones ad eamⁱ rem prebite.

*Hussitarum sectae origo in Bohemia per Iohannem Hus
qui haeresim Wikleph Pragae excitavit*

HERESIS VIKLEPH⁹⁹, que ante annos multos^j Regnum Anglie^j gravissime infecerat, in Regno Bohemie et in civitate Pragensi, ubi tunc generale vigeat studium, per Ioannem Hus^k Bohemum¹⁰⁰ reaccensa et resuscitata est permittente occulto Dei iudicio et in brevissimo tempore dissimulante Venceslao Bohemie rege, sed^l Sophia de Bavaria regina Bohemie¹⁰¹ cum aliquibus consiliariis eam nutriende, serpens totum

^a D, O, C, M, S recedit M ^b Bothartowicze D, S ^{c-c} ~ M ^d resignacione S ^{e-e} ~ O ^{f-f} ~ M ^{g-g} nomina-
tim S ^h audiendam M ⁱ om. M, S ^{j-j} ~ D ^k Husz D, M, S ^l et M

Regnum Bohemie infecit. Solo autem livore et invidia dictus Ioannes Hus^a, quia^b per^c impetrantes quosdam^c de prebenda Pragensi fuit iure exclusus¹⁰², huiusmodi Vilklephistarum fabricare heresim^d cepit. Et quia erat homo magne sciencie et eloquencie, singularis quoque et exemplaris vite et propter^e suam predicacionem^e expressivam plurimum dilectus a vulgo, facile estimacione sua in Bohemorum pectoribus suapte ad novandum res et in arroganciam^f singularitatemque proclivis^{g-f} heresis huiusmodi virus plantavit. Qua fimbrias suas sensim dilatante studium generale mandato Sedis Apostolice dissolutum et practicari in Praga prohibitum est et omnes exterarum gencium scholares item omnes religiosi et sacerdotes, qui heresim ortam abominabantur, de studio et civitate pulsi plerique eciam trucidati. Sediciones magne in populo exorte, bella intestina et latrocinia aucta et omnis unitas^h, ordo, pulchritudo et decus Regni Bohemie pessundata. Invalescente siquidem heresi prefata fuerunt passim per laicos temporalia Ecclesie Dei et ministris eius ablata et omnes spirituales, qui heresiⁱ consentire nolebant, aut occisi et^j violati aut expulsi, templa incensa, prophanata et diruta. Ossa et insignes sancti Venceslai¹⁰³ patrie illius principis et^k patroni aliorumque^l sanctorum disiecte et conculcate reliquie. Gloriosum Cartusiensium^m monasterium¹⁰⁴ acⁿ plures alie edes sacre usque || ad solum ruinate et omnibus bonis partim trucidatis partim exclusis et diffugientibus, malignus quisque illic habuit receptaculum et cubile. Multiplicatis autem scelestis viris plurime^o iniquitates studiis malignorum hominum in Bohemia pullularunt^p eoque malignitatis ventum fuerat, ut eciam nonnulli Satane satellites sectam Picardiorum¹⁰⁵ publicos et permiscuos concubitus permittentem aliquanto tempore exeruerint. ^q Auxerat dogma perversum Petri Anglici^r¹⁰⁶ in Pragam adventus, qui ex eo tempore usque ad diem mortis sue illic degens Anglicana venena que ex libris Vicleph didicerat Bohemice nationi propinabat. Que omnia mala, proch dolor, Bohemico Regno prestiterunt magistrorum inflatorum et doctorum pruriencium et plus^s quam oportet sapere enitencium in opinionibus divisiones et interpretaciones improvide^t ex superbie tumore provenientes scripturarum^u, ita ut exinde patria^v gloriosa et nacio preclara Slavonica redderetur feda, turpis et ingloria^w.

HP III||592

D, O, C, M, S

^a Husz D, M, S ^b qui M ^{c-c} impetrationem cuiusdam M ^d om, O ^{e-e} ~ M; et add. D ^{f-f} singularem pronis M ^g proclivibus D ^h unitas D ⁱ haersim M ^j aut O, S ^k om. O ^l aliorisque D ^m Castusiensium D, C ⁿ et O, S ^o plurimum M ^p pulsularunt D ^{q-q} om. C ^r Anglia D ^s sapere add. D; aperte S ^t scripturarum atque ea add. M ^u om. M ^v patriae D, O, M

Schismate in Ecclesia durante nuntius cardinalium a Wladislao Poloniae rege obtinet, ut Alexandro quinto papae adhaereat

STANTE WLADISLAO POLONIE REGE in Niepolomicensi convencione^a venit¹⁰⁷ ad suam maiestatem nuncius cardinalium^b Romane Ecclesie Nicolaus de Volavia¹⁰⁸ cum literis eorundem cardinalium^c significantibus, qualiter ipsi unionem Ecclesie diuturno iam tempore scisse^c zelati Gregorium de Veneciis^d de Corario duodecimum et Benedictum tredecimum alias Petrum de Luna de papatu contententes^e et sua contencione scisma pestiferum nutrientes coniuncti ipsi in unam obedienciam deposuissent et Alexandrum de Candia papam indubitatum elegissent, petentes Wladislaum Polonie regem, quatenus et ipse cum ipsis senciatur et obediencia Gregorio duodecimo subtracta in Alexandri de Candia pape quinti^f obedienciam concedat¹⁰⁹. Qua re ad consilium relata decernentibus consiliariis Wladislaus Polonie rex Gregorio duodecimo, quamvis sibi amicissimo^g (is enim decanatum Cracoviensem et preposituram Gnesnensem^h ius conferendi^h duntaxat ad vitam Wladislao regi contulerat¹¹⁰) desertoⁱ Alexandri quinti in Pisano concilio quod tunc agebatur, conformiter in summum pontificem electi^j, obedienciam professus est. Erat insuper^k inter Alexandrum quintum^l et Wladislaum Polonie regem familiaris noticia^k, Alexandro quinto^m dum in minoribus ageretⁿ et^o terras Russie visitaret^p Wladislao^q vero Polonie rege^r adhuc in gentilitatis errore constituto contracta^s¹¹¹.

HP III||593

Wladislaus rex de apparatu belli Pruthenici cum Withawdo duce consultans deque fabricando in navibus ponte, nuntium Alexandri quinti papae de oboedientia sibi praestanda excipit ferasque venatione captas et sale conditas Ploczkam mittit pro futuri belli com meatu et templum in Lubomlya uno die excitat

DISCESSU A NIEPOLOMICZE FACTO Wladislaus Polonie rex versus Lithuaniam contendit¹¹², convencionem in Brzescze Ruthenicali¹¹³ cum Alexandro duce magno Lithuanie quam sibi denunciaverat acturus. Festo autem sancte Catherine¹¹⁴ apud

D, O, C, M, S
^a conventu M ^{b-b} om. M ^c scisae D ^d Venetianum diuturno iam tempore M; diuturno iam tempore add. D ^e contententis D ^f quarti D, O, C, S ^g deserto add. M ^{h-h} ~ D ⁱ om. M ^j electi D ^{k-k} om. M ^l quartum D, O, C, S ^m quarto D, O, C, S; iam inde ab eo tempore add. M ⁿ ageretur O; agens M ^o om. M ^p familiaritas contracta cum add. M ^{q-q} rege Poloniae M ^r regi O ^s om. M

Lublin celebrato pro die^a sancti Andree¹¹⁵ venit in Brzescze, ubi suam maiestatem dux Lithuanie Alexander uno milliari occurso facto debita^b reverencia excepit¹¹⁶. Ibi omnem progressum belli futuri contra Cruciferos gerendi Wladislaus^c Polonie rex^c cum Alexandro^d duce magno^d Lithuanie, solo Nicolao Tramba^e Regni Polonie vicecancellario¹¹⁷ conscio, secretissime conficiunt. Imperatorem denique Tartarorum¹¹⁸, quem Alexander dux Lithuanie in^f Brzescze^g adduxerat, pro futuro bello cum gente Tartarica eis^h solacia laturum^h perliciuntⁱ. Illic insuper componunt, quo die quove loco copie Polonice et Lithuanice conveniant^j et quo pacto Vislam^k superent. Disponunt^l insuper^m fieri pontem subliciumⁿ nunquam^o alias visum ex navibus, cuius fabrica Dobrogoscio Nigro de Odriwol capitaneo Radomiensi nobili de domo Nalancz¹¹⁹ a Wladislao rege fuit mandata. Parabatur autem pons huiusmodi expensis regiiis in Kossznicze^p¹²⁰ secrete per quendam subtilem artificem Iaroslaum¹²¹ et tota hiems illa in eius perfectione absumpta.

HP III||594 ^qEX BRZESCZE^q REBUS OMNIBUS pro instaurando bello futuro Pruthenico ordinatis^r Wladislaus Polonie rex^r vadit in Camieniecz Ruthenicae¹²², Alexandro duce magno Lithuanie eum concomitante. Ubi ad suam serenitatem bulle Alexandri quinti^s¹²³ speciali nuncio allate sunt, quibus et significabat suam conformem electionem et rogabat, ut sibi tanquam universalis Ecclesie indubitato summo pontifici a cardinalibus utriusque de papatu contendencium^t electo prestare obedienciam non negaret. Quod et Wladislaus Polonie rex iuxta decretacio||nem^u in Niepolomicze factam^v una cum Alexandro duce magno Lithuanie respondit se facturum. Ex Camieniecz Wladislaus Polonie processit ad^w venaciones in Bialowiesze ultra fluvium Lszna¹²⁴, Alexandro duce Lithuanie cum Tartarorum imperatore^x, quem pro toto hiemis tempore et usque prope festum sancti Ioannis Baptiste in terris suis cum gente sua et uxoribus tenuit^y in Lithuaniam divertente^y. Wladislaus autem Polonie rex venacioni^z dans operam apud Bialowiesze octo diebus^{aa}, quibus multas feras silvestres cepit et sale infusas in vasis per Narew¹²⁵ et Wislam in Ploczko¹²⁶ pro futuro bello asservandas transmisit, demora-

D, O, C, M, S

^a festo *M* ^b detrita *M* ^c *c* ~ *M* ^d *d* ~ *C, M* ^e Traba *D, C, M, S*; Thramba *O* ^f ex *O* ^g Brzesczie *O* ^h *h* auxiliaturum *M* ⁱ proliciunt *M* ^j conveniunt *M* ^k Wladislaum *C* ^l deponunt *C* ^m etiam *M* ⁿ *om. M* ^o nusquam *M* ^p Koznicze *D, S*; Kozienicze *M* ^q *q* Wladislaus tandem Poloniae rex *M* ^r *r* *om. M* ^s quarti *D, O, C, S* ^t contendenciam *D, O, S*; contendencis *M* ^u decretum *O*; decreta conventionibus *C*; decreta conventionis *M* ^v factum *O*; *om. C*; facta *M* ^w in *O* ^x in Lithuaniam divertente *add. M* ^y *y* *om. M* ^z venacione *D* ^{aa} demoratus *add. M*

tus^a, in terram regni sui Chelmensem¹²⁷ per Kamieniecz, Kobrin^{b 128} et Laszki^{c 129} perveniens dies Natalis Christi apud Lubomlya¹³⁰ egit. Ubi etiam uno die ecclesiam parochialem^d pro catholicis illic degentibus ex lignis fabricat, dotat et per Gregorium Wladimiriensem alias Lucensem episcopum fratrem ordinis Predicatorum¹³¹ consecrari procurat. Idcirco autem^e hieme illa Wladislaus Polonie rex in Lithuaniam iuxta consuetudinem assidue^f observatam ire distulit, quoniam difficile fuisset^g Alexandro^h duci magno Lithuanie et stacionibusⁱ regem procurare et expeditioni^j rerum in bellum necessariorum intendere. Sed et Wladislaus Polonie rex necesse habebat in Regno suo Polonie curam de multis intendere, que illum non permiserunt^k Lithuaniam procedere iuxta morem.

Ruperti Romanorum regis factionem Gregorii duodecimi papae faventis unionemque Ecclesie dissolventis legati in Pisano concilio irridentur

LANDULPHUS CARDINALIS BARENSIS¹³² ex concilio Pisano¹ Germaniam missus pro de Epiphania¹³³ Francofordiam^m supra Menumⁿ pervenit¹³⁴, ubi Rupertus^o Romanorum rex cum Maguntiensi¹³⁵ et Coloniensi¹³⁶ archiepiscopis^{p, q} Henrico duce Brusvicensi^{q 137} Hermano langravio Hassie^{r 138} Frederico^s Misnensi¹³⁹ et Frederico^t Brandenburgensi¹⁴⁰ marchionibus ceterisque Almanie^u principibus, item Francorum et Anglie regum oratoribus dietam ad procurandam^v unionem in Ecclesia Dei tenebat. Ubi dum sex diebus practicando modos unionis exegissent, venit ex parte Gregorii duodecimi nepos suus Anthonius cardinalis^w prolixo sermone usque ad fastidium usus^x, factum Gregorii iustificans et cardinalium qui Pisis congregati erant || opera impugnans. Rupertus^y itaque Romanorum rex, prece incertum est corruptus an precio, contemptis saluberrimis principum Almanie et oratorum Francie et Anglie regum consiliis unionem per medium concilii Pisani procurari^z suadentibus, partes Gregorii notabiliter fovere^{aa} cepit notabilesque ambasciatores, videlicet archiepiscopum Rigensem¹⁴¹, episcopum

HP III||595

D, O, C, M, S


^a deinde add. M ^b Kobry D ^c Jaszki D, O, S; Laski M ^d om. M ^e om. M
^f om. C, M ^g fuit M ^h om. C ⁱ nationibus D ^j earum add. O; expeditionem S ^k in add. M
^l in add. M ^m Francofordiam O ⁿ Maium O, C, M ^o Rubertus D, M, S ^p episcopis O
^q Henricum ducem Brusvicensem O ^r Hessie O ^{s, t} Friderico O ^u Almanae D, M ^v procurandum S
^w et add. M ^x est add. M ^y Rubertus D, O, M, S ^z procurare D ^{aa} favere M

Vormaciensem¹⁴² et electum Verdensem¹⁴³ ad Gregorium prefatum destinavit. Ex quo Gregorius ipse obstinacior factus est, placita enim sibi prout iussi erant et non unionem promovencia loquebantur, propter quod^a Gregorius ipse placere amplius Ruperto^b volens episcopum Vormaciensem creavit in cardinalem, quem tamen, ne episcopatu privaretur, suscipere detractavit. Electus deinde Verdensis in Pisis ad concilium accedens, persuadere cardinalibus et principibus^c in eo congregatis (quemadmodum per Gregorium instructus erat) nitebatur, ut alium locum Gregorio aptum pro concilio deligerent. Quod cum obtinere non posset, in appellacionem prorupit asserens nomine dicti Ruperti^d regis concilium generale in casu scismatis, nisi auctoritate imperiali congregari^e non posse. Fuerunt^f autem ipsi Romanorum rex Rupertus et consilarii atque ambasciatores^g sui a doctis et gravibus viris^h non secus quam delirantes irrisiⁱ, ut qui^j unionem quam promovere debuerant variis et infestis modis perturbabant^k. ||

D, O, C, M, S

^a quoddam *S* ^b Ruberto *D, M, S* ^c patribus *M, O* ^d Ruberti *D, M, S* ^e congregare *D, O*
^f fierunt *D*; ferunt *M, S* ^g ambasciatores *O* ^h irrisi *add. S* ⁱ *om. S* ^j *om. D, O, C, S* ^k explicit liber
 decimus *add. D, S*

Banderium Livoniarum in p[ro]lio quod sub duobus Joanne P[ro]curatore de
 domo et familia Bartholomaei v[er]emur de domo et familia
 debrag[er]ia Tolun[is] de domo et familia ad villa d[omi]ni
 p[ro]p[ri]etate a polonis t[er]m[in]o agr[ar]i[um] Livoniarum exercitu[rum] p[ro]p[ri]etate p[ro]p[ri]a



Latitudo

Nota hoc banderium
 continet in longitudine duas
 vlnas cu[m] palma vni[us] man[us]
 In latitudine v[er]o duas vlnas
 Habet et banderium p[ro]dictum
 tres caudulas et quibus earum
 p[ro]p[ri]etate in longitudine vni[us] vlnae
 in latitudine vni[us] q[ua]rtalis asup[er]ior[is]
 p[ro]p[ri]etate qu[od]o i[n] f[er]o lato s[er]u[er]e sine s[er]u[er]e

f[er]o f[er]u[er]e p[ro]p[ri]etate s[er]u[er]e
 in p[ro]lio d[omi]ni duo comelato
 res Livoniarum erant duodecim
 v[er]o v[er]o de d[omi]ni p[ro]p[ri]etate
 d[omi]ni p[ro]p[ri]etate et v[er]o de
 f[er]o p[ro]p[ri]etate comelato Livoniarum
 p[ro]p[ri]etate ad p[ro]p[ri]etate
 d[omi]ni p[ro]p[ri]etate ad p[ro]p[ri]etate
 sub p[ro]p[ri]etate erat centu[m] milites p[ro]p[ri]etate
 f[er]o sed om[n]e ab agr[ar]i[um] m[er]ito

BANDERIUM LIVONICUM

Bibliothecae Iagiellonicae codex manuscriptus nr 10001:
Ioannis Dlugossii Banderia Prutenorum f. 45v.

b-ANNUS DOMINI MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS DECIMUS-b.

HP IV||1

*Hermanus comes Cilie a Wladislao Poloniae rege
humaniter excipitur*

Festo Natalis Christi Wladislaus Polonie rex apud Lubomlya exacto, in Lubochnya^{c1}, Thur², Szaczsko^{d3}, Rathno⁴ secedens studium venandi resumit, captas feras pro Pruthenico bello reservans. Ex Chelmensi terra in Parczow⁵ processit, deinde in Lublin, Kazimierz⁶, Seczechow^{e7} et feria quinta ante Carnisprivium⁸ in^f Kozinicze^g descendit. Reginam quoque Annam ex Cracovia illuc advenientem offendens ex Kozinicze pro Carnisprivio in Iednam⁹ divertit. Illic ad eum^h venit Hermanus comes Cilieⁱ¹⁰ frater patruelis Anne regine Wladislaum regem et sororem suam Annam reginam visitaturus. In cuius presencia pro honore suo et regni Wladislaus rex curia indicta procuravit fieri varia hastiludia, solacia et coreas. Tenuit autem Wladislaus Polonie rex prefatum Hermanum Cilie^j comitem in curia sua omnibus rebus abunde provisum, et ex Iedna in Ilszam^{k11}, Opatow et Sandomiriam¹² discedens, datis ei Sandomirie regalibus et magni ponderis muneribus, remisit consolatum. Huius insuper comitis interpositione^l et practica cum fratre suo duce magno Lithuanie Alexandro ad tendendum^m personalem convencionem in Kesmarkⁿ¹³ cum Sigismundo Hungarie rege fuit persuasus et inductus.

HP IV||2

Przemislaus dux Theschnensis diviso filiis ducatu moritur

o-VICESIMA TERCIA DIE mensis Maii Przemislaus senior dux Theschnensis¹⁴, qui quoniam propter podagriticam^p infirmitatem annis triginta illum vexantem baiulabatur

D, O, C, M, S
a-a om. M, S b-b Joannis Longini canonici Cracoviensis Historiae Polonicae liber undecimus Anno Domini 1411 M c Lubochya S d Szaczko O; Szaczsko C e Siezechow O f om. S g Gosznicze C h eam O i Czilie O, C, S j Czilie C k Islzam D l interpositionem S m tenendam M n Kieczmargk O o-o om. C p podagriticam S; podigraticam M

assidue in sella cognomen Noszak sortitus fuerat, post multos defatigaciones quos pertulit, ut^a Cruciferos ad pacem cum Wladislao^b Polonie rege^{-b} reduceret¹⁵, ex Prussia reversus aput Theschin¹⁶ moritur et in monasterio fratrum Predicatorum in Tcheschin sepelitur. Vir prudens, industrius et sensatus, qui ex Catherina¹⁷ filia ducis Legnicensis Boleslai¹⁸ duobus filiis Boleslao¹⁹ et Przemislao²⁰ susceptis^c principatus suos fuerat^{-c} partitus. Nam Boleslao natu maiori contulerat Theschin, Glogowiam Maiorem²¹, Goram²², Schyewior²³ et medietatem Bythom²⁴, natu vero minori Przemislao a Chrzan^d Bohemo occiso²⁵ Oswieczim^e²⁶, Strzalin^f²⁷, Thoszek²⁸, Zathor²⁹, Kanthy³⁰ et Zi-wiecz^g^o³¹.

*Legati Wladislai regis ducum Masoviae et Alexandri
magni ducis Lithuaniae irrisa iniusta sententia arbitraria Wenceslai
regis Praga discedunt*

TERMINO QUO VENCESLAUS Romanorum et Bohemie rex differenciam inter Wladislaum Polonie^h regem et magistrum etⁱ ordinem Cruciferorum erat sua sententia arbitrari dirempturus appetente, Albertus Iastrzambiecz^j episcopus Posnaniensis, Sbig-neus de Brzesze^k Regni Polonie marsalcus^l, Vincencius de Granow castellanus Naklensis et Maioris Polonie capitaneus, Andreas de Brochoczicze³² et Dunin^m de Skrzin regius notarius³³ vice et nomine Wladislai regis et Regni Polonie; item Butrimⁿ miles Lithuanus³⁴ et Nicolaus Czebulka notarius ducalis nomine Alexandri^o ducis magni^{-o} Lithuanie³⁵; item Stiborius Rogala de Sanchoczino^p marsalcus Ianussi³⁶, item Plichta marsalcus³⁷ Semoviti ducum Mazovie³⁸ vice et nomine cum magnifico apparatu
HP IV||3 Pragam destinantur. Quo cum pervenissent et tam ipsi || nuncii regales et ducales quam Cruciferorum suas proposiciones, articulos et instrucciones coram eodem Wences-lao Romanorum et Bohemie rege tanquam coram arbitro comuni et iudice electo produxissent sperantes ipsum tum^q pro sua tum pro cause gravitate causam mature digesturum^r, ipse vero homo^s tedio affectus et raro sobrius suisque oblectamentis

D, O, C, M, S
^o cf. p. 49 ^a om. O ^{b-b} ~ M ^{c-c} fuerat principatus suos S ^d Chizan D, C, M, S ^e Osswiczin
 D, C, M, S ^f Strzalin D, C, M, S ^g Sziwiecz O ^h om. M ⁱ ac O, M ^j Jasztczonbyecz C ^k Brzesie
 O; Brzyeszye C ^l marschalcus O, marszalcus C ^m Donin D, S ⁿ Bruthim O ^{o-o} ~ M ^p San-
 doczino S ^q cum M ^r digesturam O ^s rex M

intentus, ad causam sue fidei creditam iusto decidendam iudicio nihil pensi^a habens examinare illius merita fastidiebat. Ne tamen rex ipse Romanorum fuisset de evidenti levitate in presencia tot nunciorum notatus, ne insuper nuncii regii^b, ducales et Cruciferorum abscesissent sine^c fine, Cruciferorum nunciis tam prece quam precio ipsum et consiliarios suos^d sollicitantibus, Iodocus^e marchio Moravie^e 39 regi Polonie Wladislao et sue parti^f graviter, quod adversarium suum alterum marchionem Moravie Procopium⁴⁰ frequenter armis et exercitibus adiuverat, infestus^g cum aliquibus Bohemis et Almanis decisioni^h cause huiusmodi se ingessit et certos articulos crudos quidem et apparentem iniquitatem redolentes ad ferendumⁱ arbitralem sententiam composuit prefatumque Venceslaum Romanorum et Bohemie regem ad pronunciacionem sentencie iuxta articulorum huiusmodi continenciam induxit. De quo ambasciatores^j k-Wladislai Polonie regis^k et Lithuanie ac Mazovie ducum avisati compromissum limitatum et semiplenum, pleno aput se reservato, produxerant^l, ne pronunciacio sentencie iniqua regem et principes afficere et stringere in aliquo potuisset. Post multos itaque dies assignatur terminus parti utrique ad audiendum ferri sententiam arbitralem, quo adveniente convenit pars utraque in regiam sententiam huiusmodi auditura⁴¹. Silencio itaque indicto Venceslao rege stante et cuiusdam ligni cisure^m intendente notarius mensam ediciorem ascendens sententiam in Almanico pronunciare incepitⁿ. Quo pronunciacionem inchoante ambasciatores^o p-Wladislai Polonie regis^p et Lithuanie ac Mazovie ducum nulla petita licencia, quamvis eorum aliqui Theutonicum tam intelligere quam sonare plene novissent, ex aula ceperunt discedere. A quibus Venceslaus Romanorum et Bohemie rex, cur recederent, interrogans responsum accepit: „Quoniam — inquit^q — fit hic predicacio in Theutonico, nos qui Poloni sumus et vulgare Almanicum ignoramus, transimus hinc in alia loca predicacionem Polonici idiomatis reperturi”. Quo replicante ferrent paulisper moram, equo animo similem pronunciacionem^r in Bohemico audituri: „Et nos — inquit nec Bohemicum novimus”. Tum vero Venceslaus rex: „Ambe — inquit — lingue consone^s sunt et una alteram sonando intelligit”. „Non sunt — inquit — rex illustris||sime, ambe unius intelligencie et soni, nam ubi Bohemica syedlak agricolam et rusticanum^t incolam exprimit^t, ibi Polonica sellarum

HP IV 4

D, O, C, M, S

^a sensi D, O, S ^b regales M ^c absque M ^d eius O, M ^{e-e} ~ M ^f infestus add. M ^g om. M
^h octisioni O ⁱ ferendam M, O ^j ambasciatores O ^{k-k} regis Wladislai Poloniae M ^l produxerunt O, M, S ^m scisurae D ⁿ cepit O, M ^o ambasciatores O ^{p-p} Poloniae regis Wladislai M
^q inquit O, C, S ^r pronunciacioni S ^s consones C ^{t-t} ~ O

magistrum^a intelligit". Hoc ^bresponso faceto et risu pleno Venceslao regi dato^{-b} discedunt ex aula neque sentencie qualicunque ferende linguagio pronunciacioni ^cvolunt iam interesse^{-c}, certi de eius iniusticia et iniquitate. Venceslaus tamen^d Romanorum et Bohemie rex ^etenorem illius sub suo sigillo ambasciatoribus regis et ducalibus transmisit, que inter alia duos ridentes continebat articulos. Deffiniebat siquidem ipse Venceslaus Romanorum rex^{-e} vel potius Iodocus marchio Moravie, quod terra Dobrzinensis per Cruciferos occupata debebat tradi cum omnibus castris et pertinenciis in manus suas, qui eius possessione habita infra annum debebat deliberare ^fet deliberatus decernere^{-f}, ad quem eiusdem terre dominium pertineat; item quod Regnum Polonie amplius et ^gde cetero^{-g} nunquam ex Lithuania aut Orientis partibus debebat sibi assumere regem, sed ex principibus Occidentis unum. In quo uno apparet ad liquidum temeritas et iniquitas sentencie, quoniam super re in questionem^h non deducta neque aliquatenus necessaria pronunciacionem suam extendit. Non erant ambasciatoresⁱ Wladislai Polonie regis et Lithuanie ac Masovie ducum aliqua alia per Venceslaum Romanorum et Bohemie regem humanitate tractati, preter id quod illos vice una honore mense excepit et coream finito prandio, in qua^j consors sua regina in corona cum virginibus et matronis splendide se gerens saltavit, fieri procuravit. Stantibus autem regis et ducalibus ambasciatoribus^k in Praga, Boczek de Poszdebrad baro Bohemie⁴² eos preter demeritum et culpam diffidat, qui huiusmodi diffidacione accepta Venceslaum regem petunt, quatenus ipsis in regno suo^l de salvo conductu provideat. Verum Venceslaus rex respondet diffidacionem huiusmodi ^msibi ignotam^{-m} foreⁿ neque^o conductu eos indigere. Ambasciatores vero Wladislai Polonie regis et Lithuanie ac Masovie ducum de levitate Venceslai Romanorum et Bohemie regis et in factis et in verbis sufficienter edocti de Divino suffragio et proprio milite atque armis (sexingen-
tarum^p enim personarum numerum impleverant) confisi ex Praga, circumscripto omni pavore et decernere si invaderentur parati, discedunt et per Hradecz^q⁴³, Clocko^r⁴⁴, Swidniczam⁴⁵ et Wratislaviam sani et incolumes in Regnum Polonie redeunt, nulla offensa a diffidatore accepta, quamvis die qualibet prefatus Boczek sequeretur illorum vestigia querens|| opportunitatem ex loco iniquo^s eos aut aliquem de eorum numero

HP IV||5

D, O, C, M, S

^a et opificem *add.* O, M ^{b-b} regi dato V. responso et risu pleno S ^{c-c} voluerunt iam O; interesse iam voluerunt M ^d autem M ^{e-c} *om.* O ^{f-f} *om.* M ^{g-g} ex decreto O ^h quaestione O, S ⁱ ambasciatores O ^j quo D, O, S ^k ambasciatoribus O ^l *om.* S ^{m-m} ~ M ⁿ esse D, M ^o salvo *add.* M ^p sexingenitarum S ^q Hradecz O ^r Kleczko O, C, M, S ^s in quo S

invadendi, adeo ut frequenter excubie partis utriusque se aspicerent. Et dierum una custodia ambasciatorum regalium et ducalium se superiorem advertens in hostilem custodiam irruit et in tantum^a in illam grassata est, ut cogeretur in Laba flumen insilire et fluvium tranando traicere. Erat autem prefatus Boczek de Poszebrad^b Viclephistice secte iam tunc venenis infectus, raptō et predocinio vivere solitus, proprio regi Venceslao contumax et ad novandum^c res atque ad sediciones proclivus^d, ^e qui impietatis sue heredem filium Georgium⁴⁶ dereliquit et^e qui processu temporis dolis et astuciis^f Ladislao Hungarie et Bohemie rege⁴⁷ ^g filio Alberti^g veneno⁴⁸ ut ferunt absumpto, vel ut aliis placet^h testiculorum compressione enecatoⁱ, in Bohemie regnum successit et primoribus regni corruptis^j auro diadema Bohemicum rapuit, cuius illi^k, ut male et sceleste quesiti, non diuturna mansit et possessio et successio.

*Withawdus vice Wladislai regis Keszmarkum profectus
ad confirmandum foedus inter Hungaros et Polonos ictum
dolis Sigismundi Hungariae regis et promisso regno oppugnatur frustra,
ut a fide regis Wladislai discederet*

EX SANDOMIRIA FERIA TERCIA post Dominicam Reminiscere⁴⁹ Wladislaus Polonie rex processit^l in Prziszow⁵⁰, ubi iterum venacioni intentus multas feras silvestres onagrinas et zubrinas^m, que in Polonico lyosiⁿ vocantur cepit et quinquaginta vasa de eis implens et in Ploczko pro futura expeditione cum aliis servanda per undas transmisit. Ex Prziszow per Lezenisko⁵¹, Kopki⁵² et Iaroslav⁵³ procedens pro Dominica Letare⁵⁴ Przemisliam, pro Dominica vero Iudica⁵⁵ Leopolim pervenit⁵⁶. Exinde discedens Podolie terram, quam tunc Petrus Wlodkowicz de Charbinowicze^p subpincerna Cracoviensis de domo Szulima⁵⁷ suo et Regni sui Polonie^q nomine tenebat, cursim peragrans, ex Kamieniecz⁵⁸ pro Dominica Ramispalmarum⁵⁹ in Halicz⁶⁰ advenit, abinde vero pro festo Pasche⁶¹ Leopolim rediit⁶². Quo illic agente certificatus est de convencionē, quam secum

D, O, C, M, S

^a tam *M* ^b Pozdziebrath *O*; Poszdebrad *C* ^c novandas *O, M* ^d proclivis *D* ^e *om.* *O*
^f astitiis *D, S* ^g *g* ^h placeret *O* ⁱ necato *M* ^j corrupto *M* ^k ille *D* ^l venit *M* ^m subzor-
ribrinas *C* ⁿ lossie *O*; lyoszy *C* ^o Lanczensko *O*; Lanszensko *C*; Lezcisko *M* ^p Charlimowicze *D, M, S*;
Harlinowicze *O* ^q *om.* *M*

HP IV||6

Sigismundus Hungarie rex in Keszmark tenere disponebat^a, et fratre suo Alexandro duce magno Lithuanie de progressu prefate convencionis in Keszmark^b, quatenus et ipse illi personaliter intersit, per velocem nuncium avisato^c ex ||Leopoli discedens per Grodek⁶³ et Medikam⁶⁴ in Lanczuth divertit⁶⁵, ubi feria tercia post conductum Pasche⁶⁶ Alexander dux magnus^d Lithuanie ad illum pervenit. Habens itaque^e Wladislaus Polonie rex^e fratrem suum ducem magnum Withavdum in comitatu per Rzeszow⁶⁷, Ropczicze⁶⁸, Pilzno^{f69}, Biecz⁷⁰ et Gribow⁷¹ transitum faciens pro Dominica Misericordia Domini⁷² in Novam^g Sandecz^{h73}, ubi iam frequensⁱ numerus prelatorum et baronum Polonie iussu regio convenerat, pervenit^j et tam^k rex quam dux^k unius lapidee Gerzdorff⁷⁴ fuerunt recepti hospicio. Necessitate autem presenti ad consilium reiecta, ex multiplici respectu regem simul et ducem in Keszmark^l ire non placuit, quapropter Wladislaus Polonie rex solus interim in Nova Sandecz se continens Alexandrum ducem magnum Lithuanie, adiuncta illi prelatorum, baronum et militum Polonie caterva ad conveniendum cum Sigismundo Hungarie rege in Keszmark transmittit⁷⁵. Causa autem principalis, propter quam^m predictus fiebat conventus, non alia extabat, nisi ut Sigismundus Hungarie rex fuisset stabilitus et firmatus, quatenus cum Regnoⁿ Polonie treugas pacis per annos sedecim confectas^o, quorum^p iam quatuor anni restabant, ut liberius expedicio in Cruciferos nullo a tergo hoste relicto agi posset, observaret⁷⁶. Dum itaque Alexander^q dux magnus^q Lithuanie cum Sigismundo Hungarie rege in Keszmark^r convenisset et eum^s de observacione huiusmodi^t sollicitasset treugarum^u, Sigismundus Hungarie rex pro^v responso finali^v dixit sibi servare treugas huiusmodi licitum non esse, si Cruciferi bello impetantur, obtulit tamen se efficaci interposicione^w pro dirimendo bello exorto^x, destinando ad magistrum et Ordinem speciales^y et notabiles nuncios, laboraturum^z. Spectabat enim^{aa} iam tunc Sigismundus Hungarie rex ad comprehendendum fastigium Romani Imperii et quibuscunque poterat artibus favores sibi principum Almanie venabatur. Sed et cum magistro Cruciferorum^{ab} Ulrico de Iuningen et Ordine secretas practicas decoquebat^{ac}, pollicens^{ad} eis grandia gencium solacia^{ae} se contra Polonie regem

D, O, C, M, S

^a desponebat S ^b Kieszmarck O ^c acusato D ^d om. D, S ^{e-e} Poloniae rex Vladislaus M
^f Pylszno C, S ^g Nova O, S ^h pervenit add. M ⁱ magnus M ^j om. M ^{k-k} dux quam rex O
^l Kieczmarck O ^m quas O ⁿ rege O ^o observaret add. M ^p quarum M ^{q-q} ~ M ^r Kieczmarck O
^s cum D, O, C ^t treugarum pacis add. M ^u induciarum treugarumque O; om. M
^{v-v} ~ M ^w interposicioni S ^x laboraturum add. M ^y spirituales D, C, S ^z om. M ^{aa} om. C, M
^{ab} Cruciferum S ^{ac} coquebat M ^{ad} promittens C, M ^{ae} auxilia M

laturum, si duntaxat et magister atque Ordo auri certam quantitatem sibi solverent, pollicitatione huiusmodi aurum se credens verborum figmentis a Cruciferis emuncturum.

INTER HOSCE AUTEM TRACTATUS, qui super^a observacione treugarum inter Sigismundum Hungarie regem et Vithavdum^b ducem magnum^b Lithuanie agebantur, Sigismundus Hungarie rex letiferum virus, quo Vithavdum ducem magnum^c Lithuanie a fidelitate et obediencia Wladislai Polonie regis scin||deret, comentari cepit. Tracto enim *HP IV||7* Alexandro duce^d Lithuanie in locum secretum omnibus arbitris eiectis^e calida et vafra persuasione illum vehementer sollicitabat, quatenus fratre suo Wladislao Polonie rege deserto secum fedus et ligam iniret; offerens se auctoritate Romanorum regis (iam siquidem ab imperii electoribus levitatem Venceslai germani sui Bohemie regis moleste ferentibus, morte eciam Ruperti^f Clema ducis Bavarie et comitis palatini Rheni⁷⁷ secuta^g in Romanorum regem electus erat) Withavdum in Lithuanie regem creaturum et ab obediencia, fidelitate iureque iurando Wladislai Polonie regis absoluturum⁷⁸. Omnem quoque amicciam et assistenciam fidelem et puram contra Wladislaum Polonie regem et quoslibet alios in quolibet necessitatis articulo iureiurando interposito sibi prestiturum. Alexander autem^h dux magnus Lithuanie etsi dolum in verbis Sigismundi regis adverteret, pro temporis tamen et loci condicione benigne respondit. Secedens itaque in hospicium, conscensis festinanter equis ex Keszmarkⁱ se, Sigismundo rege qui sibi non modici valoris obtulerat^j munera insalutato, evolvit. Cuius^k repentino et insperato^k Sigismundus^l rex Hungarie^l discessu comperto, illum investigat et in uno milliari circa villam Biala⁷⁹ vix consecutum valedicit neque ad aliquos tractatus cum eo descendit, intelligens suam persuasionem repudiatum iri. Quod quidem virus etsi tunc^m oppressum extinctumque^m fuerat, processu tamen temporis Sigismundus rex illud suscitavit et in Regni Polonie atque Ducatus Magni Lithuanie perniciem grassari illud et ebulire sustinuitⁿ. Passum autem fuit opidum Keszmark⁸⁰ sub diebus, quibus prefatus agebatur conventus, casuale sed late^o patens incendium, quo barones et milites Polonie in^p equis, rebus^p et fortunis suis notabile exceperant dispendium. Discedens itaque Vithavdus dux magnus ex Keszmark^q, ad Polonie regem Wladislaum in Novam Sandecz reversus^r singulos tractatus cum Sigismundo Hungarie rege habitos aperuit et universos dolos, quibus eum ad defeccionem et novi diadematis assumptionem perlicere^s conatus est,

D, O, C, M, S

^a supra S ^b b ~ M ^c om. M ^d magno add. M ^e semotis O, M ^f Ruberti D, M, S ^g om. O
^h vero S ⁱ Kieszmark O ^j contulerat M ^k k ~ S ^l l ~ M ^m m ~ S ⁿ substituit D, O, S
^o longe O ^p p ~ S ^q Kieszmarck O ^r om. M ^s perliciter S

detexit. Habitaque^a iterum secretissima super progressu belli contra Cruciferos gerendi deliberacione dux Withavdus, obtenta a rege Wladislao licencia, Lithuaniam concito cursu in podwodis properat et in Lublin tercia die ex quo de Sandecz discesserat, quarta vero in Brzescie, ubi reditum suum consors sua Anna ducissa operiebatur, perveniens, omnes terras dicioni sue subiectas commovet et consurgere iubet in Prutenicam expeditionem. ||

HP IV||8

*Erectio hospitalis et monasterii ordinis Praemonstratensis
in Nova Sandecz*

^bPRECIBUS ET multiplicibus instanciis^b Wladislaus Polonie rex sub diebus, quibus in Nova Sandecz agebat^c, fratris Ioannis de Bohemia predicatoris⁸¹ sui viri religiosi et exemplaris de Premonstratensi ordine, qui pro illo tempore rare sanctitatis vir habebatur et qui verbo sue doctrine et vite arctitudine multas virtutes in ^dPolonie Regno^d plantaverat, persuasus^e, fundat monasterium seu hospitale Sancti Spiritus in Nova Sandecz⁸² de eodem ordine Premonstratensi et illi pro dote villam suam Dambrowka⁸³, item viginti marcas^f census annui in zuppis Wieliciensibus^g consignat abbatemque in illo^h infulatum instituitⁱ hospitalis monasterio contigui et annexi^j et miserabilium personarum in illo degencium curam et regimen habiturum.

*Wladislaus rex impetratis contra Cruciferos armis praesidium pro tuendis
finibus regni ab Hungaria collocat*

PERPENDENS WLADISLAUS POLONIE REX quod nulla sibi de habenda pace cum Cruciferis spes restaret^k, omnibus baronibus, militibus et subditis Regni sui Polonie et dominiorum eidem subiectorum arma capescere et contra Cruciferos in Prussiam procedere missis literis et restibus precipit^l. Volens vero fines Regni sui ab Hungaria relinquere securos, Ioannem de Szekoczini castellanum Lublinensem de domo

^{D, O, C, M, S}

^a - que om. C ^b om. M ^c persuasus precibus et multiplicibus instantiis add. M ^{d-d} ~ S ^e om. M
^f marcarum O, S ^g Wielicensi O, S ^h eo O ⁱ constituit O ^j annexi M ^k restauret M
^l precepit O, S; om. M

Odrowansch^a militem in opido et castro Sandecensi capitaneum reliquit⁸⁴ et omnes milites e districtibus Sandecensi⁸⁵ b- et Czircicensi^{-b86}, item milites de terra Bieczensi^{c87}, quam tunc Thome^d episcopo Agriensi^{e88} et fratri suo Ladislao^f de Ludoncz^{g89} a facie Sigismundi Hungarie regis fugientibus dederat in tenutam, a^h Prutenica expeditione absolvens in solaciumⁱ defensionis et dimicacionis future, si bello a Sigismundo rege Hungarie fines^j Regni Polonie invaderentur^k, l- parere singulos predicti Ioannis de Sczekocziny imperio iubens, adiunxit^{-l}. ||

Externus miles ad bellum Pruthenicum conducitur

HP IV|9

SABBATO ANTE DOMINICAM Cantate⁹⁰ Wladislaus Polonie rex ordinata parcium Sandecensium provisione, ex Sandecz egressus⁹¹ per Czychow^{m92} et Bochniam⁹³ transitum faciens feria tertia post Dominicam Cantate⁹⁴ Cracoviam advenit⁹⁵, ubi quindecim diebus immoratus residuos milites et curienses suos, quatenus in expeditionem Pruthenicam se disponerent, in eorum lares licenciat etⁿ remittit. Vocat insuper et stipendio conducit nonnullos Bohemos et Moravos belli peritos, qui^o exercitum regere^{-o} ordines ducere, loca apta pro locando exercitu eligere nosse credebantur. Inter quos fuere prestanciores Szokol^{p96}, Szolawa⁹⁷, q- Sbislawek⁹⁸, Kostka^{-q99}, Stanislawek¹⁰⁰ et plures alii. Quamvis siquidem Wladislaus Polonie rex ex proprio milite^r fortem et^s numerosum^{-r} habiturum se non dubitaret exercitum, ad conducendum tamen peregrinum militem consilio suorum Polonie consiliariorum saluberrimo ex causa multiplici et rationabili respectu fuit pertractus, suadencium forcia et frequencia exterorum solacia^t ad bellum gerendum ex eo potissimum respectu acciri^u, ut si victoria regi cederet, certum foret victos et stipendia et quecunque imperarentur victoribus pendi oportere, sin^v minus, stipendium desiderati, capti et victi non forent requisituri. Accedebat insuper, ne milites forenses a rege conducti et conducendi donativo preoccupati in partem hostilem robur eorum aucturi^w transirent. Longa quidem fuit de hac re inter consiliarios Polonie

D, O, C, M, S

^a Odrowasch S ^{b b} Czircicensique O; singulos eis imperio parere iubens *add.* M ^c adiunxit *add.* M ^d *om.* M ^e Agriensi O ^f Wladislao C ^g Ludomcz O ^h *om.* D ⁱ auxilium M ^j finibus M ^k invaderetur M ^{l l} *om.* M ^m Czychow S ⁿ atque M ^{o o} ~ M ^p Sokol O ^{q q} ~ D, M ^{r r} ~ S ^s *om.* D ^t auxilia M ^u accipi D, M, S ^v si O ^w acturi M, S

concertacio, Ioanne de Tharnow palatino Cracoviensi¹⁰¹, cuius sententiam ceteri^a tanquam viri rare dexteritatis sequebantur, ut proprii pocius milites ad bellum non obligati tanquam fidiore patrie operosius ad navandam victoriam operas suas^b ^c-adnixuri mercede^c traherentur suadente^d, Sbignei de Brzeszye^e Regni Polonie tunc marsalci^f sententia forenses et peregrinos milites preferendos idque magis rei publice conducere, nam si vicissent, non suis opibus aut regni sed manubiis hostium satisfacturum^g, si victi^h essent, nec eos qui repeterent nec a quibus repeti deberet superstites relictum iri. ||

HP IV||10

*Legati Sigismundi Hungariae regis Cracovia in Prussiam eunt,
inter Polonos et Cruciferos pacem composituri*

NEC PRETEREUNDUM est, quod Wladislaus Polonie rex antequamⁱ ex Nova Sandecz discessionem fecisset, misit duos nuncios, videlicet Zavischium de Olesznicza^j militem lingue Hungarice peritum et Stanislaum Czolek^k notarium¹⁰². ad Sigismundum Romanorum et Hungarie regem sollicitans illum^l et requirens, quatenus fedus sufferenciarum secum percussum et firmatum observaret. Qui tot et tam frequentibus nunciis^m Wladislai Polonie regis^m fatigatus respondit, quod pro pace inter Wladislaum Polonie regem et Cruciferos reformanda ire personaliterⁿ Prussiam deliberasset, dummodo Wladislaus^o rex Polonie^o transitum illi^p per regnum suum permittat et ei de salvo conductu provideat¹⁰³; offerens pace inter regem et Cruciferos reformata non solum residuos treugarum annos se sincere custoditurum sed eciam fedus pacis perpetue cum rege et Regno Polonie icturum^q. Redeuntibus autem regis nunciis cum huiusmodi^r responso Wladislaus Polonie rex avidus per quemcunque modum^s cum Cruciferis^s vitare^t bellicum discrimen, Stanislaum Czolek^u notarium ad Sigismundum Hungarie regem cum literis plenum salvum conductum continentibus remittit, spondens et offerens de reali salvo conductu per Regnum suum Polonie sibi efficaciter providere. Sigismundus autem Romanorum et Hungarie rex, proposito suo et oblacione^v Wladislao Polonie regi

D, O, C, M, S

^a om. S ^b om. M ^{c-c} ~ D ^d desideratur sed vicit (ut M) vel simile quid ^e Brzesie O; Breszye D; Brzesie S ^f marschalcy C ^g facturum satis O, M, S ^h victa S ⁱ antea quam O ^j Olesznicza S ^k Cziolek O ^l eum M ^{m-m} Polonie regis Wladislai S; Wladislai Polonorum M ⁿ in add. M ^{o-o} ~ C, M ^p illum C, S ^q initurum M ^r huiuscemodi O, M, S ^{s-s} om. S ^t vitaret O ^u Cziolek O ^v oblacionem S

^a facta variatis^{-a}, ^b Prussiam personaliter ire, impeditum^{-b} se asserens, distulit. Duos tamen barones regni sui, videlicet Nicolaum de Gara Regni Hungarie palatinum¹⁰⁴ et Stiborium de Stiborzicze^c palatinum Transilvanum^d Polonum^e genere de domo Ostoya¹⁰⁵, Georgium de Kerzsdorff^f Slesitam¹⁰⁶ illis adiungens, specie quidem ad interceptum bellum, re autem vera ad emungendum quadraginta florenorum millia, que se magister et ordo Cruciferorum Sigismundo regi si Wladislaum Polonie regem diffidaret, daturum^g astrinxerat, transmisit¹⁰⁷. Et hi quidem Sigismundi Romanorum et Hungarie regis nuncii, Wladislao Polonie rege^h adhuc Cracovie immorante¹⁰⁸, veniuntⁱ Cracoviam habentes secum ducentos equos in comitatu. Quos Wladislaus rex humanissime tractatos et remuneratos in Prussiam per regnum suum ire permisit datis eis tribus conductoribus, qui illis non solum de salvo conductu sed et^j de omnibus necessariis per universum Regnum Polonie largissime iuxta regium mandatum providebant. Eo autem respectu Wladislaus Polonie rex legatos Sigismundi Romanorum et Hungarie^k regis in Prussiam ire iussit aut videlicet composituros pacem aut suspensuros bellum aut illos testes sue modestie futuros, penes Cruciferos culpam omnem belli esse, ipsum iusta et plus quam necessaria sumpturum^m et relaturum arma.

HP IV||11

*Wladislaus rex in bellum Pruthenicum egressus
Nicolaum Kurowsky archiepiscopum Gnesnensem
vicarium suum ad omnia negotia auctoritate regia exequenda
in arce Cracovensi reliquit*

COMPARATIS ET DISPOSITIS Wladislaus Polonie rex singulis que ad belli futuri^l Pruthenici progressum^{-l} videbat oportuna, relicto in^m castro Cracoviensi^{-m} Nicolao Curowski archiepiscopo Gnesnensi, qui expeditione Pruthenica durante vices regis agens universorum negotiorum emergencium curam et expeditionem sibi habebat delegatam, feria quinta ante festum Pentecostes ex Cracovia egreditur¹⁰⁹ et per Mogilam¹¹⁰,

^{D, O, C, M, S}

^{a-a} facta variata *D*; factam varietatis *S* ^{b-b} Prussiam ire personaliter impeditum *C*; in Prussiam personaliter ire impeditum *M*; impeditum Prussiam personaliter *S* ^c Stiborzyc *S* ^d Transylvaniensem *M* ^e Polonorum *M* ^f Kierszdorph *O* ^g om. *D, O, C, S* ^h regi *D, S*; Polonorum rege Wladislao *M* ⁱ venerunt *O, M* ^j etiam *S* ^k Bohemie *C* ^{l-l} ~ *S* ^{m-m} ~ *M*

Proszowicze^{a111} et Visliciam^{b112} venit in Novam Civitatem Korczin, residuis quoque omnibus^c militibus et curiensibus, quatenus in bellum Pruthenicum se pararent, licenciatis, cum Anna regina et exiguo adolescentum et eorum militum quos pro custodia regni^d relinquebat numero, festa Pentecostes, Sancte Trinitatis et Corporis Christi apud Novam Civitatem exegit¹¹³. Ubi ad eum socrus sua et^e genitrix Anne Polonie regine^e, ducissa de Dek Anna filia^f Casimiri secundi Polonie regis^{f114} (iam enim alterum virum ducem de Dek priori^g Wilhelmo comite Cilie^h mortuo acceperat) venit. Que aliquot diebus apud generum commorata et donis munerataⁱ regalibus ad propria rediit.

*Wladislaus rex ad bellum proficiscens in monasterio
Sanctae Crucis Calvi Montis orationibus
et ieiuniis cum summa hilaritate vacat*

FESTO CORPORIS CHRISTI et eius octavis¹¹⁵ apud Novam Civitatem peractis Wladislaus Polonie rex sabato ante^j diem sancti Viti^{j116} ^k Novam Civitatem egreditur^k ad bellum contra Cruciferos processurus et per Stobniczam¹¹⁷ et Schydlow¹¹⁸ venit in Slup¹¹⁹ stetitque illic duobus diebus, sub quibus pedestri itinere monasterium Sancte Crucis Calvi Montis¹²⁰ ascendebat, diluculo et tota die genuflectens oracioni et elemosinis vacabat com||mendans se et causam suam Divine et Sancte Crucis defensionis. Nec redibat ex^l oracionibus et monasterio^l ad refeccionem nisi in crepusculo, tocius diei^m abstinentia et oracione defatigatusⁿ.

*Exorto bello Pruthenico milites Poloni Sigismundo rege Hungariae
et amplis fortunis, quibus in Hungaria ducti erant, relictis
ad suum regem Wladislaum perveniunt*

MORABANTUR AUTEM PRO EA TEMPESTATE plures Polonici milites et signanter^o Zavissius^p Niger, Ioannes Pharurey germani, heredes de Garbow de domo

D, O, C, M, S

^a Proshowycze C; Proshovice S ^b Vyslyczyam C ^c om. C, M ^d regis C ^{e-e} reginas Annae Poloniae genitrix S ^{f-f} Casimiri regis secundi Poloniae C; Casimiri secundi regis Poloniae M ^g priore M ^h Czilie C ⁱ numerata M ^{j-j} sancti diem Vitti O, C; sancti Viti diem M, S ^{k-k} Nova Civitate expeditus M ^{l-l} ~ S ^m die M, S ⁿ defatigandus O ^o signantius S ^p Szauiissius C

Szulima^a, Thomas Kalski de domo Rose^b121, Albertus Malski de domo Nalancz^c122, Dobeslaus Puchala de Wangry de domo Wyenyawa¹²³, Ianussius Brzoglowy^d de domo Grzimala¹²⁴, Scarbek de Gory de domo Habdank et nonnulli alii in Sigismundi Romanorum et Hungarie regis curia et obsequiis. Qui intelligentes principem et dominum suum naturalem Wladislaum Polonie regem expeditionem contra Cruciferos instaurasse et inter suam serenitatem ac^e Sigismundum regem, cui obsequebantur, odia et similitates, procellam tandem guerre parituras exortas esse, recepta^f a Sigismundo rege, qui eos donis et promissis variis conabatur et^g a proposito reducere et aput se detinere, licencia, relictis omnibus possessionibus, quas eis Sigismundus rex in Hungaria donaverat, levipensis insuper favoribus suis et liberalissimis^h promissis discedunt ab eo et ad Wladislaum Polonie regem perveniunt contra hostes suos Cruciferosⁱ et quoslibet^j alios militaturi. Quos benigne et placide excipiens fidei eorum prestanciam dignis premiis compensabat. Unde et tunc castrum regium Bydgoszcza^k Ianussio Brzozoglowy^l militi audaci et fortunato dedit in tenutam, de quo ipse multiplices ex Cruciferis referebat triumphos et pluribus eos offensionibus infestabat. Sed et aliorum eiusdem societatis militum insignis et in prelio cum Cruciferis comisso et in pluribus aliis actibus virtus heroica sepenumero enituit.||

*Presidia Polonica incensis aliquot Cruciferorum pagis
ad petendum foedus decem dierum Ulricum magistrum cogunt*

HP IV||13

MISERAT INSUPER WLADISLAUS Polonie rex quadringentos equites militum et curiensium suorum in castrum Iuniwladislawiense pro presidio treugis inter regnum et magistrum atque Ordinem expirantibus¹²⁵ m⁻ regni metas^{-m} ab hostili insultu protecturos, quibus capitaneus Iuniwladislawiensis Borowiecz¹²⁶ et equisⁿ eorum de omnibus necessariis providebat¹²⁷. Alios item milites et curienses similem^{o-} defensionem hostibus^{-o} opposituros in Brzeszcze¹²⁸ collocarat^p, qui simul iuncti treugis expirantibus in die sancti Ioannis Baptiste¹²⁹ in borra^q, que Slussowska^r appellatur¹³⁰, prope Thorun se^s posuerunt in latibulis et sole occidente tabernas ad ripas fluminis

D, O, C, M, S

^a Sulima O; Szulma S ^b Rosze O ^c Nalancz S ^d Brzoglowius S ^e et M ^f recepto M ^g om. M ^h liberalibus S ⁱ om. M ^j et add. D, O, S ^k Bythgoszcza C ^l Brzoglowi O; Brzozoglowio S ^m m ~ O ⁿ equos M ^o o ~ M, S ^p collocaret D, O, M, S ^q Bora S ^r om. S ^s om. S

Visle sitas, item villas Nyeschew^a 131, Murzinow^b 132 et alias plures pulcherrimas et bene locatas in magistri et ordinis Cruciferorum possessione tunc consistentes, sedente magistro Prussie Ulrico cum Nicolao de Gara palatino Hungarie et Stiborio de Stiborzicze nunciis^c Sigismundi Romanorum^c et Hungarie regis et pluribus^d comendatoribus ad tabulam in cena, igne adhibito incendunt et pulchrum quidem sed molestum prebuere videntibus spectaculum. Quam incensionem magister Prussie Ulricus^e plus quam^e moleste tulit, non dampno illam deputans sed pudori, et pluribus invectivis in Polonie regem et suos milites, qui id facinus comittebant, usus ad barones Hungarie fertur dixisse: „Qualis est tractatus iste et quam vafer, quem vestra interposicione nobiscum agitatis de pace, cum sub meo conspectu fumos, incendia, cedes et spolia mei domini^f patrari videam”. Recepit autem a baronibus Hungarie conveniens responsum: „Non officit presens incendium exiguum et tenue pacis dispositioni et tractatui, habet enim guerra condicionem iusque suum; attendis quidem ad dampnum modicum tibi ex Regno Polonie illatum et non attendis dampna, cedes et incendia, que Regno Polonie vastando et occupando terram Regni eiusdem Dobrinensem^g intulisti; ut igitur facilius et efficacius possit per nos interponi pacis^h tractatus, consultum apparet nobis, ut aliquot dierum inter vosⁱ firmetur treuga”. Annuit ultro^j huic consultationi Prussie magister et sufferencias pacis^k decem dierum^k tenere^l repromisit et literis firmavit¹³³.^m Que Wladislaus Polonie regi et regno suo quam maxime fuere necessarie et fructuose, sub illarum etenim intervallo milites singuli et capitanei regii preparabant se ad bellum deposito omni hostili respectu || et regiones cometanee invasionem hostilem non sustinebant, donec Wladislaus Polonie rex cum omnibus potentiis adveniens et terras hostiles invadens suis omnibus ampliorem prestitit securitatem^m.

HP IV||14

*Wladislaus rex inducias decem dierum ad petita
legatorum regis Hungariae confirmat*

MONASTERIOⁿ CALVI MONTIS Sancte Crucis feria quinta in die sanctorum Gervasii et Prothasii¹³⁴ Wladislaus Polonie rex egressus venit in Bodzancin¹³⁵ et illic duo

D, O, C, M, S

^a Nieschow *O* ^b Mursznów *C* ^{c-c} ~ *C* ^d aliis *add.* *O* ^{e-e} postquam *M* ^f domini *M, S*
^g Dobrinensis *S* ^h *om.* *D, S* ⁱ nos *C* ^j post vocem consultationi *M* ^{k-k} ~ *C* ^l se *add.* *O, M*
^{m-m} *om.* *C* ⁿ ex monasterio *M*

dies mansit propter adventum nunciorum ducum^a Stolpensiū, Stetinensium et Magnopolensium^b offerencium regi contra Cruciferos ampla quidem et forcia in verbis, in virtute autem et effectu simultanea et ridenda^c subsidia. Quibus Wladislaus rex expeditis sabato¹³⁶ ex Bodzancin ivit in Bliszini¹³⁷, die Dominico¹³⁸ venit in Zarnow^{d 139}, feria secunda¹⁴⁰ in Szuleiow¹⁴¹, feria vero^e tertia in die sancti Ioannis Baptiste¹⁴² f⁻ audita missa^{-f} in monasterio Suleioviensi et facto illic^g prandio venit in Wolbosz^h opidum, in quod iam iuxta iussum regis nonnulli prelati et consilarii¹⁴³ Polonici vero exercitus fere omne robur preter gentes et milites Maioris Polonie, quiⁱ regi non nisi circa Wislam obviarunt, item Sokol Bohemicalis baro cum aliis exteris militibus donativo conductis, item subvecciones^j et quadrige bombardarum et comeatum ceteraque belli apparamenta convenerant. Illic Wladislao rege tribus diebus cum consiliariis in deliberacionibus assiduis stante, venerunt ad suam serenitatem nuncii baronum Hungarie Nicolai de Gara et Stiborii de Stiborzicze significantes se treugas decem dierum a die sancti Ioannis Baptiste inter regem et Cruciferos confecisse, petentes regem, ut illas mandaret observari et non permetteret hostiles terras^k interim vexari aut offendi¹⁴⁴. Eas inducias Wladislaus rex acceptat, erant enim sibi et sue parti plurimum utiles, quoniam infra^l dies^m treugarum poterant exercitus Regni sui Polonie et Ducatus Magniⁿ Lithuanie convenire et terras^o Cruciferorum contingere.||

*Wladislaus rex cum exercitu in Prussiam progreditur
et accepto de adventu Alexandri ducis magni Lithuanie nuntio
fluvium Wislam per pontem in navibus paratum transit*

HP IV||15

FERIA QUINTA POST FESTUM SANCTI^p Ioannis Baptiste¹⁴⁵ egreditur Wladislaus Polonie rex cum copiis et agminibus exercituū suorum facto prandio de Wolborz¹⁴⁶ et prima stativa agens in Lubochnya^{q 147}, feria sexta¹⁴⁸ in Vyssokinicze^{r 149}, sabato¹⁵⁰ ad ferri fodinam archiepiscopalem et piscinam magnam vocatam Szeymicze¹⁵¹, ubi fulmen plures equos et unum hominem occidit alterum semivivum reliquit, scultellam^s vero

^d O, C, M, S

^a ducis M ^b Magnopolensium C ^c incendia M ^d Szarnow C ^e om. M ^{f-f} post vocem Suleioviensi S ^g ibi S ^h Wolborz C, S ⁱ que D, O, C, M ^j subventiones D, S ^k literas S ^l intra O, M ^m die D; diem S ⁿ om. O ^o literas S ^p om. S ^q Lubocznya C ^r Wyszokońce M, S ^s scultetam M

plenam coctis piscibus in tentorio Dobeslai de Oleschnicza¹⁵² militis ad tabulam pluribus manducantibus positam consumpsit, nemini tamen discumbencium nocuit. Die Dominico in festo sanctorum Petri et Pauli^{a 153} in Kozlow^b villam episcopi Posnaniensis¹⁵⁴ supra flumen^c Bszura^{d 155} positam pertigit nunciumque^e Alexandri^f magni ducis^f Lithuanie accepit significantem ducem Alexandrum ad flumen Narew^{g 156} cum suis et Tartarorum copiis pervenisse^h petentemque regemⁱ, ut aliquot banderia gencium Polonicalium in occursum sui et conductum transmittat. Timebat enim progredi metu hostium ultra Narew^j, cui Wladislaus rex illico duodecim banderia de militibus Polonicis transmisit^{k 157}.

FERIA^l SECUNDA IN CRASTINO sanctorum Petri et Pauli¹⁵⁸ motis Wladislaus rex ex villa Kozlow castris venit ad Vislam supra monasterium Czerwiensko^{m 159} ad locum, ⁿad quem ⁿpons ex navibus apud Cozinicze^o ordinatus applicatus erat. Et die quidem illa transiit rex pontem et flumen et universus exercitus regius ^pordine literato^p cum quadrigis^q et mole bombardarum et comeatum ceteraque mole sequebatur¹⁶⁰. ^rIam siquidem illuc^s potencie et robur ^texercitus universi^t Polonici^u Regni, sed et biduo^v Mazovie duces Ianussius et Semovitus cum suis exercitibus mercenarii quoque milites convenerant^r.

TRANSITO ET SUPERATO flumine Wisla pontis navalis beneficio Wladislaus Polonie rex stativa sua ad alteras ripas eiusdem fluminis Wisla ponit. In que ^wdie eodem^w dux magnus Lithuanie Alexander cum gentibus suis et Tartarorum imperatore trecentos tantummodo ^xTartaros habente^x in suo comitatu advenit. In cuius occursum Wladislaus Polonie rex cum caterva principum et militum suorum ad quartale unius milliariis exivit et benigne illum^y ex||icipiens ad castrorum loca deduxit. Tenuit autem Wladislaus rex et dux Alexander in loco illo tribus diebus stativa, quousque universus exercitus omnium terrarum Regno Polonie subiectarum advenit et pontem atque flumen transiit. Posuerat autem Wladislaus rex ad pontis ingressum optimum ordinem et milites armatos, qui pressuram et confusionem ingrediencium prohiberent, locaverat. Latera insuper^z grossis lignis que kobylenye^{aa} vocantur, ut nemo latera occupare

D, O, C, M, S

^a Apostolorum *add. M* ^b Coslovo *C* ^c fluvium *M* ^d Bsuram *M* ^e nunctimque *C* ^f *f* ~ *C, M*
^g Nareph *C* ^h supervenisse *C, M* ⁱ a rege *M* ^j Nareph *C* ^k transmittit *O* ^l autem *add. M*
^m Czurwiensko *D*; Czirwinsko *O*; Czyerwyensko *C* ⁿ *n* in *M* ^o Cosmicze *D*; Kosznicze *O*; Thozynycze *C*
^p *p* ~ *S* ^q quadriis *S* ^r *r* *om. C* ^s non solum *M* ^t *t* ~ *M* ^u exercitus *add. S* ^v hi duo *D, M*
^w *w* ~ *M* ^x *x* ~ *S* ^y eum *S* ^z muniverat *add. M* ^{aa} kobilenice *C*

posset, muniverat^a cogebanturque^b omnes ad introitum pontis equali et distributo ordine cum curribus, personis et equis advenire^c. Postquam universus regius exercitus ponte sustentante flumen Visla transiit, d⁻iussu regio^{-d} pons ipse^e illico solutus^f et in Ploczko^g ad suum et exercitus reditum conservandus reductus est.

*Iacobus episcopus Ploczensis concione milites Polonos
ad bellum animat*

INFRA DIES AUTEM ILLOS tres, quibus Wladislaus rex et Alexander dux circa flumen^h Vislaⁱ immorabantur^{-h}, festum Visitacionis Sancte Marie in feriam quartam¹⁶¹ cadens uterque cum proceribus suis et militia in monasterio Czirwiensko^j egit, Iacobus autem Plocensis episcopus velut loci diocesanus missa solenni officio celebrata sermonem eciam in vulgari Polonico¹⁶² apud universum exercitum ad edes sacras in frequentissimo numero congregatum habuit multaque de bello iusto et iniusto¹⁶³, cum esset vir rare literature habens donum sermonis, disserens multiplici et evidenti ratione bellum regium contra Cruciferos assumptum iustissimum fore deduxit et omnium audiencium militum pectora miro persuasionis modo in defensionem regni et patrie ad dimicandum quoque^k viriliter contra hostes animavit¹⁶⁴.

*Dobeslaus Skoraczowsky legatorum regis Hungariae nuntius
a rege Wladislao redit Thorunium et vera de Polonis narrans
ab Ulrico magistro irridetur*

SUB DIEBUS ECIAM¹ ILLIS VENIT Dobeslaus Skoraczowski nuncius baronum de Hungaria¹⁶⁵, Nicolai de Gara et Stiborii de Stiborzicze, ad Wladislaum regem petens suorum dominorum nomine¹⁶⁶, quatenus dignaretur illis diem et locum consignare, in quo et ad quem possent^m ad suam^{-m} serenitatem accedere exploraturi et rescituri mentem regiam supra practica || future pacis, postquam iam mentem magistri Prussie et

HP IV||17

^{D, O, C, M, S}
^a om. M ^b cogebantur autem C, M ^c et add. M ^d d ~ M ^e ille M ^f est add. M ^g Ploczsko
 C ^h h Vislam morabatur M ⁱ Vistulam O ^j Czirwisko O; Czerwyenszko C ^k - que D ^l autem
 S ^m m om. M

suorum agnovissent. Wladislaus autem rex deliberatus nuncio respondit: „Dominis tuis ad nos venire volentibus sabbatum^a et Dominicum proxime venturos dies assignamus, locum autem certum assignare non possumus, eo quod exercitus nusquam in certis locis subsistit nec potest^b transitum suum aliquibus distinctis determinare locis”. Dum autem Dobeslaus predictus in Thorun^c ad barones Hungarie rediisset et responsum regium renunciasset, Prussie magister Ulricus cum magna cepit^d ab eodem Dobeslao diligencia, an ex castris Polonie regis venisset et in quo loco illum dimisisset, requirere^e. Quo^f respondente: „Mansi — inquit — in castris regis biduo, et eum in stativis flumine Visla superato ad monasterium Czirwiensko^g reliqui”. Querente deinde magistro an dux Lithuanie Withavdus secum convenisset, h^h Dobeslaus respondit^h: „Ea — inquit — die, qua ego in castraⁱ regia veni, dux magnus Lithuanie Alexander in potenti, splendido^j et numeroso^k exercitu advenit et potencias suas cum regis coniunxit”. Tum magister: „In Withavdi exercitu maior posset reperiri numerus cochleariorum quam armorum”. Dobeslaus: „Credas^l velim mihi^l magister^m, exercitum Withavdi ducis non solum magnum et potentem sed et optimis armis vestitum fore”ⁿ. Magister: „Melius illum^o nos quam tu novimus et quantus aut qualis sit quibusque^p viris, armis^p et equis polleat, frequenti usu experti sumus, sed narra, queso^r, nobis de ponte, quem asseritur Polonie rex in aere fabricasse”. Dobeslaus: „Vidi — inquit — pontem ex navibus subtili opere elaboratum non in aere quidem, cum ille solis volatilibus cesserit, sed in flumine Visla positum, quo universus exercitus regius per Vislam me inspectante sicco vestigio transvectus grandis^s quoque bombarde gravedinem nec notatus^t est sensisse”. Magister vero Prussie Ulricus cachino edito relacionem Dobeslai ludibrio deputans ad barones Hungarie^u convertens sermonem^u: „Levia — inquit — sunt hec et omnem speciem continencia mendacii, quod^v homo iste ausus est referre. Venerunt enim fidissimi exploratores nostri significantes, quod rex Polonie circa^w Vislam flumen^w versatur et obequitat et conatur^x quidem illum^x sed non valet superare iamque plures sui vada temptantes undis mersi sunt. Withavdus^y vero iam^y circa flumen Narew immoratur et transgredi illum non audet”. Quo audito Dobeslaus^z Skoraczowski^{aa} sermones^{ab} magistri

D, O, C, M, S

^a sabbatum *C* ^b praeter *D, M, S* ^c Thorunij *C* ^d et *add. D, S; om. M* ^e cepit *add. M* ^f *om. O*
^g Czirwiensko *O*; Czerwyennszko *C* ^{h-h} *om. M, S* ⁱ Dobeslaus respondit *add. S* ^j splendore *S*
^k numero *M* ^{l-l} *~ M, S* ^m inquit *add. M* ⁿ esse *D, M* ^{o-o} *~ S* ^{p-p} *~ O* ^r quae *S*
^s grandes *M* ^t notata *O, C* ^{u-u} *~ M* ^v quae *O, M, S* ^{w-w} *~ S*; Vislam fluvium *M*
^{x-x} *~ M* ^{y-y} *~ S*; vero *O, M* ^z Boleslaus *M* ^{aa} Skoraczewski *M* ^{ab} sermone *D*

refellens aiebat: „Postquam ambigue ^a me fidei ^a relatores ^b astruis, qui omnia ^c de quibus a me quesisti sincere tibi explicavi, quemcunque fideliores inter tuos ^d habes mitte mecum et infra triduum singula que retuli vera esse monstrabo”. Tum || vero ^e HP IV||18 magister: „Non est — inquit — necesse, nam eventus et ^e experientia declarabunt ^f veritatem, tu ^g enim loqueris ut Polonus et potenciam ac res tui heri ^h ultra iustum effers ⁱ”.

*Wladislaw rege in Zochow stativa agente stratagemate Ianussii
Brzoglowy praesidium Swieczense caeditur et praedae ex Prussia
referuntur*

FERIA QUINTA IN CRASTINO Visitationis Sancte Marie ¹⁶⁷ movit Wladislaus Polonie rex suos et ducis magni ^j Lithuanie Alexandri ^j exercitus a loco Visle et monasterii ^k Czirwiensko ^l. Et versus terras hostiles pergens aput villam Zochow ¹⁶⁸ stativa tenuit. Cui in itinere constituto nunciatur clades ingens, quam Ianussius Brzoglowy ^m capitaneus Bidgostiensis in Cruciferis et eorum gentibus patraerat. Is siquidem expirantibus decem dierum treugis ad offendendum ⁿ hostes semper intentus, collecta ^o non perexigua ^p gencium manu ad castrum et civitatem hostilem Swieczie noctu contendit et positis in loco apto insidiis spolia ipse et incendia ante Swieczie in castigato suorum numero agit. Quo viso Cruciferi, qui Swieczie observabant, confestim equis ascensis Ianussium Brzoglowy ^q fugientem persequabantur ^r existimantes eum in ^s tam parva gencium caterva ^t advenisse. Qui ab eorum conspectu studiose fugiens hostes usque ad insidiarum locum perduxit. Militibus autem, qui in insidiis latebant, consurgentibus ^u hostes et a tergo et a fronte circumventi, cum evadendi nulla spes aut occasio subesset, in certamen ex desperatione accenduntur preliumque ^v atrocius quam pro numero edunt. Ad extremum tamen universi aut capti aut occisi, quinque ^w ex ordine fratres preter ^x desideratos in numero captivorum habebantur. Hoc primordium simulque omen belli de summa rerum pronuntiandi ^y, quemadmodum Polonos prosperitatem bellicam, ita Cruci-

D, O, C, M, S

^a a fidei meam *D* ^b relationem *D, O, S* ^c nomina *D, S* ^d nos *M* ^e est *M* ^f declarabit *M* ^g tum *M* ^h regis *D, O, M, S* ⁱ refers *M* ^{j-j} ~ *C*; Alexandri *om. M* ^k monasterio *M* ^l Czerwinko *M, S* ^m Brzoglowi *O*; Brzoglovius *S* ⁿ ostendendum *M* ^o collectam *S* ^p exigua *M* ^q *om. M* ^r prosequabantur *S* ^s caterva *add. S* ^t *om. S* ^u a tergo *add. C* ^v praetiumque *D, M, S* ^w quamquam *M* ^x praeterea *S* ^y pronuncians *O, M, S*

feros cladem habituros portendit^a ^{b-} infestam^c. Ingenium itaque Brzozoglowy^d et animi audaciam, quam in conficiendis rebus solebat ostendere, magister et Cruciferi veriti ad cavendum et repellendum diligentius eius insidias Henricum Plawienski comendatorem Swieczensem¹⁶⁹ cum omnibus districtus^e Swieczensis militibus apud Swiecie relinquunt adiunctis eciam illi nonnullis mercenariis militibus, invasiones predacionesque Brzozoglowy prohibitorum potius^f quam^g aperta vi^h quicquam ausurum^{i-b}.

HP IV||19

FERIA SEXTA || QUARTA DIE IULII de Zochow Wladislaus Polonie rex egressus apud prata cuiusdam ignote ville diem illam exegit. Ubi nocte insequenti visi sunt ignes per gentes regis iam in terris^j hostilibus accensi maximo splendore in ^{k-}locis variis^{-k} collucere. Licet enim iter quatuor dierum exercitui ad terras hostium adhuc restaret, multi tamen de regio exercitu disciplina militari neglecta, iniussu regis et principum sua sponte se in terras hostium clandestinis itineribus conferebant et eas spoliis, cede et igne vastantes opima^l spolia et predas in castra noctu, cum interdiu castigacionem veriti non auderent, referebant.

Wladislaus rex propositis condicionibus pacis exercitum suum fama hostis venientis excitat

SABBATO QUINTA DIE IULII Wladislaus rex ad villam Hessow^{m 170} castra ponit. Illic quoque a baronibus Hungarie Nicolao de Gara et Stiborzio de Stiborzicze aditus est, qui illum et ⁿ⁻ducem magnum Lithuanie Alexandrum⁻ⁿ pacem accipere^o, pacis quoque dicere condiciones exhortabantur. Venerat et cum eis Georgius Kerzdorff^{p 171} potenciam et ordinem exercituum regis et ducis Alexandri exploraturus. Die vero Dominico sequenti, que erat sexta Iulii, Wladislaus Polonie rex exhortacioni baronum Hungarie, deliberacione cum duce Alexandro et consiliariis habita, respondet nunquam se a quietis consiliis alienum et extorrem^q fuisse, nunc quoque, ne catholicorum fundi sanguinem contingat, nullam equam pacem abnuere; pacem autem tunc equam fore, si et Ducatui Magno Lithuanie terra sua vetusta et naturalis Samagitia integra remaneat, terra vero Dobrzinensis a magistro

D, O, C, M, S

^a portendebat M ^{b-b} om. C ^c infestum D ^d Ianussii M ^e districtibus D, C, M, S ^f om. O, M, S ^g quoniam M ^h nihil add. M ⁱ putabant add. M ^j literis S ^{k-k} ~ M ^l optima D, C, M, S ^m Jeszow O; Hessow C ⁿ⁻ⁿ Alexandrum magnum ducem Lithuanie M; Alexandrum om. S ^o Alexandrum add. S ^p Kyrzdorff C ^q exterum M

Prussie et Cruciferis occupata iniuste Regno Polonie et sibi reddatur; de dampnis vero^a illatis arbitrio et decisioni Sigismundi Romanorum et Hungarie regis se offerebat staturum. Contenti et exhilarati Hungarie barones, sperantes magistrum et ordinem Cruciferorum in condiciones propositas velut equissimas ultro consensuros, eciam prandio regio refecti sunt. Quo exacto movit rex castra et die illa in villagium unum supra^b fluvium Wkra^{c172} considens pervenit. Alexander autem dux magnus Lithuanie die illo Lithuanicum ordinat exercitum et dividens illum vetusto patrie more per cuneos et turmas, in quolibet cuneo milites in equis humilioribus^d aut parum bene armis vestitos in medio constituit, quos alii in equitatu pociori et insigniter armati includebant. Cunei autem || huiusmodi pressi et glomerati ordinum raritatem abhorrebant, unus tamen cuneus ab altero per late patens et distinctum spacium tendebatur. Hos tandem cuneos Alexander^e dux magnus^e Lithuanie quadraginta signis, que banderia vocitamus, attribuit et singulas quasque cohortes et turmas sequi signa^f et parere suis ducibus iussit. Ascenderat autem Wladislaus Polonie rex cum Hungarie baronibus^g ediciorem collem ex quo universus suus exercitus Polonicus et Lithuanicus poterat propter subiectam et late patentem camporum planiciem videri, subter quem eciam exercitus Lithuanicus distinctis iam ordinibus ibat, quem prefatus Georgius Kerzdorff^h Slesitaⁱ attentissime^j, quanti foret, estimabat. Eodem insuper die iussu regis simultaneus hostium nunciatur adventus et universus regius commovetur in arma exercitus. Eo autem respectu rex hostes venire, quamvis de eorum adventu nulla haberetur suspicio, nunciari et quasi hostis pugnaturus adesset turbari precepit, ut exercitus suus Polonicus et Lithuanicus ad securitatem, sompnum et desidiam se non resolveret^k, sed pro omni hora suspicionem de venturis hostibus^l habens^m, non secus quam si in conspectu hostis foret, paratus ad resistendum et dimicandum staret.

HP IV||20

Thartarorum et Lithuanorum crudelitas a proceribus Regni Poloniae et praesertim Alberto Iastrzamyecz episcopo Posnaniensi non probatur

FERIA SECUNDA SEPTIMA IULII motis Wladislaus Polonie rex castris venit in villam Bandzino¹⁷³ supraⁿ fluvium Wkra sitam et biduo illic stativa tenuit. Quamvis autem

D, O, C, M, S

^a autem M ^b super S ^c Unkra D; Vxkra C ^d inferioribus S ^{e-e} ~ M ^f om. S ^g in add. M
^h Krzdorff C ⁱ Szłszitha C ^j om. S ^k resolvant S ^l om. O ^m habentes S ⁿ super S

districtus ille, quem^a prefatus fluuius Wkra ambit et circumfluit, sit^b et fuerit^c de sorte Mazoviensis ducatus, tunc tamen illum magister Prussie et Cruciferi in quinque millibus marcarum latorum grossorum a Semovito duce obligatum detinebant^d 174 Propter quod Lithuani et Tartari iuxta ac terras hostium districtum illum ferociter et barbare vastabant et non solum puberes sed et impuberes et in cunis^e vagientes parvulos^f occidebant, alios autem cum matribus in sua tentoria ad captivitatem perinde ac hostes et exteros pertrahebant, cum omnes^g districtus illius homines et generis et linguarii Polonici forent¹⁷⁵. Veniebant autem nuper interfectorum parvulorum sparsis crinibus matres et magno ululatu ante^h regium tabernaculum^h trucidacionem pignorum suorum deplorabant. Qua re prelati et barones Polonie perciti singuliⁱ regem oratum obsecratumque veniunt, causam tam trucidatorum quam captorum severius quam condicioni militari conveniebat agunt, crudelitatem barba||ricam rescindi et captivos suis reddi precantur, quod ni fiat^j omnes se miliciam et castra tam nefaria ulcionem^k Divinam tandem^k exceptura^j pronunciant deserturos. His Wladislaus Polonie rex cum Alexandro^l duce magno^l Lithuanie non secus quam par erat obtemperans, omnes captivos solvi et ad tabernaculum^m Alberti Iastrzambieczⁿ Posnaniensis episcopi^o scrupulose recolligi suisque et libertati reddi iussit, capitale insuper si quis illam crudelitatem resumeret, censuit. Excessit autem pater optimus Albertus Iastrzambiecz Posnaniensis episcopus ex suo tentorio^p et mulieres atque parvulos in illo benigne et recolligi et asservari spacio noctis insequentis permisit. Ab illo quoque loco sequi regem desistens in Polonie quoque Regnum obtenta a rege licencia rediit^q, quem usque in ea castra ex Regno Polonie comitabatur¹⁷⁶.

HP IV||21

*Wladislaus rex cum exercitu suo signa explicans
lacrimis obortis Deum invocat, causam belli in hostem reicit
et Zindramo de Maszkowicze curam exercitus committit;
Alexander autem dux magnus Lithuaniae duos sacrilegos
Lithuanos suspendi iubet*

FERIA QUARTA NONA IULII ex villa Bandzino Wladislaus Polonie rex cum Alexandro duce magno Lithuanie egressus in terras hostiles felici ductu^r, auspicio et

^d, O, C, M, S

^a quam D, O ^b sic M ^c fuit S ^d detinebat C ^e cuius D, S ^f pueros S ^g omnis S ^{h-h} ~ C, M
ⁱ ad add. M ^{j-j} om. M ^{k-k} ~ S ^{l-l} ~ C, M ^m om. M ⁿ Jastrzębiecz S ^o tabernaculum add. M
^p territorio D, M, S ^q redigit S ^r ductus S

itinere ^a propiciatione Divina ^a borra itinere duorum milliarum superata et in planiciem cuiusdam campi longius in omnes partes porrectam ^b pervenit. In qua primum signa militaria duo et octuaginta numero tam propria regia et Alexandri magni Lithuanie ducis quam ducum Masovie Semoviti et Ianussi quam ^c baronum Polonie exerta et extensa sunt cum rara atque singulari omnium devocione et merore. Rex siquidem Polonie Wladislaus vexillo magno ^d, in quo aquila alba alis extensis ^e, rostro aperto diadema in capite gestans subtili arte contexta erat, que est tocius Regni Polonie insigne ¹⁷⁷, ^frorantibus oculis accepto ^f ea obsecratione in illius extensione utebatur: „Tu, qui omnium cordium secreta priusquam concipiuntur nosti, clementissime Deus, ex alto prospicis, quod presens bellum, in quo sto coactus ^g, in Tuo et Christi Filii Tui nomine confisus auxilio suscepi ^h. Variis siquidem laboribus, impensis et ingeniis pacem cum omnibus catholicis et presertim Cruciferis ⁱ, quamvis pro eorum demerito et terrarum regni mei occupatione feda et illicita in eos fuerim iracior ^j custodire gestiebam ^j. Spretis tamen equis et iustis condicionibus meis non me illam reor nisi armis et ferro apud su||perba et fastidiosa ^k pectora consecuturum. In Tuo itaque nomine pro defensione iusticie et gentis mee vexillum istud extendo. Tu, piissime Deus, velis mihi et populo meo ^l esse propicius ^l defensor et adiutor et sanguinem catholicum fusum et fundendum non de mea sed de hostium meorum manibus, qui id concitarunt et alunt bellum, requiras”. Is sermo in ea devocione et humilitate sonoritateque, ut a circumstante militum concione exaudiri posset, a rege depromptus ^m magne ⁿ partis exercitui ⁿ excussit lacrimas vidissesque singultibus et lacrimis plurimos indulgentes. Simili quoque devocione dux magnus Lithuanie Alexander, duces insuper Masovie et barones Polonie in suorum extensione signorum utebantur, quibus dissolutis et extensis universus exercitus patrium carmen Bogarodzicza ^o ¹⁷⁸ cepit vociferari. Omnibus autem Bohemis et Moravis, qui bellorum periti putabantur, curam et ordinationem exercitus regii et ducatum ^p suscipere et principis milicie officium gerere ^q, ne in ipsorum caput parum prospere duccionis recideret ^r eventus, propter eius molem et numerositatem fastidientibus ^s, cura et ordinatio illius Zindramo de Maszkowicze gladifero Cracoviensi ¹⁷⁹ nobili de domo que

HP IV||22

D, O, C, M, S

^{a-a} post vocem milliarium D ^b om. C ^c ac M ^d rorantibus oculis accepto add. M ^e ex vasis D ^{f-f} om. M ^g suscepi add. M ^h om. M ⁱ custodire gestiebam add. M ^{j-j} om. M ^k fastigiosa O; fastuosa M ^{l-l} ~ C, M ^m est add. C ⁿ⁻ⁿ parti exercitus M ^o post vocem vociferari S ^p ducalium M; ducatus S ^q fastidientibus add. M ^r recidat M; recidant S ^s om. M

solem pro insigni defert, mandata est, viro quidem statura parvo sed factivo et animoso, non enim aliquis ex Bohemis et Moravis apud regem merentibus tantum exercitum providere et regere ^a estimabatur idoneus ^a. Extensis itaque in prefata planicie signis processit Wladislaus Polonie ^b rex et die illa inter duos lacus, quorum vocatur unus Tsczino, alter ^c Chelsch ^d 180 prope opidum Luterberg ¹⁸¹ iam per gentes suas spoliatum et exustum castra metatus est. Contigit autem die illa novum inauditumque spectaculum. Dum siquidem Polonorum proceres et milites viderent Lithuanos et Tartaros in ecclesiarum spolia, in matronarum et virginum oppressiones barbarice grassari et in cuiusdam ecclesie spolio Corporis Divinissimi Sacramentum ex sacrario eiectum ludibrio et despectui haberi, vehementi intrinsecus tacti dolore, veriti quoque ob eas abominaciones se ^e et universum exercitum a iusto Dei iudicio ultum iri, iterata querela Wladislaum Polonie regem et Alexandrum Lithuanie ducem conveniunt, crudelitates barbaricas depromunt asserentes se illas, ni abrogentur et debita plectantur animadversione, nullo pacto toleraturos et nec ^f ad signa neque ad ordines nisi ulcione debita secuta, ituros. Quorum clamoribus et invectivis ^g sermonibus ^h rex calefactus ecclesiarum spoliatores et Sacramenti Divinissimi inhonoratores perquiri studiosissime iussit. Cui cum duo Lithuani magis culpabiles oblatis fuissent, iussu ⁱ ducis magni Lithuanie Alexandri || seipsos in patibulum agere ^j coacti sunt ^j. Qui ^k iussa ducis Alexandri complentes primum patibulum propriis manibus contextum ponunt, deinde illud nullo impellente ^l conscendunt, ad extremum sibi ipsis iugulum iniciunt, premissa unius ^m ad alterum qui cunctacior videbatur, correptione, ut celerius imperata, antequam ira ducis alcus excandesceret, exequeretur ¹⁸². Ea res ab universo exercitu spectata et visa tantum deinceps pavorem singulis incussit, ut nemo ecclesiis vim inferre, nemo ad ecclesiarum spolia manus rapaces extendere auderet. Nam etsi pro omni tempore, precipue tamen cum bellum immineat, illicitis implicari non licet et non solum magna et execrabilia, sed et queque minima facinora tunc scrupulosius convenit purgari et rescindi, ut rectis et sanctis accionibus Divina placata maiestas successus prosperos et votivos triumphos largiatur.

D, O, C, M, S

^{a-a} estimabat se idoneum M; existimabat idoneum S ^b om. M ^c alterum O, C; om. M
^d Chelszth C ^e om. D ^f neque M ^g invectus D, S ^h Vladislaus add. M ⁱ om. O
^{j-j} ~ M ^k est add. C ^l compellente M ^m unus D, O, C, S

*Exercitu Polonico posito ad lacum Rubkowo octo consilarii
et duo ductores eliguntur, qui de summa totius belli
et itinerum commoditate consultant*

FERIA QUINTA ANTE FESTUM sancte Margarethe, que fuit decima dies Iulii, Wladislaus Polonie rex a lacubus opidi Luterberg movens castra et duo miliaria conficiens mane, nondum rore decidente, venit ad lacum magnum Rubkowo¹⁸³ prope castrum et opidulum Curzethnik¹⁸⁴ castraque supra^a lacum constituit¹⁸⁵. Exercitus autem magistri Prussie haud procul a castris regiis agebat stativa post fluvium Drwancza^b, cuius utramque ripam Cruciferi multis ante diebus spissis altisque tignis, ne ab exercitu regio transiri posset, muniverant. Cognito itaque aliqui milites Polonie exercitum Cruciferorum de prope esse, ad lacessendum illum accurrunt et quinquaginta equis hostilibus, qui in flumine Drwancza^c adequabantur, sessoribus deiectis potiti incolumes ad castra regia perveniunt. Quibus visis^d regius exercitus aut refeccionem sumens aut corpora curans hostes propter^e equorum raptorum^e speciem^f ratus, in immensum commotus est et prandia linquens carptim induit arma, pulveribus complet ethera. Sole^g desuper nimium^g diffundente estum, discusso tandem vano metu exercitus quievit. Advesperascente autem et solis mitigato fervore convocatis Wladislaus Polonie^h rex primoribus consiliariis octo tantummodo exⁱ eis legitⁱ qui de progressu^j totius belli ceteris in tentoriis se continentibus consulant, provideant, statuunt et ordinent summa quoque belli et muneris^k eius apud illos consistat. Nominat itaque et eligit^l primum fratrem^{||} suum ducem magnum Lithuanie Alexandrum, Cristinum de Ostrow^m castellanum¹⁸⁶, Ioannem de Tharnow palatinum Cracoviensem, Sandivogiumⁿ de Ostrorog palatinum Posnaniensem¹⁸⁷, Nicolaum de Michalow^o palatinum Sandomiriensem, Nicolaum prepositum sancti Floriani vicecancellarium, Sbigneum de Brzesze^p Regni Polonie marsalcum et Petrum Safranecz^q de Pieskowa Skala succamerarium Cracoviensem¹⁸⁸. Hi autem octo secretissime^r de omnibus^r deliberabant^s et concludebant agendis^t et signanter^u, quo itinere exercitus incedere et in^v quibus locis castra in crastinum metari debebat, duobus

HP IV||24

D, O, C, M, S

^a super S ^b Druwancza D, M, S; Drwecza O; Drwanicza C ^c Druwancza D, M, S; Drwancza C
^d visus M ^e e ~ S ^f adesse add. M ^{g-g} ~ M ^h om. S ⁱ⁻ⁱ illis elegit M ^j processu S ^k mune-
rum O; numerus M ^l elegit O ^m Ostrowo C ⁿ Sendivodium C ^o Michaiow D, M, S ^p Brzezio O
^q Czawranycz C ^{r-r} om. M ^s de omnibus agendis M ^t om. M ^u signantur S ^v om. M

ductoribus, videlicet Troiano de^a Crasznystaw^b 189 et Ioanne Grinwald^c d⁻ de Parczow¹⁹⁰ advocatis^{-d}, qui ambo ex Prussia orti omnes illius semitas omniaque loca et itinera probe norant et qui continue ante fores consilii astabant, aliquando^e in consilium^{-e} cum de stativis et itineribus crastinis aliquid disserendum foret adhibiti. Provisum autem erat et strictissime prohibitum, ne quisquam auderet egredi de exercitu, donec^f marsalcus Regni Polonie^{-f} Sbigneus cum signo regis minori alias proporzecz^g egrederetur, ut quoque illum singuli nullo preire auso sequerentur; item ut nemo tuba in universo exercitu canere auderet preter unicum tubicinatorem regium, ad cuius primarium sonitum ante auroram vel in diluculo aut quocunque alio tempore editum consurgebat et se armabat exercitus, ad secundum vero^h sonitum tubeⁱ sellabantur equi, ad tertium movebatur et procedebat exercitus sequens marsalcum precedentem et signa, sub quibus consistebat. Dux itaque Alexander Withavdus vir factivitatis rare cum septem prefatis consiliariis agitando, querendo, consulendo advocatis interdum ductoribus et locorum sciolis exequabatur, quem crastino castris^j locum exercitus^{-j} caperet, qua postero die castris motis tutum maxime, compendiosius atque aridius foret iter, quo oportuna aquacio, qua pabuli lignorumque copia suppeteret.

*Wladislaus rex misso ad legatos regis Hungariae
nuntio pro pace cum Cruciferis instat;
qua non impetrata et magistro cum Cruciferis bellum anhelantibus,
superandi fluminis Drwancza quod ab hostibus tenebatur
consilium capit*

HP IV||25

QUAMQUAM AUTEM WLADISLAUS Poloniae rex pace aliquocies petita omnia et ipse consilia in bellum verteret^k, die tamen^l illo militem suum Petrum Corczborg^m nobilem de domo Korczborgⁿ 191, que^o tres carpiones^p fert pro insigni, ad barones Hungarie tunc in exercitu magistri Prussie et Cruciferorum haud longe constitutos^q, exigens ab eis certum super pacis confeccione cum magistro et ordine fienda^r responsum

D, O, C, M, S

^a om. C ^b Craszniszthavo C ^c Grinwalo O; Grzunwaldth C ^{d-d} advocatis de Parczow D, C, O, S ^{e-e} om. M ^{f-f} marsalcus Polonie regni C ^g proporzczem M ^h verum S ⁱ om. D ^{j-j} ~ S ^k ipse autem add. M ^l om. M ^m Corczbok O ⁿ Korczbok O, C ^o qui S ^p carpones C, O ^q transmittit add. M ^r facienda M

et^a an aliqua spes de conficienda et reformanda pace restaret^b requirens, transmittit^b. Qui^c iuxta iussum^c et instrucciones regis ad castra Cruciferorum perveniens Hungarie barones de dando finali responso convenit et requirit. Illi deinde magistrum et comandatores conveniunt pacemque multiplici persuadent racione, sed et condiciones pacis per regem Poloniae oblatas docent astruuntque equas et honestas esse, magnopere sollicitando illos, ne antequam^d descensum foret in aciem, cum communis mars et incertus adhuc^e belli esset^e eventus, pacem equis condicionibus accipere non detrectarent. Magister autem Prussie Ulricus de^f Iuningen in secretum consilium secedens, aliquot comandatoribus assumptis, videlicet Friderico Walrath marsalco¹⁹², Conrado Lichtensten magno comandatore¹⁹³, Venero Thetingar Elbingensi¹⁹⁴, Sworczborg Torunensi¹⁹⁵, comite de^g Wende^h Mevensi^g¹⁹⁶,ⁱ Gotfrido Hoczfelth^j Nyessoviensi¹⁹⁷, Henrico Thucholiensi^k¹⁹⁸, Vilhelmo Nippem de Antiquo Castro¹⁹⁹, Nicolao Vilez in^l Schonsze²⁰⁰, Vilhelmo Ellfekcz^m in Grudzancz²⁰¹, Burhardo Wolczekⁿ in Engelszberg²⁰², Boldemino Stollm^o Brodnicensi²⁰³, Arnoldo de Baden Sluchoviensi^p²⁰⁴, Peczenhaim^q Osterrodensi²⁰⁵, Alberto de Eczbor in Scithno²⁰⁶, Markwardo de Zalczbach Brandeburgensi^r²⁰⁷, Ioanne comite de Sein Thorunensiⁱ²⁰⁸ et aliis, aliquanto tempore de summa pacis et belli deliberat^s et cum^t tam magister Ulricus quam sui comandatores a nullo unquam hoste se conflictum aut oppressum iri vana supersticione, quod quasdam^u sanctorum retinerent reliquias rebantur, procliviores erant arroganti spiritu in bellum quam in pacem, tale^v magister Prussie per organum Walrath marsalci, baronibus Hungarie dedit^w responsum: „Non abnueremus^x siquidem^y, magnifici viri, persuasioni et induccioni vestre fore morigeri et pacis cum rege Poloni ingredi tractatum, si rex ipse ante ingressum hostilem in terras nostras factum pacem in terris || Regni sui positus quesivisset. Nunc vero postquam Poloniae rex terras^z Ordinis nostri incendiis, spoliis et^{aa} dampnis gravibus agressus pacem querit, turpe iudicamus nobis post tot dampna et incendia pacem aliquam cum eo praticare, postquam ab eo tempore, quo Ordo noster in^{ab} hiis^{ac} terris plantatus est, nemo unquam regum aut principum iuxta ac ipse terras Ordinis

HP IV|26

D, O, C, M, S

^a requirens *add. M* ^{b-b} *om. M* ^{c-c} iuxta iussu *M* ^d quequam *M* ^{e-e} ~ *S* ^f *om. M* ^{g-g} Menedemeven *M* ^h Vvede *S* ⁱ⁻ⁱ *om. C* ^j Hothfelth *S* ^k Thucholiensi *O* ^l *om. O* ^m Elsercz *D, M, S* ⁿ Woliek *D, M, S* ^o Stollin *D, M, S* ^p Schlochoviensi *O* ^q Peczenhum *D, S* ^r Branburgensi *D, O, S* ^s deliberabat *M* ^t quoniam *M, O* ^u quosdam *S* ^v talem *O* ^w edit *O, S* ^x abnuerimus *M*; abnueumus *S* ^y *om. M* ^z *om. O* ^{aa} *om. C, S* ^{ab} *om. S* ^{ac} aliis *D*

nostri tam infesto agmine presumpserit^a b⁻invasisse. Propter quod ad practicandum^c pacem cum rege predicto nullis persuasionibus flecti possumus, nullis precibus aut rationibus deliniri, donec illata ab eo Ordini nostro dampna et incendia vindici mucrone nostro ulciscemur, certaminum denique nostrorum discordias non verba vestra^d, cesareo licet nomine prolata, nec cuiusvis alterius potestatis^e interposicio, sed gladius et arma de cetero diriment, postquam populari regiones nostras et uri tecta conspiciamus, incendia nostra hostili sanguine restincturi^{-b}. Tam superba et arroganti responsione barones Hungarie audita, iterum atque iterum sollicitant, persuadent atque instant, quatenus iuxta Sigismundi Romanorum et Hungarie regis interposicionem ad pacis tractatum et amplexum se flecti et trahi permittant^f, et^g mitigatis passionibus quelibet^h pacis media priusquam certamen et arma experiri non fastidiant. Verum inconsulto tum ire tum superbie magistro et comendatoribus furore agitatis, in dato quoque responsoⁱ acerbo quidem^j et ab omni equitate abhorrente persistentibus, solus comes de Wende comendator Mewensis inter tot, qui pacem oderant, amplectendam pacem persuadens verba facit^k: „Optimum — inquit^l — et salutare videtur mihi, iam dudum quid pax quid bellum ferat experto, quibuscunque iniuriis^m et dampnis^{-m} per regem Poloniae quomodolibetⁿ irrogatis non appensis, vincendi et ulciscendi voluntate abiecta in pacis devenire tractatum, postquam eciam multocius^o exercitibus et aciebus in conspectum venientibus et ad congregiendum accinctis pax praticatur et conficitur. Et cum belli eventus^p dubius sit, torrenti eciam discriminum alluvione cuncta permiscens, meliorem certam pacem quam speratam victoriam iudico”. Hoc sermone Wernerus Thetingar Elbingensis comendator offensus passionem animi cohibere non valens comitem de Wende comendatorem Mewensem carpere cepit: „Poteras — inquit — comendator Mewensis, tali animo quem hic eructas qualificatus in domo et sub tectis remansisse, apcior curandis fratribus languidis quam belli artibus”. Qua sugillacione comes de Wende parum motus respondebat^q: „Ego quidem non ambigo me et fideliter et utiliter pro pace consuluisse^r et discursu meo pacem omni bello prestanciozem iudicasse, execrabile existimans, ut in diebus nostris pacis omissis^s mediis que offeruntur sanguis catholicus fundatur. Et quamvis pacem persuadeam pacemque summe ex||optem, ubi^t tamen permittente Deo pugnam funesto

HP IV||27

D, O, C, M, S

^a praesumpsit O, S; presumpsisset C ^b b⁻ om. C ^c practicandam O, M ^d nostra M ^e putatis S ^f permittunt M ^g om. D, M ^h quemlibet S ⁱ tam add. M ^j om. M ^k videtur mihi add. M ^l om. M ^m om. S ⁿ quolibet M ^o multociens O ^p del. C ^q respondit M ^r consulisse M ^s om. S ^t hij C

marte iniri contigerit, strenue quemadmodum sanguini ingenuo convenit decertabo. Tu vero, quid, qualiter et quomodo consulis, providencius attendas idque quam maxime caveas, ne quid^a intra hos parietes ferociter de bello disputans ex futura^b dimicacione velut galeatus lepus fugam capescas^c. Ceperat post hec rixam comendatorum^d intercepti uno^e ex baronibus Hungarie Stiborius de Stiborzicze aliis itemque aliis mediis pacem suadere et militem se veteranum in bellis assiduum multas quoque belli varietates et condiciones expertum, crederent^f saltem sibi et dum liceret pacem non resupuerent^g. Accepit autem a magistro Prussie Ulrico responsum: „Loqueris — inquit^h — Stiborie, ut Polonus, scimus enim te ex Polonia et ex terra Cuiaviensi ortum esse et propterea in partem et favorem gentis tueⁱ pacem persuadesⁱ et consulis, quam nullatenus mihi et Ordini^j licet acceptare. ^kQua in re magnum constat Cruciferorum vicium esse, quod superbam pre se ferebant arroganciam tantisque se et viribus et opibus iactabant pollere, ut non putaverint^l inter reges orbis fore quenquam, qui illis bello et pugna equari possit tantumque^m a ceteris omnibus deferri sibiⁿ debere arbitrabantur, quantum sibi ipsis animo et cogitacione fiduciarum assumpserant. Fugiebatque illos tali caligine obcecos neminem tanto^o consensu omnium probatum aut validum fuisse, cui periculum eciam ab imbecilli non immineat^k. Barones Hungarie animum magistri et suorum comendatorum intelligentes ad pacem equis condicionibus suscipiendam inexorabilem esse, nuncium regium Petrum Corczborg^p remittunt, significantes Wladislao Polonorum regi se quidem omnia studia, ingenia ac labores impendisse impensurosque quoad licebit fore, nondum tamen magistrum et comendatores suos in acceptandam^q pacem conduxisse necdum eciam spem ordinande pacis deposuisse, offererentes^r se regem per proprium nuncium in crastino mittendum de finali intencione magistri et suorum certificatos. Redeunte autem^s Petro Corczborg^t ad regem et responsum baronum Hungarie referente singula quoque que idem Petrus Corczborg^u in Cruciferorum exercitu viderat et odoraverat declarante, intellexit^v Wladislaus rex Polonie^v nullam amplius de pace habenda sibi spem superesse. In eam siquidem diem tam Wladislaus Polonie rex et Alexander Lithuanie dux quam eorum proceres et consiliarii

D, O, C, M, S

^a *post vocem ferociter D* ^b *om. D* ^c *capessas D, M, S* ^d *comendatoris C; commendator unus S*
^e *post vocem Hungariae M* ^f *crederet C, M, S* ^g *respueret C, M, S* ^h *inquis C* ⁱ *pacem persuadeas*
O; ~ M ^j *ordine O, S* ^k *om. C* ^l *putarent M* ^m *sibi add. M* ⁿ *om. O, M, S* ^o *tacito*
D ^p *Corczbock O; Korbzobog M* ^q *acceptandum S* ^r *offerens S* ^s *vero M, S* ^t *Corczborgk O*
^u *Corczbok O* ^v *om. M; Wladislaus Polonie rex C*

HP IV||28

pacem et optabant et sperabant et ^{a-}ea spe illecti^{-a} ad fluminis Drwancza^b ripas ad stativa^c Cruciferorum regius exercitus propinquabat, ut si pacem praticari || contingeret, facilius pacis artibus posset vacari utriusque partis^d copiis in altera ripa constitutis. Relacione autem Petri Corezborg^e avisatus et instructus rex Prussie magistrum sorti sue destinatum et cuiuslibet sani consilii impacientem singula pacis media contempsisse, quodque fluuius Drwancza^f altis tignis in ripa utraque munitus absque certamine transmeari non possit, ^{g-}hostili exercitu^{-g} ripas eius taliter munitas bombardis, sagittis et quibusvis propugnaculis defendente dubitari ceptum est, utrum pergeret rex qua cepisset ire via amnemque Drwancza pontibus^h exstructis superaret an obliquando paululum retrocederet. Tandem consilio optimo et salubri usus ire retrograde et flumen in ortu eius sicco vestigioⁱ⁻ decrevit superare⁻ⁱ sacius, ut evenit, iudicans parvam moram temporis et fatigam retrogradam subire quam exercitum et eius milites propediem publica acie cum hostibus dimicatueros superando flumen in discrimen comittere, retrogrado eciam fluminis^j itinere a supervacuo poncium liberandus labore. Facileque ratio tam salubris consilii accepta est et tandem data in execucionem²⁰⁹.

*Wladislaus rex literas diffidatorias Sigismundi
regis Hungariae accipit*

^{k-}SEXTA FERIA^{-k} ANTE SANCTE MARGARETHE undecima Iulii ad sonitum tube in diluculo regius motus exercitus eadem via, qua venerat, regreditur^l pervenitque in stacionum suarum loca prope opidum Luterborg^m, in quibus feria quarta transacta quieverat²¹⁰. Abinde quoque via qua ex Masovia intraverat in dextera dimissa, in sinistram flectit iter et per loca montuosa procedensⁿ prope opidum Dzoldow^o²¹¹ in villa Viszoka²¹² figit tentoria²¹³. Et quoniam exercitus ex longo et aspero itinere defatigatus quiete indigebat, in castris eisdem duobus diebus videlicet ^{p-}feria sexta^{-p} et sabbato stativa^q habita sunt. Sub quibus venit ad Wladislaum Poloniae regem Fricz de Repti^r

D, O, C, M, S

^{a-a} nom. abs.; cf. D. Turkowska, *Le nominatif et l'accusatif absolus dans l'oeuvre de Jean Dlugosz* (*Philologus* B. 115 (1971), s. 311-313) ^b Druwancza D ^c stativas M ^d partibus S, O ^e Corezbock O, Korcebok M ^f Druwancza D, O, M, S ^{g-g} ~ M ^h gentibus M ⁱ⁻ⁱ ~ S ^j fluuius M ^{k-k} ~ M ^l revertitur S ^m Lutherborgo C; Luterberg M ⁿ procendens C ^o Dzaldow O; Dzoldovo C ^{p-p} ~ O ^q statuta M ^r Repti D, M, S

Slesita²¹⁴, qui nomine baronum Hungarie Nicolai et Stiborii missus et ad secretum consilium introductus verba facit: „Quamvis — inquit^a — serenissime rex, fidelem et assiduam barones Hungarie apud Prussie magistrum et Ordinem fecissent pro pace interposicionem, cassa tamen fuerunt omnia eorum^b studia, cassi labores. Prussie enim magister Ulricus^c per improvisa sue superbie precipicia tractus nihil quod equum, quod salubre erat accepit, sed utroque calcato, quod || bellicus^d illi furor^d suggerit, id prosequendum decrevit. Non equitate, non iure, non composicione, non denique viri alicuius arbitrio passus est dirimi, sed ferro et marte absolvi. Cum itaque Sigismundus Hungarie rex, cuius legacione barones mei fungunter, sit Romani Imperii vicarius et non licet sibi magistrum et ordinem Cruciferorum, qui Romano subest Imperio, in presenti eorum necessitatis^e deserere articulo^f, quapropter eiusdem^g Sigismundi Hungarie regis diffidacionis^h literam, qua^h tuam excellenciam in favorem magistri et Ordinis diffidat, tue serenitatiⁱ iussu baronum Hungarieⁱ presento^j. Wladislaus autem rex responso finali de non speranda pace et diffidacionis^k literis Sigismundi Hungarie regis acceptis utrumque arcanum districta celari fide precepit, ne si diffidacio^l Hungarie regis Sigismundi^l ad noticiam militum perveniret, animi eorum a presenti munere belli^m imminuta audacia averterentur. Suggestit Fricz nuncius Wladislao regi nomine baronum Hungarie ad partemⁿ, quatenus diffidacionem Hungarie regis Sigismundi pro nihilo penderet, cum diffidacionum suarum litere²¹⁵ caro satis precio, quadraginta videlicet millibus florenorum, per magistrum et ordinem Cruciferorum apud illos comparate, ad terrorem tantummodo confecte nullum forent effectum pariture. Animat deinde regem^o ceptum ut^o quolibet terrore circumscripto^p continuet et cum Cruciferis, qui viribus gentibus armis et qualibet condicione dignoscuntur inferiores, quanto celerius congregari non differat, certam victoriam propiciacione^q Divina habiturus^r; asserens Hungarie barones non magistri et Ordinis sed regis sui Sigismundi et propriis comodis in eam diem vacavisse. Que quidem Friczonis relacio pro sincera^s et fideli, prout erat, accepta est neque enim barones Hungarie^t predicti pacis conficiende respectu^u Prussiam a Sigismundo rege missi erant (quippe qui bellum exortum malebat^v produci quam finiri) sed ut viis subdolis et ingeniis

HP IV||29

D, O, C, M, S

^a inquit M ^b om. C ^c om. M ^d d ~ M ^e necessitate O ^f articulos M ^g eius M ^h litteras quibus M ⁱ Ungarie iussu baronum C ^j om. S ^k diffidatoris M ^l Sigismundi Hungariae regis M ^m om. D ⁿ aurem D ^o o ~ M ^p atque neglecto add. M ^q propinatione M ^r habiturum M ^s sincero M ^t regis add. M ^u in add. M ^v malebant S

a magistro et Ordine aurum, de quo falso vulgatus fuerat ^a-turrim unam^{-a} implesse, emunxissent^b. Patefacto itaque et declarato Cruciferis quod literas diffidacionis Sigismundi Hungarie regis pro magistro et Ordine et contra Wladislaum Polonie regem secum ferrent, declararunt eciam se mandatum et instrucciones ab eodem Sigismundo ^c-rege suo^{-c} accepisse, quod nullatenus huiusmodi diffidacionis literas Wladislao Polonorum regi presentarent, donec eis quadraginta ^d-aureorum millia^{-d} forent per magistrum et Ordinem persoluta²¹⁶. Magister itaque et ordo Cruciferorum magnam vim, subsidium et importanciam sue cause suique triumphi in huiusmodi diffidacionum literis clausam fore || existimans, dare prefata quadraginta ^e-floreorum millia^{-e} pro exigua diffidacionis carta consensit, quorum medietatem in campestribus dedit, reliquam medietatem in Gdansk eisdem Hungarie baronibus persolvit. Nec pro tanta auri quantitate alium fructum nisi ^f-easdem diffidacionis^{-f} literas in presens et^g futurum retulit, que tamen iussu baronum Hungarie non in palam sed ad^h partem regi fuerunt presentate nemoque de universo regio exercitu noverat, preter octo consiliarios, huiusmodi diffidacionis literas allatas extitisse.

HP IV || 30

*Ulricus de Iuningen Prussiae magister
falso gaudio exercitus Polonici quasi fugientis primo perfunditur
postea tamen urbes suas munit et ad dimicandum
cum rege accingitur*

TRANSITUM RETROGRADUM Wladislao rege feria sexta²¹⁷ predicta faciente explorator Prutenicus pulvere conspersus et sudore oblitus ad castra magistri perveniens Poloniae regem et suum exercitum discessionemⁱ facere et fugere astruxit²¹⁸. Cuius relacione Prussie magister Ulricus admodum exhilaratus ad barones Hungarie Nicolaum et Stiborium illum perduxit^j. ^k„Ecce — inquit^{-k} — homo qui et nacione Polonus exploratum missus^l rediit, nuncians nobis castra Polonie regis diebus aliquot quesisse neque ad illa pertingere potuisse. Statorum quidem suorum loca^m offendens vasa aliquot vacua equosque languides relictos bombardarum insuper lapides reperit proiectos. Vestigia deinde exercitus sequens, ad compita perveniens, in que loca diverteritⁿ

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ M ^b emungeret M ^{c c, d-d, e e} ~ C, M ^{f-f} diffidacionis eosdem M ^g in add. D ^h in M ⁱ discessum M ^j perducens M ^{k-k} ~ M ^l missis M ^m loci M ⁿ divertit D, M, S

exercitus nullo pacto discernere potuit. Certum itaque teneo Polonie regem et suum exercitum vires et ^apotenciam meam ^averitum fugam iniisse, cum discessus certum soleat indicium ^btimentis esse, fluctuoque, quid me agere expediat hoste meo sic latenter fugiente. Consulite, precor, quid acturus sim, persequarene ^chostem fugientem aut ^dsubsistam". Barones autem ^eHungarie nova relacione exploratoris audita taliter disserunt: „Proieccio vasorum et quidem vacuorum, equorum quoque debilium non est efficax discessionis aut fuge signum, deliri enim censerentur, qui secum vacua et clauda ferrent, lapidum tamen bombardicorum proieccio dat presumpcionem aliquam ^fsubiti recessus aut fuge; maiori tamen et cerciori indagine res examinanda est nec fuga tanti exercitus illico pro vero accipienda". His et veteranus quidam ^gde exercitu magistri miles ^hlibera contumacia adiecit ⁱ: „Verearis — inquit — magister, ne fuga || hec que nunciatur exercitus regii lavet tibi caput, et non prius a vana opinione qua gaudes desistere incipias, donec intelligas ^jexercitum regium ^jcivitates tuas irrupisse". Quibus verbis magister adeo motus est, ut extemplo non de persequendo rege sed de defendendis urbibus cogitaret. Exercitumque suum movens et ad castrum Brathian ^k219 perveniens illic stativa ponit et intra muros castrum cum Hungarie baronibus se recipiens duodecim pontes supra ^lflumen Drwacza, quibus exercitus suus traduci posset, fieri ordinat. Et exhinc assiduis stativis secretis tamen ad hostium castra ire pergit, fiduciarum plenus et adulatorum verbis inflatus asserencium sibi futuram dimicacionem pro voto cessuram.

HP IV||31

*Wladislaus rex cum Friczone legatorum Hungariae
nuntio secreto expostulans regem Sigismundum beneficiorum
suorum immemorem coarguit
et exercitum suum Sacramento Corporis Dominici expiat*

DIE DOMINICO SANCTE Margarethe tredecima Iulii Wladislaus ^mPolonie rex ^mmissarum solenniis in loco stacionum suarum prope Dzialdow ⁿin villa Vizoka exactis, nuncio Hungarie baronum Friczone ad consilium secretum accersito in eam sentenciam respondit: „Nunquam credebamus fratrem nostrum Sigismundum Hungarie

D, O, C, M, S

^apotencias meas *D, C* ^bincendium *M* ^cprosequarne *S* ^dan *M* ^eenim *M* ^faliquem *O*
^gquidem *D, M, S*; miles *add. M* ^hadiecit *M* ⁱom. *M* ^jom. *O* ^kBrathvan *D*; Brathwan *C*
^lsuper *M* ^m~*O* ⁿDzoldow *D*; Zoldow *C*; Dzialdow *M*

regem ad eam hostilitatem contra nos prorumpere debuisse, ut deberet^a nos, qui illi non sanguine solum et affinitate, sed et federe iuncti sumus pro Cruciferis diffidare et sacram auri famem neglecto Deo, neglecta iusticia ipsi eciam sanguini^b preponere^c 220. Aliud siquidem nobis nunciis et literis repromittebat, asserens se omni studio et conatu et personaliter et per nuncios pacem inter nos et Cruciferos practicaturum^d. Nos siquidem de verbis suis regiis confisi legatos suos Nicolaum et Stiborium in Regnum nostrum advenientes benigne habuimus et in Prussiam transeuntes velut pacis tractatores singulis necessariis^e procuravimus, quibus omnibus non eque^f sincere neque humane videmus nobis responsum. Experimur quod frater noster Hungarie rex reperit tempus et oportunitatem, quibus grassetur contra nos et^g regna nostra^g atque dominia sibi usurpet^h. Longe dispari nos illum in suo geminato casu prosequeremur affectione et caritate, primum dum conflictusⁱ per Turcos esset et incertum existeret captusne foret mortuus vel^j vivus²²¹, item dum illum barones sui Hungarie captum in mortem destinassent nosque ad regimen Regni Hungarie conformiter delegissent || et frequentibus^k literis atque nunciis quatenus celerius venire et Regni Hungarie acceptare regimen dignaremur nos impetissent²²², nos illico motis gentibus nostris processimus^l Hungariam liberationem suam^m omni posse nostroⁿ et viribus effecturi²²³. Si itaque beneficiis nostris equa lance respondent Deus, inter nos et illum diiudicet et unicuique nostrum pro merito retribuatur. Nos quidem suis non movemur minis, sed causa iusticie nostre Omnipotentis^o Deo comissa iniurias nostras prosecuturi exurgemus. Ex quo intelligimus^p nullam spem amplius^q in pacis tractatu relictam, quamvis eciam die hac pacem accipere, si quis mediatorem se ponere vellet, toto cordis nostri iussu^r et desiderio essemus parati. Sed forsitan^s clementissimus Deus^t nostre humilitatis^t et pacifici pectoris hostilis quoque superbie inspector causam hanc^u tractandam solus^u suscepit^v iuxta Sui occulti consilii dispositionem eam decisurus". Eo die Wladislaus Polonie rex et universus fere Polonicus exercitus Divinissimo se procurat^w Viatico, Corporis videlicet^x et Sanguinis Christi Sacramento, ratus, prout evenit, propediem universali dimicacione cum hoste se manus conserturum. Pacem quoque a se aliquocies et multifariis studiis expetitam non posse provenire intelligens, ^y omnia in bellum^y consilia convertit, quamquam pro sua animi

D, O, C, M, S

^a debeat *M* ^b sanguine *M* ^c proponere *S* ^d practicatur *M*; praedicaturum *S* ^e om. *S* ^f aequo *D, O* ^g regnum nostrum *M* ^h usurparet *M* ⁱ profligatus *M* ^j om. *S* ^k frequentis *M* ^l in *add.* *M* ^m suum *D* ⁿ modo *C* ^o Omnipotentem *D, C, M, S* ^p amplius *add.* *M* ^q om. *M* ^r nisu *O* ^s fortassis *D* ^{t-t, u-u} ~ *M* ^v accepit *O* ^w procuravit *M* ^x om. *S* ^{y-y} in bellum omnia *M*

mansuetudine pacem occupare maluisset equa condicione quam bellum^a. Precabaturque pius et religiosus rex, ut postquam nihil iam spei in pace superesset, felix pugna et matura de hostibus prestaretur sibi a celo victoria.

Oppidum Dambrownno natura et arte munitum vi a Polonis capitur

NUNCIO BARONUM HUNGARIE Friczone licenciato Wladislaus Polonie rex in die sancte Margarethe²²⁴ a Dzaldow^b post exacta missarum solennia movens castra quadrigis et impedimentis duabus ante horis precedere iussis versus opidum Dambrownno quod muro, turribus, lacus^c eciam ambitu et fluctibus alluebatur, quod in Theutonico vulgari Gyllgembork^{d225} appellatur, flectit iter et in planicie camporum supra lacum medio pene milliari a Dambrownno^e vocatum Dambrowskie iezioro²²⁶ locat stativa, solari^f die illo plus solito estuante caumate. Quo ad vesperam mitigato plures milites ex castris regiis versus opidum Dambrownno gracia opidi et situs eius videndi procedunt. Sed gentibus, que opidum venerant defensure, impugnacionem suam et opidi verentibus, progredientibus in ad||versum gravis contencio illico suboritur, que adeo efferbuit, ut Polonici milites superatis hostibus et in opidum fugere compulsis ad conquisicionem opidi in magna multitudine glomerati iniussu regis prosilirent. Erat opidum non solum muris altis et spissis, turres quoque et propugnacula in circuitu habentibus sed eciam situ munitum, stagnum enim a parte maiori illud ambit et undis in circuitu vallatum exiguum et angustum terrestrem aditum habet profundis fossis preclusum^g. Fit in castris regiis rumor magnus, quo Wladislaus rex agnito iubet conquisicionem opidi voce preconis inhiberi, veritus in conquisicione opidi milites suos offendi et inutiles effici in futurum certamen. Prohibicione tamen regia nequicquam appensa^h concursu ingenti ad conquisicionem opidi, fatis iam illud appetentibus, festinatum est. Neque opidani segniter resistunt, sed bombardis et saxis ad murum subeuntes submovent. Verum abundante multitudine milites Polonici lacum insiliunt et muros opidi debilitant et suffodere conantur, ceteri scalis appositis illos conscendunt et in breuiusculo tempore opidum utroque sexu populosum rebusque omnibus et diviciis longa pace quesitis, in quod eciam ex aliquot districtibus propinquioribus nobiles et populares cum rebus et substanciis suis

HP IV||33

D, O, C, M, S

^a bello O, C ^b Dzoldow D, 3, M, S ^c a lacu M ^d Wylgembrk C ^e Dembrawnno C ^f post vocem solito D ^g reclusum O ^h attenta M

confugerant, opulentum conquirunt omnibusque fortunis victores potiuntur. De spoliis autem opidi predicti ^a fere universus ^a exercitus regius ditatus, eciam quadrigas suas victualium mira abundancia impleverat ^b, incredibile enim dictu est, quantis opibus et victualibus opidum refertum fuerit ^c. Spoliis nondum ad plenum egestis opidum incensum est et plures mortalium, qui ad ecclesiam confugerant, igne exuberante extinguuntur. Multa autem millia captivorum utriusque sexus illic capta et in regia castra deducta Wladislao regi Polonie per milites ^d dedita sunt ^d. In multos insuper cedibus sevitum est nec cedem quisquam aut capitivitatē effugit preter paucos ^e qui lintribus et doliis ^f evasere in lacum. Nulla illic etatis contemplatio, nulla etatis misericordia, quod non tam iure belli quam Dobrzinensis terre, que ab hostibus exusta fuerat ^g, dolore ^h et effusis in Cruciferos odiis Poloni exequabantur ²²⁷. Magister Prussie ⁱ Ulricus cum Wladislaum Polonie regem referentibus exploratoribus audisset Dambrowno expugnasse atque incendisse et versus Marienburg exercitum suum ducere statuisse, magna percitus ira non ultra pugnam differendam ratus cum toto ^j penitus suo ^j robore dimicare quam primum ^k constituit et ad invadendum regem celeriori quo poterat gressu processit. Nec alius in pectoribus comendatorum et Cruciferorum suorum erat furor || indignantibus se in eam recidisse fortunam, ut qui olim Pomeranie, Cuiavie, Dobrzinensis ^l terris castrisque earum expugnatis sui que iuris factis Regnum quoque Polonie supra dimidium flammis dedissent, verso Marte Prussie depopulationem, urbium excidium et castri Marienburg obsidionem visuri forent.

HP IV||34

*Praesidia Polonica ductore Mathia de Wanschosche Pomeraniam
vastant, sed a Pruthenis funduntur*

EA INSUPER DIE ²²⁸ MATTHIAS DE Wanszosche ^m palatinus Calisiensis et capitaneus Naklensis ²²⁹ cum gentibus, que sibi pro custodia granicierum ⁿ, omnibus videlicet militibus intra flumen Welna ^o ²³⁰ et Pomeraniam consistentibus ^p relicte erant ^p, terram Pomeranie hostiliter ingressus spolia et depopulationem ^q in ea comittebat. Advocatus autem de

D, O, C, M, S
^a ^a ~ M ^b impleverant M ^c fuit S ^{d-d} sunt ducta M ^{e-e} om. S ^f alveis M, C (superscr.) ^g erat M ^h dolorem S ⁱ om. M ^{j-j} ~ M ^k contendit atque add. S ^l Dobrzinensibus S ^m Wössosche C; Wąschosze M ⁿ relictae erant cum add. M ^o Welua D ^{p-p} om. M ^q populationem M

Nova Marchia Michael Kochmeister^a populacionem Pomeranicam prohibiturus Mathie palatino occurrens prelium cum eo comittit. Et quamvis Polonorum milites pro victoria acrius pugnassent, prefato tamen Matthia palatino^b fugam capessente^b (c^c genere hic^c nobilis de domo^d et familia^d Bipennium erat)^e reliquus exercitus pugna ommissa diffugit. In eo prelio Iaroslaus de Giwno^f vexillifer Posnaniensis miles notabilis Hispanicus, genere Grzimalita^g cum pluribus^g aliis^h fugere turpe^h putantibus captus est. Hec tamen clades silencio tunc suppressaⁱ nonnisi rege castrum Marienburg post victoriam obtentam obsidente ad noticiam regis perlata est, quam^j eciam scivisset^k oculere^l, nisi militis predicti^m Iaroslai captivitas^m illam divulgasset.

*Wladislaus rex captos in Dambrowno homines relictis
apud se nobilioribus dimittit; prodigia in coelis missa*

FERIA SECUNDA IN CRASTINO SANCTE Margarethe quarta decima Iulii quamvis Wladislaus Polonie rex statuisset in locum ulteriorem castra et copias traduxisseⁿ, mansit tamen apud eadem stativa diem illum, eo solo persuasus respectu, ut reliquias rerum et victualium in celariis et foveis opidi Dambrowno reconditas recolligeret et de captivis apud Dambrowno captis ordinaret. Reservatis^o itaque fratribus Cruciferis, item nobilibus et || terrigenis, omnes opidanos, populares, agrestes, item omnes matronas et virgines singulasque mulieres cuiuscunque condicionis a captivitate absolvit, diligenti insuper custodia^p, ne quis de exercitu suo viris et^q feminis absolutis noceret, illuderet aut eos invaderet providit^r. ^sSub occasum vergente^t die pronunciare iter in diem alterum militesque tabernacula petere et corpora curare iubet, quo crastino antelucano tempori, quod rex pronunciandum mandaverat, efficerentur apciores^s. Subsequens autem nox in stavis regiis benigna et pacifica erat, cuius in exercitu Cruciferico dispar erat facies. Ventus quippe validus singula tabernacula quaciendo solo prostraverat noctemque pene insomnem transegerant. Sub ea autem nocte lunam, que^u tunc pleno lucebat orbe, prodigium singulare denunciasset et regi victoriam portendisse, quod sequentis diei

HP IV||35

D, O, C, M, S

^a Kochmagister C, M, S ^b ^b om. M ^c ^c qui genere M ^d ^d om. M ^e fugam capessente add. M
^f Bnino D, S ^g plurimis M ^h ^h ~ M ⁱ et add. M ^j qui S ^k fuisset D, M ^l occultare M
^m ^m ~ M ⁿ traducere M ^o reservaret M ^p providet add. M ^q om. D, S ^r om. M ^s ^s om. C
^t urgente O ^u quia D

probavit confirmavitque eventus, nunciatum est. Conspectum siquidem fuit a nonnullis per noctem excubantibus atrox^a aliquamdiu in lune circulo^b inter regem ab una et monachum partibus^c ab altera certaminis stetisse discrimen, ad extremum tamen monachum a rege victum et ex corpore lune deiectum precipitatumque extitisse²³². Id^d prodigium frequenti relatione in altera die vulgatum^e Bartholomei plebani^e in Cloboczko^f capellani regii²³³ oculis se propriis visionem huiusmodi spectasse asseverantis assertio^g confirmabat. Sive id animi victoriam presagientis fuerit indicium sive aerearum figura impressionum sive quelibet alia ex abditis causis proveniens ostensio incertum habemus, nonnullorum insuper militum ex Cruciferico exercitu non temera^h neque vulgaris sed constans et solida habebat relacio sub tempore omni quo prelium agebaturⁱ diei crastine visum a se supra exercitum Polonicum hominem reverendum pontificali^j amictu vestitum^j qui et benedictionem et assiduam confortacionem Polonis dimicantibus largiebatur et certam repromittebat Polonis victoriam. Hec in prodigiorum^k loco fuere nunciata, per que indubie futura regis victoria signabatur.

*Wladislaus rex quamvis iam fere premente hoste
a sacris tamen abduci non potest*

HP IV||36 FERIA TERCIA IN DIE DIVISIONIS Apostolorum^l quinta decima^l die Iulii licet Wladislaus Polonorum rex in loco stacionum in diluculo statuisset missas audire, tentorium tamen sub quo agebantur Divina vento flante et rapiente celeritate qua iuebatur^m neque figi neque explicari poterat nec || quod explicatum fuerat manebat. Fuderat siquidem nox precedens pluvias, fulgura et coruscaciones, multo tamenⁿ in castris Cruciferorum^o adeo ut fere universa tentoria disiceret^p (omen cladis crastine)^q quam in regiis validiores^q. Terris quoque luce reddita ventorum flatus validus oriri ceperat²³⁴. Dum itaque capella tentorii regalis diucius stabiliri vento impugnante non posset, ducis magni Alexandri suasu rex a Dambrowno castra movet spacioque duorum milliarium confecto, sub quo hostiles ville in circuitu urebantur, in campos villarum

D, O, C, M, S
^a om. S ^b atrox add. S ^c parte M ^d hoc M ^{e-e} ~ M ^f Clobuczko C ^g assertionem S
^h temeraria D ⁱ habebatur C, M ^{j-j} ~ C; amictum vestitu M ^k praedicatorum D, S ^{l-l} quindecima M
^m videbatur D, S ⁿ validiores add. O, C, M ^o quam in regiis add. M ^p disicerent quod fuit M
^{q-q} om. M

Thanenberg^{a235} et Grunvald^{b236} futuro certamine nobilitandos perveniens^c, inter arbusta et gaios, quorum in loco eodem extabat frequentia, stativa exercitus metari et tabernaculum capelle supra collem ediciorem lacum Luben²³⁷ spectantem locari^d, Divina sub tempore, quo exercitus stativorum locacioni intenderet, auditurus precepit^e. Iam Prussie magister Ulricus de Iuningen in villagium Grunvald^f clade sua illum insigniturus pervenerat. In propinquo quoque agens adhuc tamen a regiis excubatoribus^g ignorabatur. Capella itaque tentorii extenta et rege pro audiendis Divinis accelerante venit Hanek^h i⁻ miles de Chelm⁻ⁱ de domo Ostoya²³⁸ nuncios hostilem exercitum paucis passibus j⁻ distantem se^{-j} vidisse. Rege autem petente quanti essent, respondit^k unum tantummodo se illorum banderium aspexisse et illico ad annunciandum eorum adventum cucurrisse^l. Adhuc eo loquente veniebat^m Derslaus Wlosthowskiⁿ miles de domo Ocscha^{o239} et duo banderia hostium se vidisse^p astruebat^q, quo nondum finiente sermonem veniebat tercius, quem sequebatur quartus, quintus et sextus concordi pronunciacione referentes hostiles acies iam in pugnam accinctas prope adesse. Rex autem Wladislaus nihil tam r⁻ repentino et propinquo^{-r} hostium adventu motus opere precium existimans prius rebus Divinis quam marcialibus defungi in capellam veniens duas missas per Bartholomeum plebanum in^s Clobuczko et Iaroslaum prepositum Calisiensem²⁴⁰ capellanos suos lectas^t devotissime exaudit, opem superum exposcens rem Divinam solenniori concentu quam pro more faciebat. Neque his^u contentus flexis genibus in oracione longo tempore procumbens^v precabatur Deum celi, quatenus sibi et genti sue fausta fieret expedicio, felix pugna et matura ex hoste proveniret victoria. Et^w quamvis alter^x y⁻ dux magnus^{-y} Lithuanie, qui omnia facilius ferre poterat quam moram, Wladislaum regem quatenus Divinis et oracionibus neglectis consurgens properaret in bellum, cum hostium exercitus decernere paratus staret iam aliquanto tempore^z accinctus ad pugnam^{-z} et periculum foret, si irruens || arma prior inferret, variis precibus et instanciis primum per internuncios, deinde per se ipsum vociferacione ingenti vexasset, nullis tamen precibus, nulla obsecracione, nulla denique periculi denunciacione a Divinis et oracione poterat^{aa} nisi complemento facto abduci^{ab}. Poterat

HP IV||37

D, O, C, M, S

^a Thanenbrig D, O, S; Tanneberg M ^b Brunvald D, C, S; Grunwald O, M ^c superveniens M ^d praecepit add. M ^e om. M ^f Brunwal C; Grunwald M ^g excubiatoribus O ^h Chanek D ⁱ de Chelm miles O ^j ~ C ^k respondet M ^l curisse O ^m venit M ⁿ Wlosowski D, M, S; de add. *perperam* C ^o Oxa D, O, S ^p videre C ^q asserit M ^r ~ C, M ^s de M ^t quas M ^u is O ^v percumbens D, C, M, S ^w eo S ^x om. S ^y ~ M ^z ~ M ^{aa} om. O, M ^{ab} poterat add. M

siquidem hostilis Pruthenicus exercitus quamvis robore inferior^a victoriam sibi vendicasse aut saltem ingentem cladem in Regni^b exercitum edidisse, si quam primum regis exercitum sine lege, sine ordine consistentem et locacione castrorum occupatum armatus ipse et paratus inermem et incautum invasisset^c. Existimans tamen non fortuito sed ex composito inter gaios et arbusta regium exercitum constitisse et se^d ad insidiarum loca trahi ab invadendo regio exercitu donec omnis^e in ordines et signa veniret^f solo metu regis fortuna regente abstractus est. Nihil itaque mirum, si regi religioso et devotissimo omnibus victoriis et periculis Divina anteposenti Divinitas victoriam famosam largita est, que^g Cruciferos contempsisse et nihili pendisse constabat; cui ante pugnam in pugna et post pugnam creduntur favisse venti et in hostium vultus et ora flatum et pulverem vertisse, ut^h non immerito illud Claudiani poete²⁴¹ dictum sibi possit aptari:

O nimium dilecte Deo, cui militat ether
Et coniurati veniunt ad classica venti.

*Ordinum, vexillorum et insignium terrarum regni ac virorum
qui bello Pruthenico interfuerunt enumeratio*

REGE POLONORUM WLADISLAO circa Divinorum audicionem et in obsecracionibus perseverante universus regius exercitus in ordines suos et signa Zindramo de Maszkovicze gladifero Cracoviensi dirigente, Lithuanicusⁱ vero solo duce J⁻ magno Alexandro^{-j} Lithuanie ordinante mira celeritate accessit aciemque adversus hostes constituit et cum Polonicus exercitus in levum cornu flexisset, Lithuanicus dextrum tenuit, sed in ea quoque necessitate omnis celeritas tarda videbatur. Quinquaginta signa, que vexilla appellamus²⁴², in eo prelio insignibus et peritis militibus referta preter Lithuanica signa quadragenarium^k numerum habencia scitus et visus est Polonicus exercitus habuisse. Primum vexillum magnum Cracoviensis terre, cuius alba aquila coronata extensis alis in campo rubeo erat insigne²⁴³, in quo omnes prestanciores barones et milites Polonie et omnes veterani et exercitati ordines acceperant, robore et numero omnia alia signa excedens; cuius ductor fuit prefatus Zindram de Maszkovicze || feren-

D, O, C, M, S

^a tamen aut *add.* M ^b regis S ^c evasisset M ^d om. M ^e omnes M ^f venirent M ^g quem D, S; quas C ^h et O, C, M, S ⁱ Lithuanicis M ^{j-j} ~ O ^k quadragenarium D, S

tarius Marcissius miles^a de Wroczimovicze^b stirpis Polukosze²⁴⁴ et in quo pro sui excellencia et merito^c novem milites^c primo ordine et in fronte consistebant, videlicet Zavissius Niger de Garbow de domo Sulima, Florianus de Korythnicza^d de domo Ielithonum^e²⁴⁵, Domarath de Cobilany de domo Grzimalitarum^f, Scarbek de Gory de domo Habdank, Paulus^g Slodzei de^g Biskupicze de domo Nyeszobya^h²⁴⁶, Ioannes Warschowskiⁱ de domo Nalancz^j, Stanislaus de Charbinowicze^k de domo Sulima^l²⁴⁷, Iaxa de Thargowisko^m de domo^m Vulpium²⁴⁸. Secundum vexillum Goncza, cuius due cruces cerulee in campo celestino erat insigne²⁴⁹; id Andreas de Brochociziczeⁿ miles de domo Ozoria^o ducebat; in cuius fronte quinque milites consistebant, hi videlicet: Ioannes Sunynik^p de Nabrosz^q²⁵⁰ de domo [...] qui annis sedecim apud Turcorum cesarem ducis functus officio militaverat, Barthosius et Iaroslaus^r de Plomykow de domo Pomyan²⁵¹, Dobeslaus Okuia de domo Wieniawa^s²⁵² et Sigismundus Pikna^t Bohemus²⁵³. Tercium cubiculariorum, cuius vir armatus equo candido insidens gladium quoque^u manu vibrans in campo rubeo erat insigne²⁵⁴; id Andreas Czolek^v de Zelechow^w de domo Tauro- rum²⁵⁵, Ioannes de Sprowa de domo Odrowasch^y²⁵⁶ ducebant; in cuius fronte hi consistebant milites; Mscziugius de Skrin de domo Cignororum²⁵⁷, Alexander Goraiski de domo Ciphorum²⁵⁸, Nicolaus Powala de Thaczow^z de domo Powalorum²⁵⁹, Szasz- nus^{aa} de Wichucza de domo eciam Powala²⁶⁰. Quartum sancti Georgii habens crucem albam in campo rubeo pro insigni²⁶¹, sub quo omnes Bohemi et Moravi precio conducti^{ab} (cuius ductores erant Sokol^{ac} et Zbislawek^{ad} Bohemi, ferentarius vero Ioannes Zarnow- ski^{ae} Bohemus²⁶², Wladislao rege hunc linguagio^{af} ag^{ag} Bohemico deferente^{ag} honorem) consistebant^{ah}. Quintum terre Posnaniensis albam aquilam in campo rubeo non coronatam habens pro insigni²⁶³. Sextum Sandomiriensis terre, in quo pro una medietate tres barre seu tractus glauci in campo rubeo, pro altera septum stelle in campo celestino habebatur insigne²⁶⁴. Septimum Calisiense caput bubali^{ai} in scacorum tabula diademate regio ornatum, ex cuius naribus circulus rotundus^{aj} pendebat, habens pro insigni²⁶⁵.

D, O, C, M, S

^a om. M ^b Wrzodzinowycze C ^c c ~ M ^d Korychnycza C ^e Lelychonum C ^f Szrymalitarum D, M, S ^g g Slodzen de D; Zlodzei de C ^h Nyssehobya C ⁱ Warsowski D; Warszewski M ^j Nalancza C ^k Rabynowycze C ^l Sulma S ^m m om. C ⁿ Brochodzycze C ^o Ossola D; Ossoria C; om. O ^p Sirnimk D; Sarunik C; Sirninik M ^q Nabrosch O; Nabrzoss C ^r Zaroslaus D, S ^s Wiomawa D, S ^t Pyllina D, S ^u - que M ^v Cziolak O; Ciolek M ^w Zelechowo C ^y Odrowasch C ^z Thaczow C ^{aa} Sassinus C ^{ab} consistebant add. M ^{ac} Szobol D, S; Sobol C; Sokol M ^{ad} Zbylawek D, O; Wylawek C ^{ae} Szarnowski O; Sirnowski C ^{af} lingua O ^{ag} ag ~ C ^{ah} om. M ^{ai} bubale D, O ^{aj} rotundis D, M

HP IV||39

Octavum terre Siradiensis, in quo pro una medietate medietas aquile albe in campo rubeo, pro altera medietas leonis flamei in campo albo habebatur insigne²⁶⁶. Nonum terre Lublinensis cervum cornibus extentis in campo rubeo habens pro insigne²⁶⁷. Decimum terre Lanciciensis, cuius insigne media pars nigre aquile, media vero albi leonis^a in campo ceruleo capita habentes coronata²⁶⁸. Undecimum terre Cuiaviensis, in quo pro una medietate aquile nigre in campo ceruleo medietas, pro altera medietas leonis albi in campo rubeo capita coronata gestantes erat insigne²⁶⁹. Duodecimum terre Leopoliensis, leonem ceruleum per mediam^b petram conscendentem^c in campo celestino habens pro insigne²⁷⁰. Tredecimum terre Wielunensis lineam niveam transversalem in campo rubeo proportionaliter locatam habens pro insigne²⁷¹, cui rex propter raritatem ordinum milites ex Slesia mercenarios pro supplemento adiunxerat. Quartum decimum terre Premisliensis, quod aquilam ceruleam duo capita a se invicem proportionaliter avera in campo celestino habebat pro insigne²⁷². Quintum decimum terre Dobrinensis faciem humanam senilem^d ad femur se protendentem capite diademate adornato cornibus quoque exasperato in campo ceruleo habens pro insigne²⁷³. Sextum decimum terre Chelmensis ursum album inter duas arbores consistentem in campo rubeo habens pro insigne²⁷⁴. Decimum septimum, decimum octavum et decimum nonum terre Podolie (tria enim signa abundante multitudine habebat^e) quorum quodlibet faciem solarem^f in campo rubeo^{-f} habebat pro insigne²⁷⁵, Vicesimum terre Haliciensis monedulam nigram in capite coronatam in campo albo habens pro insigne²⁷⁶. Vicesimum primum et vicesimum secundum ducis Semoviti Masovie aquilam albam absque diademate in campo rubeo habencia pro insigne²⁷⁷. Vicesimum tertium ducis Masovie Ianussii, quod in quadrum divisum pro duabus medietatibus albam aquilam, pro^g reliquis duabus^{-g} per transversum se aspicientibus^h nocticoracem scacatum^{-h} albi et rubei coloris habebatⁱ insigne²⁷⁸. Vicesimum quartum Nicolai Kurowski archiepiscopi Gnesnensis fluvium^j cruce signatum^k in campo rubeo habens pro insigne²⁷⁹. Vicesimum quintum Alberti Iastrzambiecz episcopi Posnaniensis babatum^l crucem habens in medio in campo celestino²⁸⁰, cuius Iarandus de Brudzewo miles erat ductor²⁸¹, habens pro insigne. Vicesimum sextum Cristini de Ostrow castelani Cracoviensis ursum^m virginem coronatam^{-m} gestantem in campo rubeo habens pro insigne²⁸². Vicesimum septimum Ioannis Tharnowski palatini

D, O, C, M, S

^a picti *add.* M ^b modum O, M ^c conscendentis D, O, S ^d similem S ^e habebant S ^{f-f} ~ O, S
~~x-x~~ ~ S ^{h-h} noticorax scacatus D, O, C, S ⁱ pro *add.* C ^j flumen M ^k Sieniawa *add.* M ^l barbatus M
^{m-m} ~ M

Cracoviensis lunam cornutam stellam complectantem in campo celestino habens pro insigni²⁸³. Vicesimum octavum Sandivogii de Ostrorog palatini Posnaniensis fasciam arcuatam et circumligatam et in extremitates protensam, in campo rubeo habens pro insigni²⁸⁴. Vicesimum nonum Nicolai de Michalow palatini Sandomiriensis rosam albam in campo rubeo habens pro insigni²⁸⁵. Tricesimum Iacobi de Conieczpole^a palatini Siradiensis babatum album, infra parte pociori demissa, et cruce signatum in campo rubeo habens pro insigni²⁸⁶. Tricesimum primum Ioannis^b alias Iwan^{-b} de Obychow castellani Szremiensis caput zubronis, a^c cuius naribus circulus rotundus dependens in campo croceo habens pro insigni²⁸⁷. Tricesimum secundum Ioannis Ligessa^d de Bobrek^e palatini Lanciensiensis, cuius caput asinum in campo rubeo erat insigne²⁸⁸. Tricesimum tertium Andree de Thanczin castellani Woiniciensis, cuius in campo rubeo una bipennis erat insigne²⁸⁹. Tricesimum quartum Sbignei de Brzesze^f Regni Polonie marsalci, cuius caput leoninum^g evomens flammam^{-g} in campo celestino erat insigne²⁹⁰. Tricesimum quintum Petri Schafraniecz de Pieskowa Skala succamerarii Cracoviensis, cuius^h albus equus^{-h} nigro tegmine in medio precinctus in campo rubeo erat insigne²⁹¹. Tricesimum sextum Clementis de Moszkorzow castelani Wisliciensis, cuius due cum dimidia cruces cerulee in campo flaveo erat insigne²⁹². Tricesimum septimum Vincencii de Granow castellani Szremensis et Maioris Polonie capitanei, cuius luna arcuata stellam continens in medio in campo celestino erat insigne²⁹³. Tricesimum octavum Dobeslai de Oleschnicza crucem albam, sub quarto crucis angulo triplicem habens in modum duplicis **W** tracturam in campo rubeo pro insigni habens²⁹⁴. Tricesimum nonum Spytkonis de Iaroslaw, cuius luna arcuata stellam continens in medio in campo lazurinoⁱ erat insigne²⁹⁵. Quadragesimum Martini de Slawsko^j superiorem partem^{-j} leonis et quatuor lapides in parte inferiori habens pro insigni²⁹⁶. Quadragesimum primum Dobrogostii de Schamotuli fasciam arcuatam et in medio constrictam in campo rubeo habens pro insigni²⁹⁷. Quadragesimum secundum Cristini de Cozeglowy castelani Sandecensis sagittam geminatam cruce ornatam in campo rubeo habens pro insigni²⁹⁸. Quadragesimum tertium Ioannis Maszik^k de Dambrowa duos pisces, qui trutte appellantur, unum in campo albo, alterum in campo rubeo habens pro insigni²⁹⁹. Quadragesimum quartum Nicolai Regni Polonie vicecancelarii tres tubas in campo albo habens pro insigni³⁰⁰. Quadragesimum quintum Nicolai

HP IV||40

D, O, C, M, S

^a Konieczpolie O; Konyczpoye C ^{b-b} om. O ^c om. D. S ^d Ligessa O; Ligassa C ^e Sobrek D
^f Brzezic I; Brzezye C ^{g-g} ~ M ^{h-h} ~ M ⁱ lazuricio M ^{j-j} superiore parte M ^k Meszik O

HP IV || 41

Kmithe de Wisnicze flumen rubeum cruce ornatum habens pro insigni^a301. Quadragesimum sextum fratrum et militum Griffonum album griffonem in campo rubeo habens pro insigni; cuius ductor erat Sigismundus de Bobowa miles subiudex Cracoviensis³⁰². Quadragesimum septimum militis Zaklicze Korzegwiczski^b tracturam albam in modum duplicis **W** cruce signatam habens in campo rubeo pro insigni³⁰³. Quadragesimum octavum fratrum et militum Koslerogi^c tres hastas transversaliter in campo rubeo deferencium; cuius ductor erat Florianus de Korythnicza castelanus Wisliciensis et in^d Przedacz capitaneus³⁰⁴. Quadragesimum nonum Ioannis Ienczykowicz baronis de Moravia, quod albam sagittam distensam^e et in finibus recurvatam in campo rubeo, que aput Polonos Odrowansz nominatur, habebat^f pro insigni³⁰⁵; cuius doctor Helm^g Moravus³⁰⁶ erat et in quo soli Moravi militabant; quod prefatis Ioannes Ienczykowicz Wladislao Polonorum regi in solacium^h beneficiorum patri suo Ienczikoniⁱ307 per Wladislaum regem prestitorum memor transmiserat^j. Quinquagesimum Gniewoschii de Dalyewicze subdapiferi Cracoviensis, quod sagittam albam in medio ad partem levam et dextram protensam cruce super protensione^k transversali^l consignatam in campo rubeo habebat pro insigni³⁰⁸, sub quo tantummodo mercenarii milites non ex Polonis sed ex Bohemis, Moravis^m et Slesitis^m per prefatum Gniewosium subdapiferum conducti militabant; domus autem et nobilitas arma huiusmodi insigniorum deferens aput Polonos vocatur corrupto et truncato nomine Strzegonia, queⁿ pocius trzy gory id est tres montes deberet vocitari a civitate Slesie Trzygory^o alias Trzegom^p309, quoniam^q in illorum dicatione tunc consistebant originariam sumens denominationem. Quinquagesimum primum^r Sigismundi Koributh Lithuanie ducis, quod equum armatum hominem^s gestans^t in campo rubeo habebat pro insigni^r310.

ERANT PRETEREA IN EXERCITU Lithuanico Alexandri Withavdi ducis Magni Lithuanie quadraginta vexilla, sub quibus milites Lithuani, Rutheni, Samagite^u et Tartari tantummodo consistebant. Rariores tamen habebant ordines et arma pauciora quam Polonorum, equis quoque Polonos non equabant. Signa autem^v vexillis huiusmodi^v

D, O, C, M, S

^a cuius ductor erat Sigismundus de Bobowa miles subiudex Cracoviensis *add. perperam* D ^b Korzekwicki O; Korzekwiczki C; Korzeknicki M ^c Kozlya rogi C ^d *om.* M ^e distentam O ^f habebatur O ^g Helin D, C, M, S ^h auxilium M ⁱ Jencykowe D, M, S ^j praestiterat M ^k protensionem D, C, M, S ^l transversalem M ^m *om.* C ⁿ quod D, S ^o Crzygory D ^p Crzegom D ^q quae D, S ^r *om.* O; sub quo *add.* S ^s *om.* D, O, S ^t gestantem *corr.* M ^u Samagittae O ^v *~C*

afficta paria pene erant, fere enim quodlibet^a armatum virum equo albo interdum nigro aut rufo vel vario insidentem et manum cum gladio vibratam extendentem habebat in campo rubeo pro insigni³¹¹. Decem tantummodo signum aliud habebant et a triginta aliis distinguebantur, in quibus in campo rubeo signa, quibus Withavdus equos, quorum multitudine abundabat, insignire consueverat, depicta erant, que quidem in hunc modum, quoniam^b rebus describi non possunt, pingebantur $\overline{\text{III}}$ ³¹². Denominabantur autem^c vexilla huiusmodi aliqua a nomine terrarum Lithuanie, videlicet Trocensis, Vilnensis, Grodnensis, Kownensis, Lidensis, Miedniczensis³¹³, Smolnensis, Polocensis^d, Vithoviensis^e, Kiyovien||sis, Pinensis^f, Novogrodensis, Brzestensis, Wolkowiskensis, ^g-Drohicensis, Melnicensis, Crzemieniczensis^g, Starodubensis; aliqua vero ex personis ducum Lithuanie, qui illis a^h-duce Withavdo^h prefectiⁱ preerant^j, videlicet Sigismundo Koributh, Languinowicz^k Simeone³¹⁴, Georgio³¹⁵.

HP IV||42

Descriptio vexillorum et ordinum exercitus Cruciferici

PRUTHENICUS EXERCITUS quemadmodum milite et robore, ita et in signis inferior erat³¹⁶. Duo signa seu vexilla magister habebat: unum et primum magnum, in quo quicquid roboris erat locatum est, alterum minus, ambo crucem nigram aquilam similiter nigram^l in medio continentem^l habebat pro insigni³¹⁷. Item tertium^m Ordinis tocius, cuius in campo albo lata crux nigra erat insigne³¹⁸; cuius ductor erat Fredericusⁿ de Vallerod^o marsalcus Prussie. Item Conradi ducis Albi Canthner Oleschnicensis quartum, aquilam nigram in campo ceruleo habens pro insigni³¹⁹, qui solus personaliter cum gentibus suis ex ducibus Slesie prelio interfuit, licet voluntate et affeccione fere^p singulos Slesie duces non dubites interfuisse. Item Casimiri ducis^q Stetinensis quintum, griphonem in campo albo habens pro insigni³²⁰, qui et ipse personaliter cum gentibus suis magistrum et Cruciferos adiuuabat. Item sextum vexillum sancti Georgii, quod crucem rubeam in albo campo habebat insigne; cuius ductor erat Georgius Kirzdorff^r et cui potior fuerat militaris virtus quam fuga³²¹. Item septimum vexillum Pomezaniensis episcopi, sancti^s Ioannis

D, O, C, M, S

^a quodlibet *M* ^b cum *D*; quod *S* ^c aut *S* ^d Plocensis *C* ^e Witepsansis *M* ^f Punensis *O, C*, ^{g-g} Droyczensis, Myelczensis, Krzemienieczensis *C* ^{h-h} ~ *M* ⁱ prefecti *S* ^j fuerant *M* ^k Languinowicz *S* ^{l-l} ~ *S* ^m *om.* *M* ⁿ Faedericus *D, S*; Fridericus *O, C, M* ^o Valleroth *C* ^p *om.* *M* ^q Slesiae *add. D, O, M* ^r Kerzdorff *O, M* ^s beati *O, M*

Evangeliste in specie aquile cerulee imaginem gestans et duabus curvaturis ceruleis circumdatam^a habens pro insigni, quod Marquardus de^b Reszemburk^c ducebat^d322. Item octavum banderium episcopi et episcopatus Zambiensis^e, tres mitras rubeas in albo campo habens pro insigni, quod Henricus comes de Camencz de Miszna ducebat^f323. Item^f nonum banderium^f episcopi et episcopatus Chelmensis alias Risseburg^g, quod gladium rubeum nudatum et curvaturam eque rubeam transversaliter sibi iunctam^h in campo albo habebat pro insigni, cuius ductor erat Theodoricus de Sonnemburkⁱ324. Item decimum banderium episcopi et episcopatus Warmiensi^j alias Elszberk^j, quod in campo pro medietate ru||beo Agni Dei albam imaginem, vexillum parvulum pede uno supra se porrigentem et ex cuius gutture sanguis in calicem antepositum defluebat, item alteram medietatem campi albam tantummodo habebat pro insigni^k325. Item undecimum banderium magne comendarie, quod in campo rubeo barram habuit albam^k latam pro insigni^k326, cuius Conradus Lichtersten magnus comendator erat ductor. Item^l duodecimum banderium civitatis Culmensis, quod fluctus undosos pro medietate albos et pro reliqua^m medietate rubeos cruce nigra et tractu nigro superadditis habebat pro insigni; cuius ferentarius erat Nicolaus dictus Niksz vexillifer Culmensis, quem Henricus de Plauen magister Crucifericus Ulrico de Iunigen succedens, quasi parum fideliter egisset, capite dampnavit³²⁷; ductores autem eius Ianussius Orzechowski³²⁸ et Conradus de Roplowⁿ329 ow milites. Item tredecimum banderium thesaurarii Ordinis, quod clavem albam in campo rubeo^o habebat pro insigni^o, cuius ductor erat Morheim thesaurarius Crucifericus³³⁰. Item quartum decimum banderium comendarie et civitatis Grudzancz, quod in campo albo^p caput zubronis^q nigrum^p habebat pro insigni, ^r cuius ductor erat Wilhelmus Ellfestein^s comendator de Grudzancz^r331. Item quintum decimum banderium comendarie et civitatis Balga, quod in campo albo^t lupum rubeum^t habebat pro insigni^u332. Item sextum decimum banderium comendarie et civitatis Schonsze, quod in campo albo duos pisces rubeos arcuatos se invicem ore contingentes et cauda habebat pro insigni, cuius ductor erat Nyklosz Wilcz^v comendator

D, O, C, M, S

^a circumdata S ^b corr.; et D, O, C, M, S ^c Roszenburg O, M, S; Rescheburg C ^d ducebant D
^e om. C ^f f ~ O ^g Ryszenborg C ^h iuncta D, O, S ⁱ Sonenborg C; Sovenburg M, S ^j Helsingberg
 C; Helsingberg M ^k altam M ^l om. D (item infra passim) ^m aliqua M ⁿ Koplów O; Koptów M
 (recte Ropkó) ^o o ~ M ^p p lupum rubeum O ^q szubronis C ^r r om. O ^s Elphestenn C
^t t caput zubronis nigrum O ^u cuius ductor erat Vilhelmus Ellfesteyn commendator de Grundziancz add. O
^v Wylk C

in Schonsze³³³. Item decimum septimum banderium civitatis Kinszbergensis, quod in campo rubeo album leonem coronam ceruleam in capite gestantem, cui supraposita^a erat crux nigra in campo albo, habebat pro insigni, cuius ductor erat vicemarsalcus seu vicecomendator Kinszbergensis^{b334}. Item decimum octavum banderium comendarie de Antiquo Castro, quod per quadrum habebat quatuor campos partim nigros partim albos, cuius Wilhelmus Nippem^c comendator de Antiquo Castro erat ductor³³⁵. Item decimum nonum banderium comendarie et civitatis Tucholia, quod duos campos rubeum et album lineis tamen nigris in medio distinctos habebat pro insigni³³⁶, cuius Henricus^d comendator de Tucholya^{-d} erat ductor, cuius in tantum ascenderat pompa, furor et elacio, ut a tempore, quo in expeditionem presentem venerat, duos nudos^e gladios ante se quocunque iret deferri iuberet; monentibus autem illum nonnullis viris bonis et timoratis, ne se tam superbe gereret, sacramento se adegit non prius se gladios prefatos conditurum in vaginam, donec utrumque^f in Polonorum sanguine cruentaret. Item vicesimum banderium castri et comendarie Nyeschowiensis, quod in medio album campum a parte vero utraque duos nigros habebat pro insigni, cuius Conradus Hoczfelth^g, comendator Nyeschowiensis erat ductor³³⁷. Item vicesimum primum banderium militare et stipendiariorum^h de Westphalia, quod duas sagittas rubeas per transversum in campo habebat pro insigni³³⁸. Item vicesimum secundum banderium advocacie et civitatis Rogoszno, quod tres rosasⁱ in tractura rubea transversali in albo campo habebat pro insigni, cuius ductor erat Friderius Wed^j advocatus in Rogoszno³³⁹. Item vicesimum tertium banderium comendarie et civitatis Gdanensis, quod duas cruces, unam videlicet rubeam^k in albo campo^l et alteram^m albam in rubeo campo habebat pro insigni^{-m}; ductor eius fuit Ioannes Schomenfelthⁿ comendator Gdanensis³⁴⁰. Item vicesimum quartum banderium^o comendarie et civitatis^{-o} Engelszberg^p, que in Polonico vocatur Koprziwno^q, que imaginem angeli candidati alas et manus extendentis in campo rubeo habebat pro insigni³⁴¹; id Burcardus^r Wbrk comendator^s Engelszberk^t ducebat. Item vicesimum quintum banderium comendarie et civitatis Brodnicensis, quod cervum cum cornibus rubeum in albo campo habebat pro insigni³⁴², cuius ductor erat Balldewin^u Stoll comendator Brodnicensis. Item vicesimum sextum banderium castri

HP IV||44

D, O, C, M, S

^a superposita O ^b Kaszbergensis C ^c Nippein C, O ^{d-d} ~ M ^e om. D, M, S ^f utramque D
^g Hirschfeld M ^h stipendiariorum O ⁱ om. S ^j Wel M ^k albam S ^l rubeo add. S
^{m-m} in campo albo rubeam pro insigni habebat S ⁿ Scholnenfelk C ^{o-o} ~ C ^p Engelszbergk C
^q Pokrziwno M ^r Burgardus S ^s in add. O ^t Engelberg M, S ^u Balldelwin M

HP IV || 45

Brathian^a et Civitatis Nove³⁴³, quod tria cornua cervina in girum coniuncta in campo albo habebat pro insigni³⁴⁴; ductor eius^b erat Ioannes de Redere advocatus in Brathian^c. Item vicesimum septimum banderium civitatis Brunszberg^d, quod duas cruces, unam albam in nigro campo, alteram nigram in^e albo campo^{-e} habebat pro insigni³⁴⁵.^f Item vicesimum octavum banderium^{-f} mercenariorum militum, quod unam sagittam cuspidatam, alteram absque ferro et cusptide ligneatam tantummodo, utramque tamen rubeam in albo campo transversaliter se contingentem^g habebat pro insigni³⁴⁶. Item^h vicesimum nonum banderiumⁱ mercenariorum militum, quod album lupum in rubeo campo habebat insigne,^j sub quo erant gentes Szweiczeronum, qui magistrum et ordinem Prussie propriis sumptibus adiuvabant^{-j}³⁴⁷. Item tricesimum banderium comendarie et^k civitatis Lyaszin^l alias Leszken^m, quod tres campos, superiorem rubeum, inferiorem nigrum || medium vero album habebat proⁿ insigni^o; ducebat illud Henricus Kuszeczke^p advocatus de Lyaszin³⁴⁸. Item tricesimum primum banderium comendarie et civitatis Slochov, quod in parte superiori^q ^r habebat imaginem Agni Dei album vexillum supra^{-r} se uno pede tenentis, cui de pectore in calicem manabat sanguis in rubeo campo, in parte vero inferiori album tantummodo habebat campum pro insigni³⁴⁹; ducebat illud Arnoldus de Baden comendator Slochowiensis. Item tricesimum secundum banderium civitatis^s Barthostein^t, cuius ascia^u alba in campo nigro erat insigne^{-s}³⁵⁰. Item tricesimum tertium banderium comendarie et civitatis^v Osterodensis cuius quatuor campi in quadrum distincti, albi videlicet et rubei erat insigne^{-v}; id ducebat Peczinchawi^w comendator Osterodensis³⁵¹. Item tricesimum quartum banderium militare terre Culmensis fluctus undarum rubeos et albos nigra cruce superposita habens pro insigni³⁵², quod Ioannes comes^x de Seyn comendator Thorunensis ducebat. Item tricesimum quintum banderium comendarie et civitatis Elbing^y duas cruces albas, unam in superiori parte, alteram in inferiori in campo rubeo habens pro insigni³⁵³; quod Vernerus Thetingen comendator Elbingensis ducebat. Item

D, O, C, M, S

^a Brathvan D; Bratian O ^b cuius M ^c Brathizani D ^d Branszberg D; Branszbergk O; Bronszberg C ^e e ~ O ^f f ~ O, C ^g contingentes M ^h banderium add. O, C ⁱ om. O, C ^j j om. C ^k om. C ^l Lonszyn C; Liashin M ^m Lesskey D, S; Lesken M ⁿ om. C, M, S ^o insigne O, M, S ^p Kuszeczki O, M; Cuschecky C ^q supra D ^r r om. D; album vexillum om. S ^s s Osterodensis, cuius quatuor campi in quadrum distincti, albi videlicet, rubei et erat insigne, quod ducebat Peczindavii commendator Osterodensis M ^t Bartheistein O ^u astra D, C, S ^v v Barthostein, cuius ascia alba in campo nigro erat insigne M ^w Peczenhawi O, C ^x canes D ^y Elbyenk C

^a-tricesimum sextum banderium ^a militum forensium ex Almania Bassa ^b lineam nigram latam transversalem in albo campo habens pro insigni ³⁵⁴. Item tricesimum septimum ^c banderium comendarie et civitatis Toruni ^d, quod castellum cum tribus turribus ex rubeo et porta nigra hostiis duobus apertis coccineis in campo albo habebat pro insigni; ducebat id vicecomendator Thoruniensis ^e ³⁵⁵. Item ^f-tricesimum octavum banderium ^f ex militibus de Rheno venientibus collectum, quod in albo campo lineam nigram latam transversalem habebat pro insigni ³⁵⁶. Item ^g-tricesimum nonum banderium ^g opidi ^h-Gniew ⁱ alias in Theutonico Mewe, quod ducebat Ioannes comes de Veyinde ^j comendator Gniewensis ^k, sub quo erant ^l terrigene et cives districtus Gniewensis ^h quod ex militibus de Franconia venientibus collectum erat, quod in campo rubeo duas ^m habebat albas ^m sagittas transversaliter se contingentes, unam quidem cuspidatam alteram ⁿ absque ferro et cuspide ligneatam ³⁵⁷. Item quadragesimum banderium civitatis, que vocatur ^o-Swieta Sziekierka ^o in Teutonico Engebenth ^p ^q habens in nigro campo ^q asciam albam pro insigni ³⁵⁸. Item quadragesimum primum banderium comendatorie ^r ^s et civitatis ^s Brunszwik, quod in campo celestino ^t habebat leonem rubeum ^t, in tribus tamen locis, videlicet in pectore, in ventre et in uno pede dealbatum, glaucam coronam in capite gestantem habebat pro insigni ³⁵⁹. Item quadragesimum secundum banderium comendarie civitatisque Gdansk, quod in superiori parte crucem rubeam in albo campo, in inferiori crucem albam in rubeo campo habebat pro insigni; ductor eius erat vicecomendator Gdanensis ³⁶⁰. Item ^u-quadragesimum tertium banderium ^u quod ex militibus Mysznensibus constabat et quod in superiori parte crucem albam in ^v-rubeo campo ^v in inferiori vero crucem rubeam in ^w-albo campo ^w habebat pro insigni ³⁶¹. Item quadragesimum quartum banderium comendarie et civitatis Scithno, cuius albus et rubeus campus diametraliter se invicem contingens erat insigne ³⁶²; id ducebat Albertus de Eczbor comendator de Scithno alias Orzburg ^x. Item quadragesimum quintum banderium comendarie et civitatis Rangnetha habens tres pileos rubeos in albo campo pro insigni; ducebat illud comes Federicus de Czolrn comendator de Rangnetha ³⁶³. Item quadragesimum sextum banderium civitatis Knypow, quod in

HP IV||46

^{D, O, C, M, S}
^{a-a} ~ ^O ^b inferiore ^M ^c om. ^C ^d Thorun ^O; Torunensis ^M ^e Thorunensis ^O ^{f-f, g-g} ~ ^{O, C}
^{h-h} om. ^C ⁱ Gniewkow ^{O, M} ^j Vende ^M ^k om. ^S ^l Gnewenses ^{add. S} ^{m-m} ~ ^M ⁿ vero ^{add. M}
^{o-o} Swentasiiekierka ^O; Szwyłtha Szykyerka ^C ^p Helgebeyth ^O; Heylgebeyth ^C; Heilgebenth ^M
^{q-q} magno in campo habens ^M ^r commendariae ^{M, S} ^{s-s} om. ^M ^{t-t} ~ ^O ^{u-u} ~ ^{C, M, S}
^{v-v} ~ ^M ^{w-w} ~ ^M ^x Orzburgk ^O

superiori parte habebat coronam rubeam in ^{a-}albo campo^{-a}, in inferiori vero crucem albam in rubeo campo³⁶⁴. Item ^{b-}quadragesimum septimum banderium^{-b}, quod ex Livonitis constabat et quod habebat pro insigni tres campos, superiorem glaucum, medium album et inferiorem rubeum³⁶⁵. Item quadragesimum octavum banderium advocacie et civitatis Thszczow habens quatuor campos albos et nigros per modum barrarum pro insigni, quod Matthias Beberach^c advocatus Thszczoviensis^d ducebat³⁶⁶. Item quadragesimum nonum banderium civitatis Holsten Maioris alias Melszak^e habens tres campos, superiorem nigrum, medium album et inferiorem rubeum pro insigni³⁶⁷. Item ^{f-}quingagesimum banderium^{-f} militum mercenariorum habens quatuor campos, ^{g-}duos rubeos et duos^{-g} celestinos per quadrum distinctos pro insigni³⁶⁸. Item quingagesimum primum banderium comendarie et^h civitatis Brandeburg habens aquilam rubeam in campo [...] pro insigni³⁶⁹; id Marqward de Szalczbach comendator Brandeburgensis ducebat. Banderium autem comendarie et civitatis Szwieczye, quod scacales campos albos tantummodoⁱ et rubeos habebat pro insigni a presenti pugna^j aberat³⁷⁰. Szwezensis enim comendator Henricus de Plawen cum omnibus comendarie Swezensis terrigenis et militibus ad prohibendum invasionem et vastacionem terre

HP IV || 47 Po||meranie, quam per Ianussium Brzoszoglowy^k ex castro Bydgosza^l fieri verebantur, relictus erat et certamini cum suo banderio et gentibus interesse non poterat.

Vicecancellarii reprehensione Bohemi a defectione revocantur

FECERANT^m HAC DIE³⁷¹ TRECENTI Bohemi mercenarii ex castris regiis rege inconsulto et ignaroⁿ (metu-ne an precio hostili corrupti incertum est) discessionem^o. Quos cum Nicolaus Regni Polonie vicecancellarius serius castra regia sequens abeuntes offendisset et quonam pergerent quave ex causa discederent interrogans, quod^p emeriti stipendii solucio illis per regem non penderetur, responsum accepisset „Scio — inquit vicecancellarius — Wladislaum regem singula que meruistis eiam prius quam meremini abunde solvisse. Neque discessionem vestram presentem vos iniuria, de qua utique apud regem et consiliarios primum queri debebatis, sed pavor et ignavia cum didiceritis

D, O, C, M, S
^{a-a} ~ *O* ^{b-b} ~ *O, C, S* ^c Beberuch *M* ^d Czoczovyensis *C* ^e Molszak *O* ^{f-f} ~ *M* ^{g-g} *om. M*
^h *om. D, O* ⁱ *om. M* ^j tantummodo *add. M* ^k Brzoszoglovium *S* ^l Bithgosza *C* ^m *om. M*
ⁿ fecerant discessionem *add. M* ^o *om. M* ^p quia *S*

hodierna die regem prelium cum hostibus habiturum, facere coegit^a. Qui^a sermo tam forti verberare Bohemos perstrinxit perfoditque, ut discessione ommissa castra regia que liquerant^b repeterent et cum militibus regiis mox cum hostibus manus conserturi^c in prelium properarent.

*Wladislaus rex colle conscenso hostilem contemplatur exercitum
et non aptos bello ad castra impedimentorum remittit*

COMPLETIS AD INTEGRUM WLADISLAUS Polonie rex obsecrationibus suis non iam solum Alexandri^d ducis magni Lithuanie^e sed et militum suorum illum in arma et^f prelium vocancium precibus, clamoribus surgit et arma induena splendidissimis armis a vertice usque ad plantam vestiens corpus novis et alcioribus militum vociferacionibus, ut celerius signum pugne daret^g (nihil enim satis propere fieri videbatur^h) impugnabaturⁱ. Nam etsi tam Polonicus quam Lithuanicus^j aciebus instructis in prelium descendisset, hostilis quoque exercitus a regione ad pugnam et ipse armatus consisteret et ab invicem ad tractum unius sagitte vix distarent, preludia quoque concertacionum inter illos^k per sin||gularia certamina fierent³⁷², nonnisi tamen signo a rege accepto cum hoste decernere honestum ducebat. Polonorum milites obstinaverant animos aut vincere aut mori, Pruthenica acies non tam constantes animos induerat, velut in qua coluvies^l variarum linguarum atque nacionum, turba preterea mechanicorum, lixarum atque callonum bello inutilis consistebat. ^m Rex itaque armatus equum conscendit^m et omnibus insignibus regiis relictis preter id, quod parve quantitatis signum alba aquila intextum ante illum deferebaturⁿ, ad videndum hostilem exercitum in ediciorem montem processit atque in collem unum³⁷³ inter duo nemora situm planicie quoque larga refertum, ex quo facilis et plenus poterat haberi in hostes prospectus conscendens, oculis magis quam ratione suas et hostium vires pensans, interdum leta interdum tristia sibi ominabatur. Quantitate hostili ad sacietatem contemplata in inferiora descendit et magnum Polonorum numerum baltheo militari cingens³⁷⁴ ac^o eisdem bellandi incentivum brevi quidem sed^p gravi sermone infundens et unumquemque sue probitatis admonens, confessionem^q

HP IV || 48

D, O, C, M, S

^a qua D, S ^b liquerunt D ^c conserturis M ^d om. M ^e Alexandri add. M ^f ad M ^g impugnabatur add. M ^h videbantur M ⁱ om. M ^j miles add. M ^k alios M ^l collumes O ^{m-m} om. S ⁿ et add. M ^o de S ^p se M ^q confessione S

facinorum, equo ut erat insidens, apud Nicolaum vicecancellarium Regni Polonie innovavit. Mutato deinde equo spadonem^a fortem et robustum ex millibus^b electum coloris subrufi alias *czysawy*^c exiguam tenuemque habentem in fronte calvicem conscendit galeamque petit. ^dQua oblata^d manibus^e illam^f tenens ad Nicolaum ^gvicecancellarium Regni Polonie^g mandata facit eumque cum singulis presbiteris et notariis ceteraque turba imbelli et ad pugnam inutili ad currus ire^h et suum adventum aciebus compositis fiendum operiri iubetⁱ. Sancitum^j enim fuerat secreto et salubri consilio regem non prodire in prelii^k discrimen, sed continere se inter currus et castra. Impleturus itaque Wladislaus Polonorum^l rex suorum consiliariorum decretum, Nicolaum vicecancellarium ad castra preire iubet, spem de adventu suo et ipse pollicens, ne redire et ipse, si subsequi non spem fecisset, consiliariorum impulsu ad currus cogeretur. Sub hoc temporis^m spacio Crucifericus magister Ulricus de Iuningen dum regias et suas copias in grandi multitudine vidisset convenisse et ad dimicandum accinctas in aciebus et ordinibus consistere, ultimi discri||minis horam perhorrescens fiduciam, qua usque ad superbiam insanierat, in solitudinem vertit ac in locum abstractum secedens, non merori tantummodo sed et lacrimis ubertim manantibus indulgebat. Id dum comendatoribus suis, quorum caterva tunc circumfusus erat, admodum displiceret, Elbingensis comendator Wernerus Thetinger illum agressus publice obiurgat monens, ut virum se non feminam gerat et strenuitatis potius de se quam ignavie exemplum militibus suis signum pugne ab eo prestolantibus prebeat. Eam obiurgacionem Ulricus magister modesteⁿ ferens respondet non meticolositate aliqua aut ignavia lacrimas, quas coram cernebant profudisse, sed religione et vera compassione, quod videlicet sub suo magistratu et regimine tantum^o Christiani sanguinis quantum qui oculis non subiceret animo et estimacione concipere vix^p posset, futurum foret fusum iri; vereri quoque se, ne fusus^q r^riam et prope^r horam fundendus sanguis de suis requiratur manibus et propterea anxietatem sive egri sive presagientis animi^s occulere non valuisse. Adiecit quoque se, ut virum constantem et pugnam absque metu initurum et in eius discrimen^t in quamcunque partem eius sors casura foret, perseveraturum; se ipsum potius ipse Vernerus Tetinger aspiceret, de se quoque potius et sua persona statu atque condicione curaret, ne superbe et ferociter de se et viribus suis presumens tanti turpius dum ad pugnam ventum foret caderet, quanto se inflacius supra

D, O, C, M, S

^a spadone S ^b militibus S ^c *czysawy* C ^{d-d} quam oblata M ^e - que *add.* C ^f *om.* M
^{g-g} ~ M ^h iubet *add.* S ⁱ *om.* S ^j sancitatus S ^k periculi S ^l Poloniae S ^m diebus M ⁿ moles-
 te M ^o tam M ^p *om.* O, C, M, S ^q effusus M ^{r-r} et prope iam M ^s animum S ^t discrimine M, S

ceteros elevaret. Nec inanis fuit hec denunciatio, magister enim Prussie Ulricus pugnando adverso pectore cecidit nec suo exercitui^a superesse dignum duxit, Vernerus Tetinger comendator Elbingensis turpiter ex prelio fugiens non prius fugam quam in Elbing^b devenisset sistere potuit, documentum non inulte^c superbie et presumpcionis singulis^d futurus.

*Superbam Ulrici magistri Prussiae legationem
et duos enses missos Wladislaus rex modeste acceptans,
custodes corporis sui deputat
et signum pugnae dare iubet*

MANDATIS REGIIS Nicolaus Regni Polonie vicecancelarius^e acceptis preire^f ad currus^g ceperat^h rege galeam capiti superponereⁱ et in pugnam procedere gestiente^j, dum subito nunciatur duos aroldos, quorum unus Romanorum regis, nigram videlicet aquilam in aureo campo, alter Stetinensis ducis, rubeum griffonem in albo campo, deferebant insignia, ex hostium exercitu egressos duos enses nudos et vagina vacuos deferentes || in manibus et^k presenciam^l requirentes^m regisⁿ militum Polonie tutela, ne^o violarentur^o, ad regem conductos adesse³⁷⁵. Illos siquidem P⁻Prussie magister^p Ulricus ad Wladislaum regem^q ad conserendum prelium sine cunctacione et dimicandum acie excitaturus^r, additis insuper superbis mandatis, transmiserat^s. Quibus Wladislaus Polonie rex visis ratus illos, ut erat^t, aliquid nove et insolite legacionis ferre^u, Nicolaum vicecancelarium revocari^v iubens in eius atque certorum baronum, quibus regii corporis custodia mandata fuerat^w, videlicet ducis iunioris Masovie Semoviti nepotis germani^x ex sorore regii³⁷⁶, Ioannis Manszyk de Dambrowa, Szolawe^y Bohemi, Sbignei de Olesznicza secretarii, Dobeslai Kobilas³⁷⁷ Wolczkonis^z Rokuth^{aa}³⁷⁸, Boguphali magistri coquine³⁷⁹, Sbignei Czayka de Nowodwor³⁸⁰ regiam lanceam, Nicolai^{ab} Morawiecz³⁸¹ vexillum parvulum^{ac}, Danilkonis de Russia³⁸² sagittas regias deferencium, quoniam

HP IV||50

D, O, C, M, S

^a victo add. M ^b Elbinus S ^c inutile O ^d singularis M ^e om. C, S ^f coeperat add. M, S
^g om. O, C, S ^h om. M ⁱ supponere D, C; supponente S ^j ad currus add. O, C, S ^k ad M
^{l-l} ~ M ^m requirentis S ⁿ neu O, S ^o violaretur S ^{p-p} ~ M ^q transmiserat add. M ^r exciturus
C, M; exaraturus S ^s om. M ^t erant M ^u et nuntios esse add. M ^v revocare C ^w desideratur
praesentia vel simile quid ^x germana M ^y Zolawe C ^z Wloczkonia C ^{aa} Rokutha O; Rokuthy C;
Rokuthi M, S ^{ab} de add. C ^{ac} parvum O

festinacio in prelium Alexandrum ^a ducem magnum ^a Lithuanie et ^b occupacio eius circa componendas suorum acies vetuit ^c acciri, aroldorum legacionem audit ³⁸³. Qui reverencia aliquali aput regem facta legacionis sue verba Theutonico idomate Ioanne Manszik interpretante in hunc modum disserunt: „Illustrissime rex, magister Prussie generalis Ulricus mittit tibi et fratri tuo Withavdo ^d (suppresso et Alexandri et ducis nomine) per nos aroldos presentes duos gladios in ^e pugne suffragium ^e future, quatenus cum eo et gente sua minus cunctanter et magis audaci quam ^f pre te ^g fers animo congregiaris neque de cetero latites et inter silvas nemoraque ^h consistens pugnam trahas. Si autem strictum et arctum campum te ⁱ ad explicandum tuorum acies habere existimas, offert tibi magister Prussie Ulricus, quatenus te ad certamen eliciat de planicie campi, quam suo exercitu occupavit, ad ^j quantum voles excedere aut saltem, ne pugnam ulterius dilatum a te iri contingat, martis ^k campum quemlibet delige”. Hec aroldi. In ipso autem legacionis aroldorum ^l puncto Cruciferorum exercitus denunciacionem suam per aroldos factam testatus retrocessionem ad spacium haud exiguum notatus est fecisse, ut appareret eum fidem aroldorum et intimatorum suorum opere expressisse. Stulta profecto et parum ^m eorum religioni congruens ⁿ hec denunciacio, quasi ^o fortunam in suo consilio suaque potestate habitam novissent, quid cuique luce illa assignatura foret. Wladislaus autem Polonie rex superba ^p et arroganti legacione Cruciferorum audita gladiis de manibus aroldorum acceptatis, non in bilem aut indignacionem aliquam, sed in lacrimas resolutus responsionem suam nulla deliberacione, mira || tamen et quasi superna humilitate, paciencia et modestia fretus ad aroldos facit: „Quamvis ^q — inquit — in exercitu meo sufficientes gladios habens hostium meorum gladiis non egeam, pro maiori tamen suffragio, tutela et ^r defensione cause et iusticie mee eciam ^s hos duos gladios ad hostibus meis meum et gentis mee sanguinem et excidium sicientibus missos et per vos delatos in nomine Domini ^t Dei accepto ^u. Ad quem velut iustissimum intolerande superbie vindicem, ad Eius quoque Genitricem Virginem Mariam, ad patronos quoque meos et Regni mei Stanislaum, Adalbertum, Venceslaum, Florianum et ^v Hedvigim confugiam precaborque illos, ut in hostes tam superbos, tam ^w impios ^x, qui nulla equitate, nulla humilitate ^y, nulla oblacione mea, nisi sanguinem fundant, viscera lanient, iugulum cervici

HP IV||51

D, O, C, M, S
^{a-a} ~ S ^b ut C ^c venit S ^d om. C, M ^{e-e} ~ M ^f quem add. O, S; spem add. M ^g se O, C, M, S ^h ac nemora S ⁱ se M ^j et M ^k marti M ^l om. O ^m par S ⁿ congrua M ^o qua D ^p superbia S ^q quis S ^r tela add. M ^s unam C ^t om. M ^u accipio C ^v om. M ^w quam M ^x improbos O ^y humanitate ac add. M

admoveant, placari pacificarique possunt, iras suas vertant. In certissimo Dei et sanctorum Eius presidio et illorum suffragio et pietate fiducia mea collocata, quod illi me populumque meum suis viribus suaque intercessione protegent et non permittent me populumque meum succumbere tam immanibus hostibus, aput quos frequencius pacem quesivi, quam et presenti^a hora, dummodo equis condicionibus provenire^b posset, non fastidirem accipere et vibratam in pugnam manum retraherem eciam nunc, quamvis de celo mihi victoriam^c ex horum mucronum, quos attulistis, evidentissimo ostento videam^d portendi a conflictu. Campi vero eleccionem non mihi vendico neque arrogo, sed illius designacionem quemadmodum Christiano et homini et regi convenit, Divinitati reservo, eum^e locum pro certamine^e, eum belli eventum habiturus, quem Divina propiciacio et presentis diei fortuna est assignatura, confidens furori Cruciferico^f a superis dari eos exitus, quibus et in presens et in^g posterum domabitur illorum tam impia et non ferenda superbia. Superos^h enim compertum habeo pro iustiori causa staturus tantum talemque hostium meorum superbiam celotenus se efferentem campus, quem calcamus, in quo concurrendum est, et mars comunis belli et equus iudex conteretⁱ humiliabitque, sperans^j Deum mihi et genti mee presentis certaminis solacia^k prebiturum". Servantur^l duo predicti^l acinaces per superbiam Polonorum regi in subsidium missi a Cruciferis in thesauro regio Cracovie³⁸⁴ in hanc diem, alterius arroganciam et cladem, alterius humilitatem et triumphum nova et^m recenti semper memoria testaturi. Sic fatus, aroldis Dziwisio Marzaczkiⁿ de domo Gelithonum^o³⁸⁵ militi in custodiam traditis, vicecancelario in castra iterum ire iusso galeam capiti^p superponit^q et in nomine Domini exercituum in pugnam procedens signa canere preliumque inchoare milites precepit || Superos invocans obsecransque^r³⁸⁶, ut iras suas in Cruciferos non federum tantummodo ruptores sed arrogancie exercrande viros et omnis equitatis osores verterent, militum quoque suorum erigerent et adiuvarent virtutem. Querere siquidem et tunc inter stridencia arma, inter concrepantes clangore tubas rex mitissimus nitebatur equitatem et iudicium, singula belli instrumenta, dummodo pax equis condicionibus convenire^s posset depositurus. Verum contumeliosa et arroganti Cruciferorum legacione audita cessit ex sententia spemque omnem pacis, qua^t in eam horam distinebatur, deposuit, considerans

HP IV||52

D, O, C, M, S

^a praesens S ^b pervenire S ^c victoria S ^d viderim M ^e e ~ S ^f Crucifero M, S ^g om. C
^h suprenos C ⁱ conterret O ^j superans S ^k auxilia M ^l l ~ M ^m om. M ⁿ Marzaczski O,
 S ^o Ielithonum O ^p capitis M ^q supraponit C; supponit S ^r obsecratisque C ^s provenire
 D ^t quam M

frustra sese obniti, quando tanta streperent Cruciferi superbia. Optimus plane rex, qui hostes suos non tam gladio quam mansuetudine et equitate vincebat, plus sacrificiis et oracione dimicans quam telis.

COMPARATUM SIQUIDEM et maturo consilio digestum fuit, quod ^aWladislaus Poloniae rex^{-a} ad nullam ^bcertam aciem^{-b} cuiuscunque banderii ordinatus erat^c, sed cura precipuissima eius caput et vita magnopere fuit tunc custodita et providentissima ordinacione constitutum, ut in loco abstracto ^det securo^{-d} rex ipse non solum ab hostibus sed a suis eciam ignoratus consisteret, turba et exercitu notabilium^e custodum et militum vallatus. Equi eciam veloces per loca varia dispositi, in quibus transmutando illos periculum acie hostili vincente evaderet, velut is, qui solus pro decem millibus^f computabatur. Habebat autem in exercitu custodum suorum, ut in superioribus premisimus, banderiolum, in quo erat pro insigni aquila alba, cuius signifer erat Nicolaus Morawiecz de Kynoszowka^g de domo Powalya, exercitus autem ipse custodum sexaginta lanceas militum continebat. Principales autem custodes ^hregii corporis^{-h} erant hi: Semovitus ⁱiunior dux⁻ⁱ Mazowie filius Semoviti senioris, nepos regius ex germana sorore, Phyeduszko alias Theodosius dux Lithuanie³⁸⁷ habens non contempnendum de suis gentibus exercitum, Sigismundus Koributh dux Lithuanie nepotes regii patruales et hi^j tres principes cognatorum; item Nicolaus Regni Polonie vicecancelarius de domo Tubarum post Gnesnensis archiepiscopus, Sbigneus de Olesznicza de stirpe Dambno^k post Cracoviensis episcopus et cardinalis, Ioannes Manszik^l de Dambrowa de domo Vadwicz, post palatinus Leopoliensis, Ioannes Solawa Bohemus baro ^mde domo Thiwaczow, Bieniassius Wieruschⁿ de Byalya^o, senior cubiculariorum regionum^{-m} de domo Wieruszorum^p³⁸⁸, Henricus de Rogow de domo Dzyalyesza ex post Regni Polonie vicethesaurarius³⁸⁹, Sbi||gneus Czaika de Nowydwor de domo Dambno, qui hastam regiam deferebat, Petrus Medelanski^q de domo, que duos vomeres latos^r aratrales^s dorsis sibi iunctos in campo celestino defert pro insigni³⁹⁰, cuius in Polonico ^tproclama est^{-t} [...], Ioannes Szokol Bohemus et plures alii. Alexander autem Withavdus dux magnus Lithuanie capitis sui et corporis custodiam soli Deo

HP IV || 53

D, O, C, M, S

^{a-a} rex Wladislaus Poloniae *S* ^{b-b} contumaciam *M* ^c descenderat *add. M* ^{d-d} securo et secreto *M*
^e notabili *M* ^f militibus *O* ^g Kunoszowka *O, C*; Kunosowka *M* ^{h-h} ~ *O* ⁱ⁻ⁱ ~ *C*; magnus *add. M*
^j ii *M* ^k Dambo *D, S*; Dąbno *M* ^l Manzyk *C*; Mązik *M* ^{m-m} *om. M* ⁿ Vugerusz *D, S, M*; Wugerusch *C* ^o Byela *C* ^p Vugeruszonom *D, S*; Wieruschonom *M* ^q Medlanski *D, S*; Melolansky *C*
^r *om. O, C* ^s aratrales *M* ^{t-t} ~ *M*

derelinquens^a per universum tam Polonorum^b quam Lithuanicum volabat discurrebat-
que^c, equos frequentius mutando, exercitum^d paucos habens comites corporis,
e⁻custodes vero^{-e} nullos, fractos ordines aput Lithuanicum restituens fugamque suorum
magnopere usque ad extremum valido clamore et vociferacione nequicquam inhibens.

Congressus et pugna atrocissima inter Polonos et Cruciferos

SIGNIS CANERE INCIPIENTIBUS regius universus exercitus patrium carmen
Bogurodzicza^{f391} sonora voce vociferatus est, deinde hastis vibratis in prelium
prorupit. Exercitus tamen Lithuanicus^g h⁻ducis Alexandri omnis more impacientis^{-h} iussu
prior ad congressumⁱ venit. Iam se Nicolaus Regni Poloni^j vicecancellarius^k, cum
sacerdotibus et notariis ad castra regia processurus, in multarum lacrimarum effusione^l
a conspectu regis averterat, dum illi per unum ex notariis suggestum est subsisteret
parumper acierumque inter tam validissimos exercitus prestolaretur congressum, rarum
sane nec in^m postⁿ unquam videndum spectaculum⁻ⁿ. Cuius ille dicto persuasus ad prelii
congressum oculos et vultum convertit. In ipso autem temporis articulo acies utraque in
vallis^{o392}, que exercitus dividebat, medio^p, sublato ab utrisque^q clamore, quem pugnaturi
edere consueverunt, Cruciferis Polonorum acies geminata duntaxat bombardarum³⁹³
proieccione casso sudore offendere et confundere nitentibus, congresse sunt, quamvis
Pruthenica acies et impetu clamoreque^r validiori et ex ediciori loco concurrisset^s in
certamen. Erant in congressus loco sex quercus alte, quas et eius^t ramos plures mortalium^u
(de regis-ne an Cruciferorum exercitu incertum) et primarium acierum congressum et
fortunam utriusque exercitus superne^v visuri conscenderant^w. Tantus autem fragor et
sonitus aciebus congressis, quasi moles quedam immensa ruinata foret, ex fraccione
lancearum et collisione armorum, x⁻ tam sonorus a gladiis crepitus^{-x} editus est, ut eciam ab
his, qui || aliquot milliaribus^y distabant, probe audiretur. Pes insuper pede pressus et
armis quaciebantur arma mucronesque in ora dirigebantur signisque collatis timidus non

IHP IV || 54

D, O, C, M, S

^a relinquens *O, M* ^b Polonicum *O, M, S* ^c exercitum *add. M* ^d *om. M* ^{e e} ~ *M* ^f Bogurodzicza *O*; Bogarodzica *M* ^g Polonicus *M* ^{h h} omnis morae impatiens ducis Alexandri *D*; iussu ducis Alexandri omnis morae impatiens *M* ⁱ ingressum *M* ^j *om. O* ^k *om. C, S* ^l effusionem *S* ^m *om. M* ⁿ⁻ⁿ ~ *M* ^o vallas *C*; a medio *add. M* ^p *om. M* ^q utriusque *M* ^r - que *om. C* ^s concurrissent *D*, *M* ^t *potius* quarum ^u conscenderant *add. M* ^v superi *S* ^w ascenderant *D*; *om. M* ^{x x} *om. C* ^y milliaribus *S*

poterat a strenuo ^a utrisque sibi quadam connexione coherentibus^a nec^b fortis ab ignavo discerni, nec secus mutabant locum aut promovebant gradum, donec hoste deiecto aut interfecto victor victi locum occuparet. Hastis denique confractis adeo coherebant utrinque acies et arma armis, ut nonnisi mucronibus et securibus longius ligno extensis ingentem sonitum, qualem in fabricis malei in^c incudibus efficiunt, pugnando ederent, equisque pressi dimicarent marsque tunc ^d inter pugnantes^d manu tantummodo et gladio conspiciebatur fortissimus³⁹⁴.

Lithuani terga vertentes in Lithuaniam usque aufugiunt

CONGRESSU INITO UTERQUE exercitus ancipiti prelio ad unius pene hore spacium dimicabant et neutro exercitu referente pedem fortissime quoque^e pro victoria adnitente ambiguum erat^f, in quam partem inclinaret fortuna aut que pars prelio superior evasura foret, dignoscere^g. Cruciferi cum animadvertissent in cornu levo et exercitu Polonico durum sibi quoque^h discriminosumⁱ certamen, deletis iam prestancioribus ordinibus, comitti, in dextrum cornu, in quo acies Lithuanica ^j constituta erat^j, que et ordinibus rara et equis armisque tenuis et languida ad vincendum facilis videbatur, vires convertunt ea pulsa in Polonorum aciem^k forcius grassaturi. Non tamen proposito eorum ad plenum spes respondit. Pugna inter Lithuanos^l Ruthenos et^m Tartarosⁿ fervente, acies Lithuanica deteriori loco impetum hostilem sustinere non valens esse cepit pedem quoque^o ad unius iugeris³⁹⁵ terre spacium retulit, Cruciferis autem amplius eam prementibus iterum atque iterum cedere et tandem verti in fugam^p, duce magno Lithuanie^q Alexandro nequicquam fugam verbere et clamore valido sistente ^r coacta est^r³⁹⁶. Traxitque secum magnam eciam Polonorum, qui ei^s comixti^t fuerant, multitudinem quam hostis cedendo capitivandoque fugientes ad plura milliaria^u, ratus se iam ad plenum debellasse, persequabatur^v. Tantus autem metus ^w fugientes pervaserat^w, ut plerique non nisi Lithuaniam pervenientes fugam sisterent et cesum regem Wladislaum, cesum quoque Alexandrum ^x ducem magnum^x Lithuanie, cesos insuper

D, O, C, M, S

^a ^a post vocem discerni M ^b neque C ^c om. M ^d ^d interpugnante O ^e - que O, M ^f dinoscere add. M ^g om. M ^h - que M, O ⁱ perniciosum add. M ^j ^j om. O ^k acies M ^{l, m} om. S ⁿ et Lithuanos add. S ^o - que S ^p coacta est add. M ^q om. M ^r ^r om. M ^s eis D ^t non add. D ^u persequabatur add. M ^v om. M; prosequabat C; persequabantur S ^w ^w ~ M ^x ^x ~ C, M

eorum exercitus usque ad internecionem^a nunciarent. In eo conflictu Smolnensium milites Rutheni ad tria propria consistentes signa pertinacius pugnando soli fuge expertes insignem^b laudem meruerant³⁹⁷. Nam etsi sub signo uno cesi forent || durissime et signum usque humo perculcatum, in duobus tamen reliquis, quemadmodum viros et milites conveniebat, fortissime pugnando victores evaserant seque tandem Polonicis agminibus coniunxerant^c solique in exercitu Alexandri Withavdi laudem dimicacionis tulerant fortis et heroice illo die. Ceteri omnes, relictis in dimicacione Polonis, cursu effuso ad fugam hoste persequente ferebantur³⁹⁸. Fugam autem suorum Alexander Withavdus magnus dux Lithuanie molestius^d ferens, veritus quoque^e ex infelici suorum pugna animos Polonorum percussos fore aliis atque aliis velitibus a se missis, ut omni cunctacione omissa^f properaret rex, nequiquam deprecantibus, solus ipse et incomitatus concito cursu advenit, magnopere rogans regem, ut in prelium procederet presencia sua plurimum animositatis et audacie pugnantis collatarus.

HP IV || 55

*Miles Bohemicus et Moravicus
ignavia-ne an dolo ducis sui Iohannis Sarnowsky
ex acie in proximam silvam cedens a vicecancellario obiurgatus
ad proelium redit et dux eius infamis fit*

FUGIERAT AUTEM^g EA TEMPESTATE et sancti Georgii de^h parte regia vexillum, sub quo tantummodo Bohemi et Moravi mercenarii militabant, quod Ioannes Sarnowskiⁱ Bohemus ferendum acceperat et cum omni gente Bohemica et Moravica in nemus, in quo Wladislaus Polonie rex fideles militari insigniverat baltheo, diverterat stabatque in nemore illo neque in prelium regredi advertibat^j³⁹⁹. Quod Nicolaus Regni Polonie vicecancelarius^k prospiciens et non Bohemicum sed Dobeslai de Olesnicza militis et sui generis atque familie esse^l existimans, nam crux alba in eodem vexillo depicta aliquam crucis albe, quam Dobeslaus de Olesnicza in signo gestabat, pro insigni similitudinem expresserat, grandi indignacione permotus ex castris regiis cum notariis et presbiteris exiliens usque in locum, in quo constiterat^m, advenit etⁿ Dobeslaum de Olesznicza

^{D, O, C, M, S}

^a internicionem O ^b om. M ^c adiunxerant M ^d molestissime M ^e — que O, M, S ^f remissa D, C, S ^g etiam M, S ^h ex M ⁱ Szarnowski O; Zarnowski D ^j audebat D ^k cancellarius O ^l om. M ^m consisterat M ⁿ ad O

HP IV || 56

militem illic esse ratus, his illum sermonibus carpit et obiurgat: „Poteras-ne, o infide et execranda miles, pugna inter regem tuum et gentem tuam fervente comilitonibus tuis ferociter pugnantibus et in discrimine positus, in turpem fugam verti et in hac silva delitescendo latitandoque te subducere a prelio non vereris, qui^a olim solebas corporis tui singulari virtute plures ex privatis certaminibus referre triumphos. Convenit-ne id honori tuo, qui facinore te^b et universum genus tuum coinquinas^c perimmenso^d nullo unquam tempore || tam validas undas ad diluendum illud habiturus”. Percussus huiusmodi sermone et ad se prolatum ratus predictus Ioannes Sarnowski^e Bohemus vexillifer amoto^f galee sue dolabro Nicolao vicecancelario respondit: „Neque metu neque mea sponte, pater reverende, sed impetu et tractu fugiencium ex prelio et sub signo meo consistentium militum huc sum delatus”. Milites antesignani ex Bohemis et Moravis Iawor⁴⁰⁰, Sigismundus Rakowiecz de Rakowa^g⁴⁰¹ et alii: „Tibi — inquit — testamur, vir egregie, quod^h ductu huius hominis pessimi nostriⁱ primipilarii nos in has silvas ex certaminis loco trusus et adductos esse. Et ne nobis fuge facinus possit^j exprobrari a quoquam, ^k-ductura sua^{-k} signoque quod fert desertis^l, ad certamen revertimur^m. Neque dictis faciunt moram, sed Ioanne Sarnowskiⁿ et signo derelicto, celerius quo possunt^o redeuntes ad palestram certancium militum Polonicalium se agminibus miscuerunt. ^p-Erat autem ^p ab^q eo tempore prefatus Ioannes Sarnowski^r Bohemus infamis, quem et uxor propria ex Polonie Regno post conflictum redeuntem neque ^s-castro neque thoro^{-s} excipere^t meticulositatem et fugam illi exprobrans, perseveravit^u. Quibus contumeliis atque impropriis affectus paucis vixit tempore tedioque et dolore assiduo^v contabescens extinctus est, fraus enim sua et pusilanimitas, quam eo die in Wladislao Polonie^w rege fugiendo voluntarie ex pugna ostenderat in vulgarem et aput Sigismundum Hungarie regem et aput Bohemie et Moravie barones ascenderat nocionem nec poterat aliquo processu temporis aboleri, dilui vel obliterari. Fugam autem ^x-huiusmodi et discessionem^{-x} prefatus Ioannes pusilanimitate-ne an auro Cruciferico corruptus fecerit, parum constabat.

D, O, C, M, S

^a que D ^b hoc add. M ^c coinquans S ^d proimmenso S ^e Szarnowski O; Zarnowski D
^f armato S ^g Rankowa D, C, S; Radowa M ^h quia S ⁱ om. D, S ^j posset C ^{k-k} ductatore suo C;
ductore suo M ^l desertur M ^m revertuntur O, S ⁿ Szarnowski O; Zarnowski D ^o possent S
^p erant aut C ^q om. M ^r cf. n ^{s-s} ~ M ^t perseveravit add. M ^u om. M ^v continuo S
^w Polonorum M ^{x-x} ~ O

*Signum vi hostium collapsum restituitur a Polonis;
Prutheni a persecutione Lithuanorum reversi pugnam instaurant ac unus
eorum, qui in regem totis viribus impetum facit
ab inermi Sbigneo de Oleschnicza notario occiditur*

LITHUANICO EXERCITU IN FUGAM ACTO ^a inter Polonicum et Pruthenicum exercitum, suppresso per descensum suavis et modeste pluvie ingenti, qui pugnam et pugnantes confundebat, pulvere ^a, acerrimum instauratur in locis variis certamen, Cruciferis quoque ^b pro victoria adnitentibus, magnum banderium ^c Polonie regis Wladislai ^c aquilam ^d albam habens ^d pro insigni, cuius Martinus de Wroczimowicze vexillifer Cracoviensis, miles de domo Polukosza ^e erat gestator, prolabitur hostili impetu in terram. Verum a pugnacissimis militibus et veteranis, qui ad illud constiterant, illico ruinam || illius rescindentibus sublatum est et suo loco restitutum, quod, nisi circa illud egregia fortissimorum militum manus se opposuisset corporibusque et armis illud defendissent, erigi non poterat. Eam autem indignitatem et probrum Polonici milites correcturi sevissimo impetu grassantur in hostes et omne illud robur, quod cum illis manus conseruerat, fundunt, prosternunt et debellant ⁴⁰². Interea redit Crucifericus ^f exercitus Lithuanos et Ruthenos fugientes ^g insectatus, multitudinem captivorum secum ducens et victorem se agens magna iocunditate in castra Pruthenica properabat. Videns autem infestis armis viribusque agi bellum, captivis et sarcinis abiectis in prelium insilit parti sue segnius iam tunc decertanti ^h succursus. Fit asperum succendentibus novis pugnatoribus inter utrosque certamen et corruentibus hinc inde quam plurimis, acies Cruciferica grandi in militibus iactura excepta, ordinibus insuper confusis et his qui ⁱ ordines ducebant peremptis ad fugam inclinatura sperabatur. Cruciferorum ^j tamen de Ordine et militum Bohemicorum Almanicorumque perseverancia labans ^k in ^l plerisque locis ^l prelium ^m restitutum ⁿ.

HP IV || 57

PUGNA INTER UTRUMQUE exercitum in suo fervore durante stabat ⁴⁰³ Wladislaus Polonie rex animositatem pugnancium eminus prospiciens fiduciaque ^o sua in Divina

D, O, C, M, S

^{a-a} ingenti pulvere, qui pugnam et pugnantes confundebat, per descensum modestae et suavis pluviae suppresso inter Polonicum et Pruthenicum exercitum M ^b - que D, S ^{c-c, d-d} ~ M ^e Polukossa C ^f Cruciferorum O, M ^g fugiente D ^h decertante D, S ⁱ que D, S ^j Cruciferis D, O, C, S ^k proelium add. M ^{l-l} ~ M ^m om. M ⁿ est add. M ^o fiducia quoque O

propiciacione^a reposita, hostium, quos in locis aliquot fusos profligatosque viderat, fugam et deviccionem extremam^b tacitus operiebatur^{-b}. Sedecim interim hostium cohortes sub totidem signis nove⁴⁰⁴, integre et nondum^c belli fortunam^{-c} experte in prelium succedebant et aciebus in partem, qua rex Polonie cum custodibus tantummodo corporis^d constiterat, versis^e petere illum lanceis vibratis videbantur. Ratus autem rex se acie hostili paucitatis sue^f respectu ex composito peti, veritus^g imminere^h sibi^{-g} extremum discrimen Sbigneum de Oleschnicza secretarium suum ad gentes suas e propinquo positas et sub signo cubiculariorum militantes transmittit iubens, quatenus propereⁱ illi in subsidium⁻ⁱ accedant, ingens periculum a^j capite sui regis^k, in quod, ni^l celerius succurreretur^m, recisurus esset, propulsuri. Erat et vexillum illud in puncto et procinctuⁿ ad faciendum cum hostili agmine congressum. Miles itaque regius Nicolaus Kelbasza de domo Nalancz⁴⁰⁵ unus ex antesignanis contra regium nuncium Sbigneum notarium acinacem stringens grandi illum voce discedere propere iubens obiurgat. „Vides-ne — inquit — o funeste, ab hostibus nos invadi et cogis, ut superintendenti pugna omissa in regis defensionem concedamus, quod quid aliud est nisi fugere ex acie et terga retrocedendo^o prebere hosti^{-o} et tam nos quam regem manifesto periculo viribus nostris con fractis adicere”. Ea obiurgacione Sbigneus de Oleschnicza repulsus a cohorte cubiculariorum, cui se medius ingesserat, discedit et extemplo gentes regie cum hostibus congregiuntur, fortissime quoque^p dimicantes obterunt et hostes fundunt, Sbigneo de Oleschnicza ad regem reverso et singulos milites circa prelium occupatos fore^q nunciante addenteque^r, quod a pugnantibus aut^s in pugnam spectantibus nullum consilium, nullum imperium posset accipi. Ceteras autem cohortes pugnam cientes Sbigneus se non ad iisse aput regem nunciabat, quoniam^t aput illas pre strepitu et tumultu neque consilium accipi poterat neque imperium. Parvum vexillum regium, quod ferebatur post illum^u albam aquilam in campo rubeo habens pro insigni, ne regem^v illic^w consistere proderet, provide subductum et custodibus corporis regii mandantibus suppressum est et circumstancium militum equis et corporibus Wladislaus rex, ne illic stare coniceretur, adumbratus. Aspirabat^w Wladislaus rex^x vehementi ardore^{-x} in prelium et calcaribus urgens equum

HPIV||58

D, O, C, M, S

^a pronuntiatione S ^b b, c-c ~ M ^d om. M ^e versus O ^f om. M ^g g ~ M ^h imminens S ⁱ i ~ O ^j e D, S ^k propulsari add. M ^l in M; om. S ^m succurrerent M ⁿ praecinctu M, S ^o o ~ M ^p - que S ^q esse S ^r addente quoque M ^s seu M ^t etiam add. O ^u ac add. C ^v rege D, M ^w aspirat D, O, S ^x x ardenti vehementia O

in hostium confertissimos^a insilire, custodibus corporis retinentibus egre obstantibusque, nitebatur. Unde et Szolawam^b Bohemum unum ex custodibus corporis ferocius manu frenum^c equi, ne procedere valeret complexum, lancee sue extremitate rex modeste tamen ferit dimittique^d se in pugnam rogat, donec universorum corporis custodum omnia se prius extrema, quam id eveniat, passuros profitencium prece et duriori renitencia^e revocatus et cohibitus est. Miles interea de exercitus Prutenico Almanus genere appellatus Dipoldus Kcherzicz^f de Echer^g de Luszicia^h 406, cingulo aureo, alba diploide Theutonica quam in Polonico appellamus ja k k a mⁱ 407 et armis in toto corpore vestitus, ex acie maioris vexilli Prutenici inter alia sedecim consistentis^j in equo exiliens in locum, usque quo rex stabat, decurrebat vibransque hastam, universo hostili sub sedecim signis constituto exercitu inspectante, invasurus regem videbatur. Quem dum Wladislaus rex vibrata et ipsa hasta sua excipere niteretur, a Sbigneo de Oleschnicza regio notario nudo et inermi, semifractam lanceam gestante^{k-} in latus^{-k} ictum regis preveniente^l, exceptus et in terram ex equo precipitatus est. Quem palpitantem et supinum Wladislaus rex in fronte, quam casside sursum versa habebat^m nudatam, hasta feriens intactum reliquit, sed illico a militibus regem observantibus occisus, a pedestribus vero armis et spoliis exutus est⁴⁰⁸. ⁿ⁻Facere aliquis in illa pugna^o aliquid feliciter potuit Sbignei profecto opere nihil forcius nihil audacius, qui inermis et nudus cum armis undique vestito, adolescens cum viro, necdum tiro cum veterano congredi ausus, per semitruncatam hastam^p adversarii prelongam^q || elisit et hostem^{r-} infestum ex equo^{-r} deiciens non tam regis quam tocius exercitus periculum^{s-} ex casu^{-s} et nece regis proventurum avertit. Quem dum Wladislaus Polonie rex custodibus sui corporis certatim animositatem illius aput regias aures efferentibus baltheo cingere ornareque militari ac decus operis sui premiari^t magnopere gestisset, non sustinuit^u ingenuus adolescens eo se honore a rege tractatum et insignitum iri, sed Wladislao^v regi^w fasces sibi militares imponenti^x respondit non seculari milicie sed ecclesiastice se addiciendum fore et Christo malle quam regi terreno et mortali perpetuo militare. Tum Wladislaus rex: „Ex quo — inquit — sortem pociorem delegisti et ego, si vixero, ad pontificale culmen te promovere

HP IV||59

D, O, C, M, S

^a consertissimos D, C, S ^b Szolawam C ^c frenis M ^d dimittitque M ^e retinentia O ^f Kikerzicz O ^g Deeber D, M, S; Dieber O ^h Lussacia O ⁱ seu kawtan add. M ^j consistentibus D, O, M ^k k om. M ^l perveniente O; in latus add. M ^m om. M ⁿ n om. C ^o illud add. M ^p praelongam add. M ^q om. S ^r r ~ M ^s s excussit D ^t praemiari M ^u substituit O ^v Wladislai M ^w rege D, O, S ^x imponente D

premiatures tuum opus non intermittam". Ab eo itaque tempore Sbigneus ipse carior regi esse cepit et in ^a-conspetu omnium^{-a} singulari gracia processu temporis promovendus^b 409. Irregularitatis tunc contracte notam Martino papa quinto dispensante promeruit⁻ⁿ 410.

*Pruthenis caesis fusisque castra eorum diripiuntur,
vincula in Polones parata inventa collo hostis imponuntur
et ex vino, vasis iussu regio confractis,
cum sanguine caesorum mixto torrens rubeus defluit*

AGMEN CRUCIFERORUM sub sedecim^c signis consistens, ex quo miles Misznensis Kcherzicz^d ^e-regem invasurus^{-e} ausu temerario magis quam audaci prodierat, videns prefatum militem Kcherzicz^f truncatum esse, converti illico cepit, uno Crucifero, qui signa ducebat albo insidente equo, antesignanos milites lancea ad retrocedendum impellente clamanteque in Theutonico ^g-Herum Herum^{-g} 411. Conversus autem ibat^h in partem dextram, in qua vexillum maius regium cede hostium iam perfunctum cum nonnullis ⁱ-aliis regiis signis⁻ⁱ constiterat. Milites autem regii viso exercitu sub sedecim signis posito plerique hostilem, ut erat, rati, alii ingenii ^j-humani vicio^{-j} in spem meliorem proni Lithuanicum exercitum propter versatiles lanceas alias s u l i c z e, quarum in eo frequens numerus habebatur, astruentibus non subito illum^k agressi sunt, dubietatis concertacione inter eos crescente suspensi. Quam gestiens Dobeslaus^l de Olesnicza miles de domo Crucis, que Dambno appellatur, solvere urget vibrata lancea equum unicus in hostem. Contra quem Crucifer signa et ordines^m ducens de turma Prutenica exilit et venienti Dobeslao contra se occurrens vibratam hastam || Dobeslai sua vibratili lancea in sublime exceptam per caput submittit. ⁿ-Primo siquidem Dobeslaus Oleschniczki emisit hastam, quam Crucifer modica declinacione et submissione capitis, sarissa eciam in altum sublata^o evitavit ictumque⁻ⁿ ferire illum^p conantis Dobeslai^q elusit. Dobeslaus^r autem frustratum se ictu suo advertens et cum universo hostili ^s-decertare agmine^{-s}

HP IV || 60

^d D, O, C, M, S
ⁿ Cf. p. III. ^a a ~ M ^b promotus M ^c decem M ^d Kikerzicz O; Keherzyez C ^e e ~ M ^f Ki-
kerzicz O ^g g herun herun M ^h om. C ⁱ i signis regiis aliis O, C, M ^j j ~ M ^k illud D, O, C,
S ^l Dembolaus O ^m ordinem M ⁿ n om. C; Dobeslai add. M ^o sublatam D, O, C, M, S ^p om.
O ^q om. M ^r Dobeslaum M ^s s ~ M

temerarium et insanum ducens, concito cursu ad suos regrediebatur. Quem Crucifer persecutus ^a infestam et ipse sarissam, equo calcaribus adacto, in Dobeslaum^b contorquens emittensque ^a vulnus in lumbis equi Dobeslai per tecturam, quam kropy-ersz^{c412} vocitamus, non lethale tamen infigens^d citato cursu, ne a Polonorum militibus occuparetur, suis se viceversa coniunxit⁴¹³. Polonorum itaque acies dubietate, que illos tenerat, discussa, sub frequentibus signis^e in hostes sub sedecim signis constitutos, in que et reliqui alii aput alia signa conflicti refugerant, irruunt^f et lethale cum illis ^g conserunt certamen^g. Et licet hostes aliquandiu restitissent, ad extremum tamen multitudine exercitus regii undiquaque circumdati strati obtritique sunt et fere singule^h gentes sub sedecim signisⁱ militantes cese aut capte. Eo^j ^k hostium agmine^k devicto profligatoque, quo et magistrum Prussie generalem Ulricum, marsalcos^l, comandatores et quoslibet milites proceres de exercitu Prutenico prestanciores constabat cecidisse⁴¹⁴, cetera multitudo hostilis averti et, ut semel dedit terga, eciam certam capessere fugam cepit, victoriam quoque^m etsi seram laboriosamque, plenam tamen et certam Wladislaus Polonorum rex et exercitus suus de magistro et ordine Cruciferico consecuti. Tunc siquidem Georgius Kerzdorffⁿ⁴¹⁵ miles, qui in Cruciferorum exercitu sancti Georgii banderium detulerat, capi honeste quam turpiter fugere mallens, cum quadraginta comilitonibus Przedpelkoni^o Kopidlowski Polonico militi de domo Drya^{p416} flexis genibus in terram occurrens^q in captivitatam militarem, quemadmodum precabatur, signo eciam contradicto receptus est. Recepti et biduo^r duces, Casimirus Stetinensis per Scarbkonem^s de Gori, Conradus Albus Oleszniciensis per Iesconem^t de Zalcz^u Bohemum⁴¹⁷, qui propriis gentibus et signis Cruciferorum partem adiuverant. Capti preterea multi alii diversarum gencium et nacionum milites. Plerisque autem militibus, qui ex acie Pruthenica diffugerant, currus Pruthenicos et castra defensionis gracia^v ingressis, a gentibus regiis, curribus et castris Pruthenicis^w perruptis invasi et^v oppugnati aut trucidati fuere aut capti castraque^x hostilia^y multiplici opulencia plena et currus et omnis magistri Prussie et sui exercitus suppellex per Polonicos milites direpta⁴¹⁸. Reperte autem fuere aliquot in Cru||ciferico^z exercitu quadriga vinculis

HP IV||61

D, O, C, M, S
^{a-a} om. C ^b Boleslaum D, S ^c kropierz O; cropyerz C ^d infigens D, O, S ^e irruunt add. M
^f om. M ^{g-g} ~ M ^h om. S ⁱ singulae add. S ^j et M ^{k-k} ~ M ^l et add. O ^m - que D
ⁿ Kerzdorff O ^o Przedpeliconi C ^p occurrens add. M ^q om. M ^r hi duo D, M, S ^s Scarpcnem C
^t Iosthonem O; Josthonem C ^u Szalcz O ^{v-v} om. M ^w regiis D, C, M, S ^x castra quoque O, M
^y hostium S ^z Crucifero D, O, M, S

tantummodo et catenis onuste, quas Cruciferi certam sibi ominati Divinitate inconsulta victoriam nec prelium meditati sed^a triumphum, ad vincendum Polonorum captivos conduxerant⁴¹⁹. Reperti et alii pleni facum^b, que pinose sepo tamen et pice oblite, tela insuper sepo et pice perfusa circumdate, cum quibus debellatos et fugientes persequerentur, per antecessum^c rem in manu Dei sitam tumido et de victoria fidenti animo non reservata potestate superis executuri, vinculis^d tamen et catenis huiusmodi, iusto Deo presumptionem eorum conterente, a Polonis aligabantur. Erat spectaculo digna et pro estimacione^e rerum sortis humane^f miranda res, quod dominos proprios propria vincula^g et catene includerent et hostiles currus plura explentes millia^h adeo, quod nec illorum minimum relinqueretur vestigium infra quartaleⁱ hore unius^l a regio exercitu direpti^h. Erant preterea in castris et curribus Prutenicis vasa vini multa, ad que regius exercitus hostibus debellatis prelii fatiga^j et fervore estivo defatigatus ad^k refocillandum sitim concurrerat nonnullique militum galeis, ceteri cirotecis^l, calceis^m item alii^m hauriendo merum sitim sedabant. Veritus autem Wladislaus Polonie rex, ne exercitus suus a vino inebriatus redderetur inutilis, facile, si quis congredi auderet, eciam ab ignavo hoste vincendus, ne quoque ex nimia potacione in morbos et languores solveretur, vasa vini discindi frangique iubet. Quibus ad imperium regisⁿ celerrime confractis defluebat vinum occisorum cadavera, quorum erant in loco stativorum hostilium haut parve^o congeries, et mixtum cum hominum equorumque interfectorum sanguine^p rubeum torrentem conficiens usque ad prata ville Tamberk visum est defluxisse et aluendo alveum^q ripasque^r ad modum^s torrentis sua impetuositate effecisse. Inde vulgari ficcioni et fabule occasionem prestitam ferunt, qua vulgatum erat tantum eo prelio sanguinis fusum esse, ut cruor torrentis in modum deflueret^t. Reperta deinde sunt in silva parva arboribus, quas multicoloraces vocamus, obsita et haut procul a stacione hostili distante, septem hostium banderia a fugientibus derelicta et terre tantummodo infixata et mandata, que ad regem continuo delata^u sunt, Henricus comendator de Tucholia⁴²⁰, qui deferri^v ante se mandando nudos gladios a superbia sua revocari per bene suadentes nequicquam potuit, dum ex prelio turpiter fugiendo in villam Wyelgnow⁴²¹ devenisset, ab insequen-

D, O, C, M, S
^a seu *M* ^b desideratur currus (*add. M*) ^c antecessum *O* ^d vinculis *C, S* ^e estimacione *O* ^f satis *add. S*
^g vincula *O, C, M, S* ^{h-h} infra quartale unius horae a regio exercitu direpti adeo ut nec illorum relinqueretur vestigium *M* ⁱ⁻ⁱ ~ *O* ^j fatigatione *S* ^k om. *S* ^l et *add. M* ^{m-m} om. *M* ⁿ om. *S*
^o paucae *O, M* ^p cruore *M* ^q om. *D, C, S* ^r ripas *D, M, S* ^s quem ad modum *S*
^t diflueret *O* ^u relata *C* ^v deferre *D, C*

tibus consecutus miserabiliter capite ceso obruncatus, temeritatis et superbie sue funestas quidem sed meritas penas dedit. Conspectus autem sub || prelii tempore fuit in aere a nonnullis viris devotis et timoratis et quibus id videre ^{a-}propiciacio Divina ^{-a} concesserat, vir quidam pontificalibus amictus personam egregiam representans Polonicum exercitum iugiter et donec pugnaretur et Polonis cederet victoria benedicens, beatissimus Stanislaus ^{b-}Cracoviensis episcopus ^{-b} Polonorum patronus et prothomartyr creditus, cuius intercessione et suffragio tam celebrem victoriam constat Polonis provenisse.

HP IV||62

*Fugientium hostium per Polonos persecutio
et captivorum occisorumque numerus*

CURRIBUS HOSTILIBUS DISTRACTIS exercitus regius ad collem, in quo hostium stacio et castra erant, pervenit hostium quoque^c ex fuga dilapsorum plures turmas et cuneos ex^d sole reverberante^e armis, quibus pene omne vestiti fuerant, fulgencium^f perspexit. Ad quos persequendos se ultro accingens in prata quedam lubrica ingressus, in hostes insilit et paucis admodum resistere ausis devictis, agmen reliquum absque violacione, absque vulnere, iubente rege, ferro ut milites parcerent, integrum^g agebatur. Tunc quoque Wladislaus Polonie rex milites persequi fugientes hostes signo dato iussit comonitos, ut cedibus quam maxime abstinerent⁴²². Ad plura itaque milliaria persecucio extensa est et paucis, qui fugam^h maturaverant, evadentibus plures mortales comprehensi in castra quoqueⁱ reducti^j clementer a victoribus habiti altero die^{k-} regi dediti sunt^{-k}. Multi in piscina a prelii loco duobus milliaribus distante ex^l tumultu et pressura undis suffocati⁴²³. Nox^m superveniens persecucionem ademitⁿ. Hostium eo prelio quinquaginta millia occisa, ^{o-}capta quadraginta^{-o} signa militaria referuntur, quinquaginta unum intercepta, spoliis hostilibus victores admodum ditati, ^{p-}quamvis difficile credam quanti ex hostibus ceciderint exacta supputacione asserere⁴²⁴. Strata^q autem^r fuit in aliquot protensa milliaria mortuorum corporibus via, terra madefacta interfectorum^s cruore, aer ipse moribundorum et eiulancium vocibus implebatur^{-p}.

^{D, O, C, M, S}
^{a-a} ~ M ^{b-b} ~ M ^c - que M, S ^d om. D, O, C, S ^e fulgentibus add. M ^f potius fulgentibus ^g om. M ^h fuga O ⁱ - que D, S ^j et add. O ^{k-k} ~ S ^l et M ^m non M ⁿ advenit M ^{o-o} ~ S ^{p-p} om. C ^q sperata O ^r aut M ^s interfectuorum O

*Duo fratres de Cruciferorum ordine propter superbos sermones
Withawdo Lithuaniae duci proterve obiectos
ab eo capitali poena invito rege plectuntur*

HP IV || 63 EXERCITU REGIO ad persequendum fugientes hostes ad regis imperium converso Wladislaus Polonie rex in collem ediciorem perveniens se illic collocat, reliquam illius diei fortunam et faciem, que tum^a in persequendis || tum^b in reducendis hostibus a Polonorum militibus edebatur^c, perspecturus. Quem illic Alexander dux magnus Lithuanie post relatam victoriam primum offendens, quippe qui sub^d-omni pugne^{-d} tempore inter Polonorum signa et cuneos^e fessis et laborantibus, novos et recentes submitiendo et que fortuna^f foret utriusque partis^{-f} scrupulosius advertendo versabatur^g, refert pro magna et iocunda novitate duos fratres de Cruciferorum ordine, Marquardum videlicet de Szalczbach comandatorem Brandebungensem et Szunborg^h 425, qui convencionis tempore inter prefatum Alexandrumⁱ ducem magnum⁻ⁱ Lithuanie et magistrum atque Ordinem supra flumen Nyemyen^j prope Kowno habite duci predicto Alexandro et eius genitrici, quod parum pudica fuerit, sermone contumelioso et illoto impropaverant^k in prelio captos esse^{-k} subinferens se in eis debitam vindictam per capitis truncacionem accipere statuisset⁴²⁶. Wladislaus autem Polonie rex felicitate victorie non elatus, sed benignitate et humilitate solita usus prohibuit prefatum ducemⁿ Alexandrum in captos et deditos exercere aliquam vindictam. „Non convenit — inquit — care frater, amplius in eos hostes, quos non nostra virtute sed clementis Dei permissione acie superavimus, sevirere neque nostras iniurias et offensas in captivos ultum iri, sed in altissimum Deum graciaram accione^l pro collato triumpho celebrata omnem mansuetudinem et clemenciam victis et calamitosis prestari^m. Satis enim iusto Dei agente iudicio iam illos et cohercuimus et mulctavimus. Iustumque est, ut nos parcamus illis, quibus vis et fortuna belli pepercit”. Gesisset autem dux Lithuanie Alexander monitis regiis morem, nisi prefatorum Cruciferorum Schumborgⁿ et Marquardi superbi arrogantes tumentesque^o sermones illum ad complendum cogitatam ulcionem de novo irritasset^p. Verbis enim eorum, qui in captivitate positi fundendo cominaciones submissee loqui veniam quoque^q petere dedig-

D, O, C, M, S
^a cum *M* ^b tam *M* ^c edebantur *M* ^{d-d} ~ *M* ^e versabatur *add. M* ^{f-f} utriusque partis foret *S*
^g *om. M* ^h Schumbergk *O*; Schvnbenk *C*; Samberg *M* ⁱ⁻ⁱ magnum *om. D, O, S*; ~ *M* ^j Niemen *O*
^{k-k} *om. M* ^l actionem *S* ^m praestare *M* ⁿ Schumberk *O*; Sumberg *M* ^o *om. S* ^p irritasset *S*
^q - que *S*

nabantur, prefatus dux Alexander offensus eos die Dominico immediate sequenti vicesima die Iulii in stacionibus prope Morunck capitis obruncacione, Wladislao Polonie rege nequicquam inhibente, dampnavit⁴²⁷. ^a Dum siquidem Alexander Withaudus a Marquardo Crucifero presentis fortune condicionem, in qua foret, investigaret et matris sue probra illi obiceret, Marquardus sue sortis et ducalis ire dudum in eum exprompte oblitus, quem placare verbis mansuecioribus^b debuerat, superbius locutus irritat. „Nihil — inquit — presenti fortuna deterreor, cuius successus ex equo parti utrique suffunditur, sorte commutata id nobis victis crastina die, quo vos potimini hodie, victores largitura^c”. Quo verbo veluti inclemenciori a captivo prolato dux magnus Withaudus, quamvis in illum nihil crudele attemptare cogitarat || offensus Marquardum comendatorem et Schumbork^d ad capitale supplicium pertrahi iussit. Culpatus a^e multis Marquardus, quod cui misericordia opus fuerat, iram et odium irritabat, dux vero Alexander Withaudus^f recte-ne id egerit an perperam seviendo in captivos et deditos, expediendum mihi non assumo^{-a}.

HP IV||64

*Exercitu Polonico vires reficiente
et ad sacra Deo facienda voce praeconis vocato
Ulrici Prussiae magistri caedes nuntiatur*

SOLE^g IN DECLIVUM TENDENTE Wladislaus Polonie rex, colle in quo aliquanto tempore constiterat, et prelii loco relicto ad spacium quartalis unius milliaris sequentibus cum curribus in multitudine copiosa versus Marienburg procedens supra lacum castra posuit⁴²⁸. Ubi et universus exercitus a persequendis^h hostibus reversus convenit. Erat autem cunctis in comune leticia immensa, quod ingenti et multisⁱ memorando seculis⁻ⁱ de potenti et superbo hoste relato triumpho patriam ab inclementi et iniusta Cruciferrorum^j occupacione et invasione^{-j}, se ipsos vero ab imminente necis aut captivitatis periculo in brachio Dei excelso^k vindicarant. Tota insuper nocte insequente^l m⁻gentes regie^{-m} a persecucionem hostium cum captivis et spoliis innumeris redibantⁿ captivosque^o et signa hostium regi illa nocte excubias in obsecracionibus agenti dedebant, quos et que

^{D, O, C, M, S}
^{a-a} om. C ^b mansuetis O, M ^c largituro M ^d Semberg M ^e ab O ^f om. M ^g post C
^h prosequendis D, S ⁱ⁻ⁱ ~ M ^{j-j} ~ S ^k excelsi D, S ^l insequenti C, O ^{m-m} ~ M ⁿ redeuntes D;
videbant O, C ^o captivos C

HP IV||65 ille iubebat in crastinum reservari. Descendens autem, dum ad stativa lacus predicti ventum foret, Wladislaus rex de equo antequam tentorium adaptatum esset, fatigatus ex labore et estu posuit se in umbra rubi cerulei^a, strato^b ex frondibus platani composito^c ad quietem^c solo Sbigneo de Oleschnicza notario sibi assistente⁴²⁹. Ex clamoribus autem validis, quos fecit durante prelio, comovendo^d et incitando milites ad pugnam, erat vox sua adeo rauca, quod egre poterat et nonnisi de propinquo illo et sequenti die intelligi⁴³⁰. Tentorio vero disposito intravit rex in illud et armis tum primum depositis apparari celerius prandium iubet. Non enim die illa rex sed neque exercitus suus quicquam gustaverat, sed erant omnes usque ad vesperam ieiuni nec prius quam in solis occasu tam rex quam exercitus refeccionem sumere cepit. Sole occidente cecidit pluvia et nocte integra processum suum continuans plerosque vulneratos de utroque exercitu regio et Prothenico in prelii campo^e relictos, qui vivere si inde sublatis et curati forent potuissent, vis algoris extinxit. Rege deinde mandante^f pre||conis regii Boguthe⁴³¹ voce publicum editur ad universum exercitum in noctis conticinio proclama, quatenus^g die sequenti^g in tabernaculum regium ad audiendum solennia sacrificiorum ad agendum quoque excelsissime^h Divinitati de prestita victoriaⁱ gratias conveniat^j signa quoque et captivos regi aut suis prefectis et officialibus representet^k futuram eciam diem in eisdem stativis exacturus. Msczugio de Skrzin nuncianti^l Wladislao Polonie regi^l Ulricum magistrum Prussie generalem occisum esse et in necis sue confirmationem^m Wladislaoⁿ regi aureum pectorale sanctorum refertum reliquii⁴³² quod familiaris prefati Msczugii nomine Iurga⁴³³ occiso detraxerat^o ostentanti, gravi^p suspirio Wladislaus rex ingemuit atque in lacrimas resolutus conversionem fortune et sortis vel potius elacionis humane admirabatur. „Heccine^q — inquit — o milites mei, quam fedum est superbire in Deum. Is enim, qui hesterno die plures regiones et regna suo destinabat imperio, qui parem sue potencie non estimabat se reperturum^r, iacet omni^s destitutus suorum auxilio miserrime trucidatus, quantum superbia humilitate inferior sit ostendens.” In laudes deinde^t Creatoris rex ora solvens „Glorifico Te — inquit — omnium clementissime Deus, qui humiliasti ut vulneratum superbum et in brachio virtutis Tue confregisti adversarios meos et dexteram in me et populo meo die hodierna glorificasti”⁴³⁴.

D, O, C, M, S

^a ad quietem *add.* M ^b stratu O ^{c-c} *om.* M ^d commonendo D, O ^e loco O ^f Poloniae *add.* M ^{g-g} ~ O ^h excellentissimae O, M ⁱ⁻ⁱ *om.* S ^j conveniant D, S ^k repraesentent D ^{l-l} Wladislaum Poloniae regem O, C, S ^m confirmatione S ⁿ Poloniae *add.* S ^{o-o} ~ S ^p *om.* S ^q en M ^r repertum M ^s *om.* D, M ^t itaque M

*Poloni occasionem arcis Marienburgk
conquirendae cunctatione sua amittunt*

CONSULENTIBUS DECERNENTIBUSQUE REGIIS consiliariis, quatenus Wladislaus Polonie rex cum omni exercitu suo ^a in prelii loco ^a victorem se agens triduum exigeret, refellebant ceteri fortissimisque urgebant rationibus, ut pulsa ^b omni mora nocte et interdium versus Marienburg citato agmine contenderet; si id consilium velut parum utile dampnaret, facto ^c tamen delectu prestanciores gentes ocius quo fieri posset ituras in obsidionem castris Marienburg transmitteret, principali castro, dum terror merorque occuparent ^d animos, facile conquisito cetera extemplo ^e deditura quiete et sine armis possessurus. Id consilium non ratione prudencius fuisset quam felicis eventu, cum in castro Marienburg a singulis castrum observantibus, qui et ipsi pauci erant, clade nunciata fuerit magno pavore trepidatum maiorque ratio de castro dedendo quam defen||dendo, si rex altero aut tercio ^f post victoriam die ^g exercitum ^h castro admovisset ^h inita, si Wladislaus Polonie rex et consilarii sui scrupulosius illud digessissent. Leticia tamen illius diei occupati debellatumque rati, destinatum omni ratione saluberrimum consilium, negante natura utriusque boni, solercie ⁱ videlicet et felicitatis largicionem ^j non ^k fuere persecuti. Apparuitque regem et consiliarios nescire uti parta victoria neque fortune et temporis tam oportunitate ^l quam favore ^l. Contritis ^m siquidem Cruciferorum viribus, si confestim et mature victor rex victorem exercitum ad obsidionem oppugnacionemque castris Marienburg admovisset, nemo satis dubitat rebus suis conduxisse plurimum et finiti belli gloriam sibi uni cessisse. Is quoque ⁿ error permaximus regis inter discipline militaris peritos computabatur, quod ^o milites mittere ad occupandum de facili arcem Marigemburk ^p, dum pene deserta et vacua esset propugnatoribus, et antequam in illam Henricus de Plawin comendator de Swieczie cum presidio intrasset ^q recusavit et neglexit ^q presertim dum omnium et paucorum quidem, qui arcem observabant, abalienatis ob ^r recentem et ^s ingentem cladem animis trepidacio valida et morbus letargicus pervaserat ⁴³⁵. Sive quia presenti leticia et voluptate manubiis potius legendis et hostibus capiendis quam conquirendis arcibus ^t Poloni vacare maluerunt, sive quod triduo manendum in loco triumphis iustum et legitimum plurimi censebant, sive quod

HP IV||66

D, O, C, M, S

^a ^a post vocem agens M ^b pulsi M ^c factu S ^d occuparet M, S ^e se add. M ^f die add. M ^g om. M
^h ^h ~ M ⁱ sollertiam D ^j ratione S ^k - ne M ^l et pavore C ^m contritas D ⁿ - que S ^o quia S
^p recusavit et neglexit add. M ^q ^q om. M ^r et S ^s ac S ^t ^t om. C

fortunam nulli ad plenum gratificari consuesse^a usu et natura constat, sive, quod ego magis reor, superna quedam fortuna Cruciferico^b ordini tunc^b parcens in destinatum conquirende arcis Mariemboriensis tempus apcius^c eventum illum^c servavit^t.

*Magistri Prussiae ceterorumque tam suorum quam hostium,
qui in acie ceciderant, corpora curat rex sepelienda;
Wernerus Thetingen ex acie fugit*

HP IV||67

FERIA QUARTA IN CRASTINO Divisionis Apostolorum sextadecima^d Iulii dies serenus pluvia cessante illuxit et e vestigio^e in diluculo^e Wladislaus Polonie rex Prussiae magistri Ulrici⁴³⁶ marsalci comendatorum^f ceterarumque illustrium personarum bello peremptarum corpora perquiri inter cadavera iussit, ecclesiastica^g sepulture debita honestate ea traditurus, eque gloriosum existimans et hostem vincere et^h infelicis ac victi^h scire misereri. Rex ubiⁱ magistri Prussiae^j Ulrici^k per Boleminski⁴³⁷ terrigenam terre Culmensis unum e captivis, cui ea cura^m (familiarior quippe inter omnes magistro Prussiae extiterat)ⁿ mandata fuit, cadavere duo vulnera, unum^{||} in fronte aliud in mamilla habenteⁿ item cadavere marsalci Federici^o Vallerode, item cadavere magni comendatoris Conradi^p Lichtensten^q, item cadaveribus Ioannis de Sein Thorunensis, Ioannis comitis de Vende Meunensis^r, Arnoldi de Baden Slochoviensis^s potitus est^t diu^u illorum speciem habitumque et vulnera quibus occiderant contemplatus, nulla exprobracionum aut contumeliarum verba, risum aut hilaritatem emisit, quin pocius lacrimis^v suffusus ora pia mansuetudine illorum casum^w miserabatur. Sindone illa munda involvit, purpuris^x cooperta in quadriga in Marienburg funeranda transmisit^y⁴³⁸. Corpora vero aliorum comendatorum et illustrium ac nobilium personarum ut in ecclesia parochiali lignea in Timbarg^z sepelirentur⁴³⁹, saucii vero qui evadere poterant medicarentur, providit. Victoriam suam plus celebritatis minus invidie habere ratus, si illam spectata moderacionis virtute adornasset, quo facto gemine humanitatis et graciae in devictos

D, O, C, M, S

^t Cf. p. 119. ^a consuevisse S ^{b-b, c-c} ~ S ^d sedecima M ^{e-e} post vocem rex M ^f commendatoris O ^g Ecclesiae O ^{h-h} infelici ac victo M ⁱ potitus est cadavere *add.* M ^j *om.* M ^k quod duo vulnera, unum in fronte, aliud in mamilla habebat reperto *add.* M ^l Bolieminski O; Zbolimynszky C ^m demandata fuit *add.* M ⁿ⁻ⁿ *om.* M ^o Friderici O; Frederici C ^p *om.* M ^q Lichtenstein C, M ^r Mevensis C ^s commendatorum *add.* M ^t *om.* M ^u dum M ^v lachrimas O ^w casu O ^x - que *add.* M ^y transmittit M ^z Thimberg M

demonstrans rex clemenciam^a. maximum comitatis et urbanitatis signum Wladislaus rex non aput proprios solum sed eciam sed eciam hostes et exteros^b de^c se prebuit victoriamque suam plus iusticie et modestie temperamento ornavit quam livore invidie exacuit. In qua quidem ecclesia et corpora eorum, qui in Polonico exercitu ceciderant, a notis suis et caris perquisita et inventa fuere sepulta, nec splendidiorem humacionem nacti sunt victores quam victi. Semivivis et vulneratis ad castra perductis, tam de exercitu Polonico quam Pruthenico, omnis medela qua curarentur impensa est. Supputacione autem facta compertum^d duodecim tantummodo notabiles milites^e de exercitu regio cecidisse. Inter quos hi prestabant: Iakubowski de domo Rose^{f440}, Imramus Czuliczski^g de domo Czewnya⁴⁴¹, ut certe mirandum sit tam exiguo militum Polonorum impendio exercitus potentes et numerosi debellatos extitisse, de Cruciferorum exercitu omnibus prestancioribus militibus aut cesis aut captis. Vernerus Thetinger^h comendator Elbingensis pacis dissuasor, quemadmodum illiⁱ comendator de Mewe comes de Wende fataverat de prelio, eorum que superbe dixerat oblitus, effugit et per castra ordinis transitum faciens nulli se comittere ausus non prius fugam suam sistendam duxit donec in Elbing pervenit, sed expost de Elbing faciens discessionem^j his, qui in Marienburg diffugierant, se imiscuit, comendator vero de Meve comes de Wende pectore adverso repertus est inter desideratos cecidisse⁴⁴². Prestabilius autem et gloriosius iudicio meo Wladislaus Polonie rex egisset, si corpora magistri, marsalci et comendatorum^k || Prussie, non remittendo in Marienburg, in aliqua cathedralium aut conventualium seu collegiatarum ecclesiarum sui Regni humari ordinasset, triumphum suum magnificum radio visionis assidue renovatura.

HP IV||68

Proceres suos et duos hostium duces captos convivio rex excipit

AGEBANTUR POSTHEC in capella regia, que in se et chorum et corpus ad instar ecclesie habebat, voce sonora Divina universo Polonico exercitu ad audiendum ea congregato. Fuitque prima missa cantata de Benedicta Domina Nostra Maria, altera^l de Sancto Spiritu, tertia de Sancta Trinitate⁴⁴³. Misse vero in aliis altariis^m pro defunctorum animabus, quiⁿ hesterna die occiderant, legebantur. Tabernaculum capelle

D, O, C, M, S

^a clementia O ^b esteros D; externos O ^c ad O ^d est add. M ^e om. O ^f Rosze O; Roszy C
^g Czyllyczy C ^h Thetingar M ⁱ om. D, O ^j dissessionem C ^k magistri tercio add. C ^l secunda M
^m altaribus O, M ⁿ que D, C

signis vexillisque hostium undique in girum circumseptum, que milites Polonici die illa in regium conspectum deferentes capelle affixerant. Que extensa et revoluta^a sonitum grandem flante levi aura edebant. Fecit autem Wladislaus Polonorum^b rex grande convivium die illa et tam principes quam optimates proprios, videlicet Alexandrum^c ducem magnum^c Lithuanie, Ianussium Semovitum utrumque^d seniore et iuniorem Masovie, quam^e captivos videlicet Conradum Album Olesnicensem, Casimirum Stetinensem duces ceterosque magis illustres in^f illud invitat et opipare tractat. Prefati^g enim biduo^h duces, Conradus Albus Olesnicensis et Casimirus Stetinensis, in parte Cruciferica capti fuerantⁱ, supra tamen captivorum fortunam a rege tractati^j et habiti^j sunt et facile soluti, licet opus eorum scelestum^k ulcionem dignam exigeret⁴⁴⁴.

Clade nuntiata in Marienburgk trepidatur

BARONIBUS HUNGARIE, NICOLAO DE GARA et Stiborio de Stiborzicze, in Marienburgensi castro agentibus et^l Cruciferis de Ordine ad custodiam castris relictis, magnopere super eventu future^m pugne prope diem agende quo evasura foret, sollicitis, veniebat loricated homo defatigatus et anhelus fugiens ex conflictu. Qui cum a baronibus Hungarie unde veniret aut que nova deferretⁿ quereretur, de castris se magistri Prussie veloci cursu venisse et Wladislaum Polonie regem magna cede magistrum Prussie vicisse omnesque illius copias delevisse astruebat. Gestientibus autem || Hungarie baronibus rem ad liquidum intelligere et quo ordine prelium agi ceptum est quoque finitum, Cruciferi castrum Marienburgense observantes relacionem illam intercipiendo mutandoque deducebant nondum exercitus Polonicum et Prutenicum in universalem congressum venisse, sed tantummodo particulariter inter eos dimicatum esse. Verum baronibus Hungarie extra^o castris valvas^o discredentibus repente cuneus fugientium^p ex acie et paria his que prior retulerat disserencium veniebat. Inter quos unus erat Petrus^q Swinka miles olim Dobrzinensis vexillifer⁴⁴⁵ qui ante inchoatam guerram a Wladislaio Polonie rege ad Prussie magistrum defecerat^r qui^s omnem progressum triumphis regis et Crucifericis^t casum ad plenum declaravit. De qua novitate dum familiares Stiborii de Stiborzicze, cum

D, O, C, M, S

^a revolta D ^b Poloniae M ^{c-c} ~ O, M ^d utrum M, S ^e -que S ^f ad M ^g hi M ^h duo M ⁱ erant D ^{j-j} habitique M ^k scelestissimum O, M ^l a M ^m venturae C, M ⁿ ferret M ^{o-o} ~ M ^p om. M ^q om. S ^r adfecerat S ^s is M ^t Cruciferorum M

omnes fere Poloni existerent, ovarent leticia immensa, Stiborius, ut vir oculatus, iocunditatem ut intra se circumscriberent iussit. Vulgata vero et publica leticia, dum inter Pruthenicis parietes consisterent, hilarescere eos interdixit. Aput Cruciferos siquidem in Marienburg comorantes victoria Wladislai Polonie regis primum ^a adeo incredibilis ^a visa est res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano primus cladis Cruciferice relator audiretur ^b. Deinde dum ^c super alium alius, idem omnes affirmantes venirent, tandem facta fides ac singulis in merorem et consternacionem animi versis, omnes de castro Marienburg deserendo et de fuga quo sors quemque ^d tulisset ineunda omnes cogitaciones suas, consilia et respectus verterant. Et si Wladislaus Polonie ^e rex celeri cursu quemadmodum illi prudentissimo et sanissimo ^f consilio a nonnullis suasum post relatum victoriam in Marienburg advenisset, absque omni suo et suorum dampno et periculo primo die adventus castrum dedicione aut irrupcione ^g conquisivisset ^h. Non secus enim a Cruciferis ecclesiasticis et secularibus ceterisque castrum Marienburg observantibus iuxta ac limphaticis discursum est per domos, aulas et cameras et plures dies atque noctes in lamentis et meroribus querelisque absumpti deditumque fuisset singulis trepidantibus et in fugam spectantibus castrum, si quis illud de manibus trepidancium sumere contendisset.

*Ianussius Masovie dux Deo et regi Wladislao agit gratias
et gratulatur de victoria*

CAPTIVITATIS OLIM SUE turpisque et fede atrectacionis et ligature ante annos sex per Cruciferos patrate Ianussius Mazowie, Czirnensis et|| Warsoviensis dux amaritudinem et molestiam, que in eius pectore per annos sex iugiter recrudescibat ⁴⁴⁶, quod semper omnibus votis expetebat, compensatam et ⁱ ultam fore ^j clade Cruciferica videns ad tabernaculum regium accessit. Primum clementissimo Deo, deinde Wladislao Polonie regi illic cum Alexandro et ceteris ducibus et proceribus Polonie presenti prostratus flexis genibus cum omni milicia sua in terra ^k ^l agere gracias ^l cepit exclamans et vociferans: „Tibi — inquit — Deus benignissime, qui omnium iniuriarum ^m iustissimus ultor es ^m, quo superbiam omnem abominaris et dampnas et ⁿ contritorum ^o merenciumque

HP IV||70

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ M ^b auditor O ^c ut C, M, S ^d quenquam S ^e Polonorum S ^f suavissimo M
^g diruptione C ^h conquisisset O ⁱ ac M ^j esse D ^k terram O, M ^{l-l} ~ O ^{m-m} ultor es iustissimus S ⁿ ac M ^o contriturum O

^a et humilium^a non spernis precem et affectantes^b de^c se quoque presumentes humilias, tibi insuper, Wladislae rex illustrissime, gracias ingentes ago, qui die hesterna^d ignominiam captivitatis^e abstersistis mee^e meque^f de hoste superbo et intolerabili magnifica et gloriosa clade^g vindicastis^h, quemⁱ ego cum omnibus fratribus et proceribus meis per paternam et avitam^j hereditatem nostram tuique Regni Polonie spolium suspirabamus arrogantem, fastuosum et locupletem^k, quem protavus meus Conradus Mazovie dux⁴⁴⁷ falsa et simulata religione vel, ut verius eloquar^l, supersticione deceptus suscepit tenuitque mendicum^m, celebremⁿ diem et quotannis mihi et universe posteritati mee venerandum observandumque semper habiturus, te quoque^o, rex excellentissime^p tuumque^q Polonie Regnum^q fide, subieccione, obediencia sincera, fideli et pura, omni quoque et principatus mei ope, substantia et potencia in quolibet necessitatis et temporis articulo per me et quam coram cernis miliciam meam posteritatemque nostram in te et successoribus tuis^r culturus”.

*Captivi recensiti alii sacramento obstricti dimittuntur,
alii custodiae traduntur; caesorum cadavera a rege
et magno duce Alexandro contemplantur
et in Poloniam laetus de obtenta victoria nuntius mittitur*

PRANDIO REGIO IN MAGNA solempnitate exacto iubentur^s t^t milites singulos^t reddere captivos et in planicie una prospectum liberum in omnis partes habente^u, in qua Wladislaus Polonie rex sex notarios captivorum nomina, genus et condicionem conscripturos^v separatim locaverat, presentare^w⁴⁴⁸. Ducebantur^x itaque captivi et primum^y regi deinde notariis presentabantur^y seorsum^z Cruciferi de Ordine, seorsum milites Pruteni, seorsum Culmenses, seorsum Livonite, seorsum cives Pruthenicarum urbium, *HP IV||71* seorsum || Bohemi, seorsum Moravi, seorsum Slesite, seorsum Bavari, seorsum Misnenses, seorsum Australes, seorsum Rinenses, seorsum Suevi, seorsum Frisones, seorsum

D, O, C, M, S

^{a-a} humiliumque *M* ^b affectate *D*; affecta *O*; affectum *M, S* ^c *om. D, M* ^d hodierna *M, S* ^e *e* ~ *M* ^f me quoque *M, S* ^g liberastis atque *add. S* ^h vindicasti *M* ⁱ hostem *add. M* ^j tui quoque *O* ^k et *add. M* ^l loquar *O* ^m *o add. D, M* ⁿ hunc *add. M* ^o *o S* ^p clementissime *O* ^q ~ *M* ^r meis *M* ^s iubent *S* ^{t-t} ~ *S* ^u praesentare *add. M* ^v circumscripturos *D, O* ^w praesentari *O, C*; *om. M* ^x *om. S* ^{y-y} *om. S* ^z seorsim *D, S* (*ita infra passim*)

Lusacienses^a, seorsum Thuringi^b, seorsum Pomerani, seorsum Stetinenses, seorsum Cassubite, seorsum Saxones, seorsum Francones, seorsum Vestphali. Tot siquidem nationes et gentes in copiosa multitudine ad abolendum^{c d} genus et nomen^d Polonicum convenerant. Et quamvis de singulis nationibus predictis grandis foret frequentia, Bohemicarum tamen et Slezitarum gencium numerus ceteras excedebat. Facta itaque cuiuslibet gentis separacione accedebat regius notarius^e et singulis^e in circuli modum stare iussis stans inter illos medius nomina, dignitates, officia, condicionem et genus eorum annotabat. Quibus ad plenum consignatis venerunt duo barones regii^f Sbigneus de Brzesze Regni^g Polonie marsalcus et Petrus Saffraniecz succamerarius Cracoviensis et quemlibet singulatim^h captivum nova sponsione novoque obligarunt sacramento, quatenus sub fide et militari honore se personaliter in castro Cracoviensi coramⁱ Ioanne Liganszaⁱ de Przeczslaw^j palatino Lanciensi, Iaszcone de Olesznicza iudice Cracoviensi⁴⁴⁹ et Przedborio^k de Przechodi vicecapitaneo Cracoviensi⁴⁵⁰ in die sancti Martini⁴⁵¹ proximo affuturo representent. Qua obligacione accepta Wladislaus Polonie rex modestum se victorem agens omnes fere captivos paucis reservatis ad simplicem militarem sponsionem abire permisit. Duces vero^m Stetinensem Casimirum^m etⁿ Oleschnicensem Conradumⁿ, item Christophorum Kerzdorff^o, Venceslaum de Dnin^p Bohemum⁴⁵², item omnes Cruciferos de Ordine retinuit et per castra regalia Lanciam, Siradium, Chancziny^q, Lublin, Sandomiriam, Leopolim, Przemisliam et alia distribuens custodiri observarique illos sollicite iussit. Interim vero, quo^r signabantur captivi, Wladislaus Polonie rex equo conscenso cum fratre suo^s duce magno^s Lithuanie Alexandro in certaminis locum occisos visurus processit et milite Bolemyski^{t u} regi declarante^u ostendenteque (quamvis et rex per se nonnullos et precipue comitem de Wende agnosceret) iacencium et prostratorum cadavera recognoscebat, quibus visis non nisi in crepusculo rediit in stativa. Ex quibus specialem^v nuncium cubicularium suum Nicolaum Morawiecz^w de domo Powala et^x de villa Konosowka prope Xiansch⁴⁵³ in Regnum Polonie cum literis transmittit, denuncians consorti sue regine Anne, item Nicolao Curowski archiepiscopo Gnesnensi, item baronibus castrum Cracoviense obser-

D, O, C, M, S

^a Lesarienses *D, O*; Luszarienses *C* ^b Duringi *O, M, S* ^c delendum *O, C, M* ^{d-d} ~ *M* ^{e-e} ~ *D, O, C, S* ^f *om. S* ^g *om. M* ^h singillatim *O* ⁱ⁻ⁱ ~ *S*; Ligesa *O* ^j Przeczslaw *O* ^k Przechborio *C* ^l *in add. M* ^{m-m} ~ *M* ⁿ⁻ⁿ ~ *M*; Cunradum *O*; Olesznicensem *C*; Olesnicensem *M* ^o Kerschorph *O* ^p Dunin *O, M*; Dnin *C* ^q Thęcziny *C*; Thęczin *M* ^r quando *M* ^{s-s} ~ *M* ^t Bolemowsky *M* ^{u-u} ~ *M* ^v spiritualem *S* ^w Morawycz *C* ^x *om. D, S*

HP IV||72 vantibus, item universitati, item consulatui Cracoviensi magna se cede in Cruciferos || magnaue victoria^a, iubens per edes universas sacras graciaram^b in Deum celebrari acciones^b,^c perfunctum esse^c 454. In fidem autem victorie et letarum rerum nuncius Morawiecz banderium episcopi^d Pomezaniensis, beati^d Ioannis Baptiste formam in aquile effigie habentem^e pro insigni⁴⁵⁵ rege iubente deferebat. Quo Cracoviam adveniente et regis denunciante victoriam universa urbs maximo iubilo et iocunditate ecclesiis laudes Deo canentibus personuit et^f universa nocte^g ignibus leticiam testantibus^g colluxit. Triumpho deinde per latitudinem Regni Polonie diffuso voces et iubilationes in singulis civitatibus et vicis Polonie suam et suorum felicitatem et victoriam^h non modico^h celebrancium gaudio resonabant.

*Opidum Hoensten cum castro deditum regi
et nuntius episcopi Varmiensis
ad regem venit orans parci bonis Ecclesiae*

FERIA QUINTA IN DIE SANCTI ALEXII decima septima Iulii licenciatis Wladislaus rex Polonie et abire permissis^l omnibus quos ceperat captivis, quorum numerus estimatus est supra quadraginta millia hominum habuisse, dato eis munificencia regia viatico et vestitu, datis insuper fidis conductoribus, qui illos in proximum opidum Osterrod conducerent, movet copias sui exercitus et ad castrum opidumque Hoensten^j perveniens stativa locat. Facta autem in manus regias tam castrum quam opidi Hoensten^k 456 dedicione rex illa Ioanni^l Kretkowski militi de domo Dolonga^m 457 tradidit in tenutam. Qua quidem modestia, liberalitate et clemencia quam Wladislaus rex exercuit in captivos et devictos, magnificencius aliquanto victoria usus esse quam vicisse existimatus est, maximumⁿ fructum maximamque^o laudem mansuetudinis solvendo vinctos et miseros et non seviendo in deditos consecutus^p. Venit autem die illo ad regem nuncius episcopi Warmiensis Ioannis⁴⁵⁸ rogans, ut ipsum et bona sui^q episcopatus habens pro deditis

D, O, C, M, S

^a perfunctus est *add. M* ^{b-b} actiones in Deum celebrari *M* ^{c-c} *om. M* ^{d-d} Pomeraniense sancti *M*
^e habens *M* ^f *om. D, S* ^{g-g} ignis testantibus laetitiam *M* ^{h-h} immodico *M* ⁱ permisit *O*; premissis *C*
^{j, k} Hornsten *C* ^l Iohannis *C* ^m Dolonga *O, C* ⁿ - que *add. M* ^o maximam et *M* ^p est *add. M*
^q ipsius *O*

vastari urique illa non sineret. At rex nuncio respondendo^a negat se, cum et nuncius ambiguae fidei homo estimatus est, precibus episcopalibus annuiturum^b et staturum esse, non abnuere tamen preces eius, si personaliter veniens se et bona sua dediderit^c.||

*Henricus commendator Swieczensis Marienburg
servat praesidio firmissimo*

HP IV|73

HENRICUS COMENDATOR DE Swieczie comperiens magistrum Crucifericum Ulricum de Iunigen et omnem^d suum exercitum^d cesum atque conflictum esse et rem Ordinis in discrimen venisse, saluberrimo usus consilio, ne Ordinis negocium ad extremum periculum recideret ordinemque contingeret deletum iri, cum omnibus sue^e comendarie Swieczensis^f gentibus pedestribus et equestribus in^g Marienburg pervenit et eos, qui per fugam illuc^h confugerant, donativo liberali dato in spem meliorem, nonnullos vero ex aliis castris et municionibus, que deseruerant, collegit et castrum Marienburg cum quinque millibus militumⁱ animose tueri cepit. Qui nisi tam celerrimo cum gentibus^j novis et recentibus^k venisset ad Marienburg, cursu et factivitate sua providencia atque industria animos in fugam spectantes erexisset et confirmasset summamque rei in se unus assumpsisset, actum foret non de castro Marienburg solum sed et de universo^l ordine Cruciferorum^l, qui castro Marienburg per regem Wladislaum comprehenso fuisset absque omni ambiguitate^m exterminatus et deletus^m.

Castra Prussiae deduntur regi

FERIA SEXTA IN DIE SANCTI ARNOLPHI decima octava Iulii movet rex mane castra et ad lacum, qui vocatur Hustenskⁿ o^o-lacus, inter^o Morang^p et Hohensten positum perveniens^q stativa locat⁴⁵⁹. Confluentibus autem ex castris vicinis nunciis castrorum dedicionem facientibus, rex castra a singulis accipiens ea^r militibus suis gubernanda^s co-

D, O, C, M, S
^a respondens M ^b armaturum S ^c reddiderit M ^d d ~ M ^e suis M ^f Swieczensibus C ^g et M ^h illic C ⁱ om. O ^j om. M ^k gentibus add. M ^l l ~ M ^m m ~ M ⁿ Hustenski O; Hustenszky C; Hoestenski M ^o o ~ D, M ^p Marung C ^q proveniens S ^r gubernanda add. M ^s om. M; gubernacula S

mittit. Henricus de Plawen comendator, conquisitis prece et precio quingentis stipendiariis, ad castrum Marienburg^a die illo tutelam illi et defensionem impensurus pervenit^b. Ante cuius adventum vix quinquaginta persone pavoris plene illud observabant facilemque illius et consequenter^c omnium aliorum dedicionem Wladislaus Polonie rex fuisset sortitus, si prelio obtento victoria uti scivisset et repente illud obsidione vallasset. Barones insuper Hungarie facto ex castro Marienburg discessu^d in Gdansk se conferunt, ubi illis residua viginti florenorum millia dudum per Ulricum^e Prussie magistrum^e promissa^f fuere consignata⁴⁶⁰.||

HP IV||74

Castri Morang deditio et trepidatio in Prussia

SABATO DECIMA NONA IULII Wladislaus Polonie rex motis exercitibus venit ad castrum et opidum Morung^g. Quod etsi paludibus et lacubus illud ambientibus^h situ sit munitissimum, e vestigio tamen regi deditum est, quod illeⁱ cum oppido unaⁱ in tenutam Andree de Brochoczicze^j militi^k comittit. Mirabilis deinde fuit victoriae cursus deditibus se ultro tam castris quam civitatibus singulis Prussie et in occursum regium ultro euntibus. Terror enim vehemens post Grinfeldensem pugnam singulos affecerat^l, pavide^m ex omnibus fereⁿ arcibus fuge, pavida in urbibus, vicis et opidis silencia, non existimantibus se magistro Prussie occiso, copiis deletis Polonorum robori et victorum viribus posse quemquam obsistere. Nulla itaque^o oppugnata vi^o sed nec^p circumsessa dedebantur^q castra, arces^r et urbes, quod ob pugnam infeliciter actam magistri quoque et comendatorum casum et necem animi quoque ceterorum exercitu deleto ceciderant⁴⁶¹.

Castrum Prusmarck deditum rex Mroczkoni de Lopuchow tradit in tenutam

DIE DOMINICO ANTE^s SANCTE Marie Magdalene vicesima Iulii motis rex castris a Morung^t supra villam et lacum Czyolpye⁴⁶² prope castrum Pruszmork^u⁴⁶³ stativis

D, O, C, M, S

^a pervenit *add.* S ^b *om.* S ^c consequentur S ^d discessu S ^{e-e} ~ M ^f *om.* O, C, M ^g Morang O; Morąg C; Morąg M ^h ambientibus C, S ⁱ⁻ⁱ una cum oppido M ^j Borchowicze O, M ^k in tenutam *add.* O, C ^l effecerat M ^m pavida O, C ⁿ fore D ^{o-o} ~ M ^p neque M ^q dedebantur M ^r *om.* D ^s festum *add.* M ^t Morang; Morąg C ^u Prusmarck M (*ita infra passim*)

locatis quievit. Ibi venerunt ad regem plures Cruciferi de Ordine ad defensionem ^a castri Pruszmork^a relictis regeque suppliciter adorato castrum Pruszmork illi tradunt et resignant, quod ille Mroczkoni de Lopuchow^b militi Maioris Polonie de domo Lyasky consignat in tenutam⁴⁶⁴. Verum quia nonnullae res ponderosae et notabiles, thesauri quoque plurimi in castro eodem reconditi referebantur, rex ad intronisandum^c Mroczkonem in castrum et ad conscribendum^d singulas castri res et fortunas Ioannem Socha^e notarium suum de domo Nalancz^e⁴⁶⁵ cum eodem Mroczkone^f in Pruszmork transmisit. Qui dum intronisato^g predicto Mroczkone^h et rebus^h conscriptis rediret, in itinere sive a propriis sive ab hostibus, incertum habebatur, cum omni sua comitiva est necatus. Insimulatus est vehementer prefatus miles Mroczek necem suam procurasse, ne conscriptarum rerum et thesaurorum castri Pruszmork aput regem illius relatione innotesceret condicio. Regeⁱ autem aputⁱ Marienburg obsidionem agente a fratribus et consanguineis Ioannis Socha interfecti de occisione sua Mroczek culpatus iudicio instaurato crimen obiectum^j diluit iureiurando^j militari^k.

HP IV||75

Castrum Dzyrgon vacuum hominibus omniumque rerum copia refertum capitur indeque in Poloniam imagines asportantur

FERIA SECUNDA IN DIE SANCTE Praxedis vicesima prima Iulii Wladislaus Polonie rex motis castris stativa super^l lacum Dolstath prope opidum et castrum Dzirgon^m locat⁴⁶⁶. Feria vero tertia in die sancte Marie Magdalene vicesima secunda Iulii pervenit ad castrum et opidum Dzirgonⁿ Quod nullo prohibente^o, fratribus de Ordine et aliis pro tutela illius relictis adventu regio audito pavore nimio consternatis ex illo^p diffugientibus, q^r rex ingrediens^q coquinam ferventem et tabulas mensalibus vestitas^r, celaria quoque et promptuaria vino, avena, cerevisia, piscibus, carnibus, frumentis insuper cuiuslibet generis referta, item cameram vestiariam (in vulgari Theutonico trappariam) purpuris et pannis preciosis, item vestibus^s Cruciferico ordini^s congruentibus plenam^t offendit^u.

D, O, C, M, S

^a Prusmarg castri M ^b Lopthow C ^c introvisandrum D ^d conscribendas M ^e de dono Nalancz notarium suum O ^f et rebus conscriptis add. O ^g introuisato D ^h rebusque O ⁱ ~ M ^k om. M ^l supra O ^m Dzyergon C; Dziergon M ⁿ Dziergon M ^o rex ingressus add. M ^p illoque M ^q om. M ^r coopertas O ^s ~ M ^t plena O, M ^u ostendit O

Ex qua rex plures purpuras et vestes in milites liberaliter erogat^a. Universus deinde^b c⁻regius exercitus^{-c} rege permittente abunde et ad sacietatem de victualibus in castro Dzirgon^d repertis cepit et quadrigas suas^e vino, cerevisia^{-e}, carne, pisce et frumento ceterisque comeatibuss implevit. Audivit rex die illo missam in castro Dzirgon^f sed et alterum diem, feriam videlicet quartam^g vicesimam^{-g} terciam^{-g} Iulii, illic absumpsit. Pulcherrimas autem imagines ex ligno cisas in cappella castri offendens, eas in Regnum Polonie deduci ecclesie Sancte Marie Sandomiriensi Cracoviensis diocesis una cum cruce argentea deaurata in Brodnicza exposit recepta illas donavit^h, que Sandomiriensis ecclesia retinet pro sempiternoⁱ triumphi et doni memorabili^j usque in hodiernum diem⁴⁶⁷.

*Wladislaus rex neglectis nuntiis Henrici de Plawen commendatoris
ad castrum Marienburg cum exercitu contendit*

FERIA QUINTA IN VIGILIA sancti Iacobi Apostoli vicesima quarta Iulii Wladislaus
HP IV||76 Polonie rex, castro Dzirgon in regimen et potestatem Sbi||gnei de Brzeszie marsalci tradito, discedens stativa sua inter Marienburg et Dzirgon^k in itinere medio supra villam et lacum Staritarg locavit⁴⁶⁸. Duobus autem militibus ex castro Marienburg illuc advenientibus et nunciis Henrici de Plawen in numero frequentiori ad regem venturis securitatem prestari petentibus respondit rex propicia Divinitate^l se^m in crastinum^{-m} in Marienburg adventurum et largiturum nunciis quantislibetⁿ securitatem. Opidum Marienburg^o die illa^p, q⁻ne conquistum regi Polonie et suis in^r presidium et arcem fieret et castrum Marienburgense^{-q} contingeret ex illo striccus coarctari, iubente Henrico^s de Plawen comendatore^{-s} t⁻incendio conflagratum^{-t} est^u⁴⁶⁹.

*Circa oppidum Marienburg Polonorum
et hostium levis concertatio*

FERIA SEXTA IN^v DIE S. IACOBI APOSTOLI vicesima quinta Iulii Wladislaus Polonie rex ad castrum Marienburg premissis^w aliquot militum vexillis, qui loca occuparent

D, O, C, M, S

^a erogavit C ^b denique O, M ^c c ~ S ^d Dzyrzgon C; Diersgon M ^e e ~ C, M ^f Dziergon M ^g g vicesima tertia S ^h donat C ⁱ i triumpho et dono memorabili M ^j memorabilis D ^k Dzyrbonn C; Dziergon M ^l divinatione M ^m m crastino die M ⁿ quibuslibet M ^o om. M ^p Marienburg add. M ^q q om. S ^r om. D, S ^s s, t ~ O ^u om. M ^v om. O ^w premissis O

oportuna et quaslibet insidias et pericula propellerent^a, primo supra lacum Grinhan^b locat castra⁴⁷⁰, exinde in Marienburg feliciter advenit^c et continuo ex omni parte obsidione castrum vallavit^d. Exercitu autem Polonico in superiori castri parte versus orientem et meridiem locato, Lithuanicum exercitum in inferiori parte constituit. Gentes insuper terrarum Regni sui^e Podolie et Russie posuit in speciali loco contra meridiem⁴⁷¹. Habita est autem tota die illa inter milites regis et hostes levis concertacio pro Marieburgensi opido iam exusto egreque, ne Polonici milites illud introirent, ab hostibus defensum, neque enim difficile fuit^f urbem properato capi, que nec naturali fulta^g esset munimine et a suis esset dilabentibus deserta atque destituta.

*Castrum Marienburg quin caperetur audacia quorundam militum Polonorum,
parum abfuit; tandem bombardas Wladislaus rex
in ecclesiam oppidi nocte inferre iubet
et castrum diu nequicquam oppugnat*

SABBATO IN CRASTINO SANCTI IACOBI Apostoli vicesima sexta^h Iulii regisⁱ gentibus de duobus vexillis, videlicet de vexillo maiori et de vexillo de^j Olyeschnicza, custodiam pro sorte et vice sua observantibus^k ventum fuit^{||} hora diei vespertina, gentibus regis^{-k} opidum Marienburg irrumpere adnitentibus hostibus vero irruptionem magna animositate prohibentibus, ad certamen^l. In quo dum plures de hostibus Polonorum multitudine abundante sensim caderent, refugere in castrum hostes et de possessione Marienburgensis opidi excedere coacti sunt. Primusque opidum Marienburg Iacobus Cobylenki^m de domo Grzimaliaⁿ, secundus Dobeslaus de Oleschnicza de domo Dambno milites, alii eos sequentibus fuere ingressi. Nec prefati^o biduo^p milites Iacobus et Dobeslaus cessandum sibi duxerant^q, sed illico opido conquisito hastis vibratis cum clamore valido pro castri conquisicione usque ad ecclesiam^r et prope menia grassati sunt. Quos si ceterae gentes regie^s pari animositate^{-r} adiuvisset, fuisset^t castrum Marienburg in hore^u illius momento^{-u} (patebat enim tunc ex foramine largo et nondum concluso patulus ad illud, quo milites irrumpere poterant, aditus) conquisitum^v,

HP IV177

D, O, C, M, S

^a propollerent D, O, M, S ^b Grintham M ^c pervenit C, M ^d vallat M ^e sue D, M, S ^f seq. grate fieri del. C ^g fuga O ^h octava M ⁱ regis S ^j om. S ^{k-k} et M ^l ventum fuit hora diei vespertina M ^m Kobylynski C ⁿ Grzimala O; Grzymala C; Grzymala M, S ^o om. M ^p hi duo D, M, S ^q duxerunt O ^{r-r} om. M ^s regi C ^t protulisset M ^{u-u} ~ S; conquiri add. M ^v conquiri O; praeterea add. M

omnibus hostibus, qui castrum observabant, ad^a arces et loca tuciora diffugientibus consternacioneque^b pavoris et doloris nimii^c, non secus quam si captum castrum foret occupatis^d. Tunc quoque fuit occasio altera bene gerende rei et conquirendi castrum Marienburgensis^e, fortuna Crucifera sic regente, a Polonis neglecta. Crepusculo veniente hostes proprium pontem supra fluvium Visla^f versus Tszow positum veriti, ne ex eo impetus in castrum a Polonorum militibus fieret, igne consumunt, quod regio exercitui^g in magnum cessit profectum, pabulatoribus^h ex castris regiis flumine Wisla tranatato facientibus in Zolawam proⁱ omni die securum descensum⁴⁷². Foramen^j illud patulum, ex quo evidentis castro^k periculi fieri poterat^{-k} accessio, fortissimis roboribus tota nocte insequenti obstruunt, muniunt et obcludunt. Sed et Polonie rex Wladislaus nocte eadem bombardis maioribus in ecclesiam opidi introductis continua percussione ex illis castrum quatit. Locatae et aliae bombarde fuere in exercitu Lithuanico, aliae circa pomerium, aliae in pede pontis ex altera parte Wisle exusti et ex omnibus illis^l quaciebatur castrum^{-l} fortissime in quadrum^m. Collocatum erat tabernaculum regium cum capella et estuario in colle ediciori supra Vislam, ex quo rex totum exercitum et castrum poterat contemplari. Continuabat autem Wladislaus Polonie rex obsidionem illam duobus mensibus integris⁴⁷³, sub quibus suam serenitatem Albertus Iastrzambiecz Posnaniensis episcopus visitaturus illuc advenit. Gratusque fuit regi et optimatibus suisⁿ propter prudentiam^o que lucebat || in eo^{-o} et factivitatem adventus^p. Sed febrim, que illum anno uno et mensibus sex detinuit, illic positus incurrens, redire ad diocesim suam iubente rege coactus est.

HP IV||78

*Magna pars Prussiae regi Poloniae
se dedens sacramento fidelitatis obstringitur;
egregia fides Elbingensium in regem*

MARIENBURGENSI CASTRO OBSESSO nobiles et milites^q terrarum^r Prussiae Culmensis et Pomeranie, item omnes cives fere singularium civitatum in predictis terris

^a D, O, C, M, S
^a et O, S ^b consternationemque M ^c nimis S ^d occupatum M ^e Margenburg S ^f Vislam fluvium M
^g exercitu M ^h tabulatoribus O ⁱ om. M ^j autem add. M ^{k-k} fieri poterat periculi D
^{l-l} ~ M ^m quadram O ⁿ adventus eius add. M ^{o-o, p} om. M ^q militares M, S ^r Warsaviae add. S

consistencium et signanter principaliores, videlicet Gdansk, Elbinge^a, Thorun, Chelm, Kinsberg, Swiecie, Gniew, Tszow, Nowe, Brodnicza, Brandenburg^b474, item quatuor episcopi Ioannes^c Varmiensis⁴⁷⁵, Arnoldus Culmensis, Henricus Pomesaniensis⁴⁷⁶ et Ioannes Sambiensis⁴⁷⁷ ad Wladislaum Polonie regem personaliter venientes^d se et e^e-sua omnia^e castra videlicet et civitates dederunt, prestito de fidelitate, omagio, obediencia^f corporali iuramento⁴⁷⁸. Nobiles tamen et cives tam terrarum quam civitatum predictarum, qui in captivitatem regis prelii tempore venerant, priusquam omagia et fidelitatis iuramenta prestitissent, obtinuerunt precibus se^g a captivitate dimitti, non putantes^h sibi licere donec censerentur captivi acta iuramentorum et omagii celebrare. Rogatus autem Wladislaus Polonie rex a militaribusⁱ et civibus, iuribus et libertatibus antiquis confirmationem prestitit et veteribus nova adiecit. Inter omnes autem Pruthenicos cives Elbingensium civium^j fides et devocio in regem spectata est, qui Ulrico Thetingar comendatore^k Elbingensi per fugam e^l preliis^m dilapso eⁿ castro Elbingensi in quod confugerat, eiecto, castrum Elbingense nullis fortunis aut victualibus mutilatum Wladislao Polonie regi cum civitate una dederant. Quod Wladislaus Polonie rex Ioanni de Tharnow palatino^o Cracoviensi tradidit in tenutam. Cuius predictus palatinus possessione recepta plures res nobiles illic reperiens^p centum vasa aurea et argentea Wladislao Polonie regi ex illo remisit. ||

*Excubatorum regionum cum hostibus ex castro Marienburgensi
egressis acerrima pugna*

HP IV||79

SUB OBSIDIONIS TEMPORE militibus trium vexillorum, videlicet Dobeslai de Oleschnicza, Kmithe de Wisnicze et Griffonum, excubias ad bombardas observantibus, hostiles milites facto ex castro descensu irrumpere ad excubiarum locum versus bombardas nitabantur. Sed milites regii ex tribus signis prefatis cursum eorum preveniendo^q eis ad flumen Wisla occurrunt, ubi duro certamine instaurato hostes pro r^r-parte maiori^r cesi in castrum refugiunt. Quos^s Polonorum milites usque ad turrim rotundam

D, O, C, M, S

^a Elbing O; Helbynk C ^b Brandenburg C ^c Iohannis C ^d veniens O ^{e-e} ~ M ^f - que
add. M ^g sed M ^h putando O ⁱ militibus M ^j om. M ^k commendatori O ^l a M, S ^m proelio
O, M, S ⁿ ex M ^o om. O ^p recipiens S ^q perveniendo S ^{r r} ~ M ^s quod M

cedi et captivitati insistendo^a fuere persecuti. Ad quos repellendos hostes^b ex castro^{-b} murum regiis bombardis debilitatum ruinant, cuius mole et casu in Polonorum militibus grandis oppressio^c subsecuta est, ceteros sagitte ab hostibus in magna frequentia superne emisse^d non tamen^e cum lethali vulnere impleverant^f. Petri de Oleschnicza venatoris Sandomiriensis⁴⁷⁹ galea ictibus lapidum concussa nonnisi malleis fabrorum violata ex capite poterat dimoveri.

Castra et civitates deditas rex suis militibus distribuit

DEDICIONE^g CASTRORUM ET CIVITATUM Pruthenicarum Wladislaus Polonie rex accepta ea inter milites suos gubernanda partitur. Castrum siquidem Brodnicza Nicolao de Michalow palatino Sandomiriensi comittit, qui possessionem illius nactus multas res^h in auro et argentoⁱ item libros optimos et signanter quinque partes Speculi Vincencii⁴⁸⁰, item tabulas insignes auro et^j argento⁻ⁱ ornatas, item casulas, cruces, k⁻ornamenta et alia^{-k} plura clenodia in castro reperiens, singula regi fideliter presentat. Quorum clenodiorum et rerum^l etsi rex ecclesie Cracoviensi, et signanter Speculum Vincencii, partem^m condonasset, insigniores tamen res et clenodiaⁿ cathedrali Wilnensi et parochialibus Lithuanicis ecclesiis distribuit; item castrum Coprzywno alias Engelsperk^o Dobeslao de Oleschnicza; item^p castrum et civitatem Tszow Petro Wagl^q⁴⁸¹; item castrum Grabin^r⁴⁸² Alberto Malski^s; item civitatem Gdansk Ianussio de Tholiskowo castellano Calisiensi⁴⁸³; item castrum et civitatem Gnew Paulo de Wszeradow castellano Camyenensi⁴⁸⁴; item civitatem Thorunensem Vincencio de Granow castelano Naklensi^t, quo illic fatis per venenum, ut multorum habebat assercio, solvente diem⁴⁸⁵, Sbigneum de Brzesze Regni Polonie marsalcum surrogat in locum eius; item castrum Wyanczslaw^u⁴⁸⁶ et Castrum Antiquum, in quo sancte Barbare caput servabatur⁴⁸⁷, quod Wladislaus Polonie rex non permisit^v, licet multiplici persuasione impugnaretur, auferri; item^w civitatem et^{-w} castrum Grudziancz Mosciczio de Stan-

HP IV||80

D, O, C, M, S

^a insistens M ^{b-b} om. S ^c obsessio M ^d impleverant add. M ^e tantum S ^f om. M ^g seditione D, O, M, S ^h post vocem auro S ⁱ⁻ⁱ om. M ^j atque O ^{k-k} et ornamenta aliaque M, S ^l partem add. M ^m om. M ⁿ clenodi O ^o Engelsbergk O; Svygylperk C; Engelsberg M ^p et add. M ^q Wagl O, M, S; Wągis C ^r Bramb D, S ^s Malszk C ^t et M ^u Wenczlaw O; Wyonczlaw C ^v inde add. O, M ^{w-w} ~ M

szewo castelano Posnaniensi⁴⁸⁸; item castrum Golub⁴⁸⁹ Niemste de Scithniki⁴⁹⁰; item castra Osterrod et Nidborg⁴⁹¹ duci Masovie Ianussio; item castra^a Dzoldow^b et Scithno^c duci Masovie Semovito; item castra Curzethink^d et Brathian Ioanni Cretkowski⁴⁹²; item castrum Kowalye⁴⁹³ Nicolao Regni Polonie vicecancelario; item civitatem Swiecie tantummodo (castrum enim ab hostibus detinebatur) Dobeslao Puchale; item castra et civitates Bitow⁴⁹⁴ et Hamersten⁴⁹⁵ duci Stoplensi Boguslao⁴⁹⁶, qui ad suam serenitatem in castri Marienburgensi^e obsidione veniens regi et Corone^f Polonie perpetuo se servitutum et auxiliatum cum militaribus, civibus et quibuscunque subditis literis patentibus inscripsit⁴⁹⁷, ad cuius preces et caucionem Wladislaus Polonie rex nepotem suum germanum Casimirum ducem Stetinensem⁴⁹⁸ captivum relaxari permissit; item castrum et civitatem Lemberk Petro Chelmski et suis germanis⁴⁹⁹; item castra Kinsberk et Holand^g⁵⁰⁰ cum civitatibus duci magno Lithuanie Alexandro; item piscariam ultra Elbing multitudine piscium abundantem Ioanni Tumigrate⁵⁰¹; item castrum Rogoszno Hinczikoni Bohemo⁵⁰²; item castrum et civitatem Tucholya Ianussio Brzozoglowy^h; item castrum Sthum⁵⁰³ Andree Brochoczskyⁱ.

UNIVERSA SIQUIDEM TERRARUM Prussie, Pomeranie, Michalowiensis^j et Culmensis civitates opida atque^k castra^l in potestatem^m regis Wladislai dedita fuere preter castra^l Marienburg, Radzimⁿ, Gdansk, Swiecie, Plochow^o⁵⁰⁴, Brandenburg, Balga, Ragneth^p, Troipeda^q alias Memel⁵⁰⁵. Castrum tamen Radzim a gentibus regiis obsidebatur. Castrum^r Gdansk, ne obsidionem perferret^s, per pacta cum rege inita, quibus cavebatur castro Marienburg conquisito mox illud regi dedi debere, obtinuerat^t⁵⁰⁶.||.

*Wladislaus rex elatus victoria Henricum de Plawen
commendatorem supplicem et aequas condiciones pacis offerentem
ad fortiter defendendum castrum Marienburg animat*

HP IV||81

INTEGRO MENSE IULIO^u, sub quo Wladislaus Polonie rex castri^v Marienburgensis obsidioni^w invacaverat, in omni loco^x actionem et congressu^x rex ipse et suus exercitus

D, O, C, M, S

^a om. M ^b Dzialdow O ^c castra add. M ^d Kurzanthnik O; Cvrzetynk C; Kurzetnik M, S
^e Marienburg M ^f regno M ^g Holandrth O; Holanth C ^h Brzozoglovio S ⁱ Brochoczky C ^j Mychłowiczensis C ^k et M ^l om. C ^m potentiam M ⁿ Raczyn C ^o Plochovo C
^p Kaienth O ^q Triopeda O, M ^r vero add. M ^s obtinuerat add. M ^t om. M ^u Iunio O, C, M
^v castrum Margemburgense C ^w obsidionem M ^x actionem et congressum S

prospera et equabili usus fortuna maiora sibi in dies augurabatur^a portendi. In primordio autem mensis^b Augusti Henricus de Plawen comendator, quatenus Wladislaum Polonie regem ex castro Marienburg adire et alloqui liceret, missis qui id peterent nunciis obtinuit. Cumque in regis et principum atque procerum suorum^c, germano fratre laico Henrico de Plawen⁵⁰⁷ et aliquot Bohemis et Slesitis^d comitatus, conspectum et conventum iuxta pomerium habitum^d venisset, quid adferret quidque expeteret dicere iussus, verba facit^e: „Maximo — inquit — prelio maximaque strage legionibus exercitibusque nostris et Ordinis nostri pridem a te, rex potentissime atque illustrissime, devictis et deletis domiti, adversa quoque^f fortuna^g (in quam superos inferosque^h, dum Prussie magister Ulricus et sui comendatores ad insaniam versi pacem a te equis condicionibus abnuerent, superba quoque denunciacione et duobus gladiis vagina vacuis terrerent, ⁱ-constat consensisse) fracti^jⁱ te victorem mansuetum et pacificum rati oratum obsecratumque venimus spem auxilium et misericordiam a tua clemencia obtenturi. Tuam itaque invictissimam maiestatem ego^k, qui^l vicem magistri gero^m, per Passionem Domini nostri Iesu Christi et Eius Cruoremⁿ pro reconciliacioneⁿ generis humani fusum et per Eius Genetricem Virginem Benedictam Mariam Eiusdemque Virginis lac purissimum, quo Dominus ipse noster^o Iesus Christus ubere de celo pleno ablactatus et alitus est, ^p-exoro et interpello^p, dignetur^q tua excelentissima maiestas sue indignacionis nubilo^r mitigato eciam ulcionis flagellum, postquam pompam et arroganciam nostram sufficienter cohercuerit, a nobis et nostro Ordine avertere neque in ^s-Ordinis nostri^s perpetuam delecionem aspirare. ^t-Contenti autem sumus et erimus^t et, si tua serenitas^u preces nostras ad exaudicionis gratiam admiserit, perpetuum beneficium nos atque Ordinem nostrum accepisse a tua maiestate fatebimur^v, si tua excellencia Pomeranie, Culmensi, Michalowiensi terris et earum castris, civitatibus atque^w opidis^x, que^y de Regni tui Polonie iure, cor||pore et proprietate sunt^z, et propter quas sepe bellum inter Regnum et Ordinem initum est, receptis^{aa}, Prussie terras magno nostro^{ab} et gentis vestre Polonice ceterarumque nacionum catholicarum cruore fuso^{ac}

HP IV||82

D, O, C, M, S

^a augurabantur M ^b mense S ^c conspectum et conventum iuxta pomerium habitum add. M ^{d-d} om. M ^e fecit O ^f - que M ^g fracti add. M ^h constat consensisse add. M ⁱ⁻ⁱ om. M ^j raptu C ^k oro et interpello, ut cuius magis interest add. M; cuius magis iuxta add. O, S ^l quod M ^m oro inquam add. M ⁿ⁻ⁿ per reconciliationem S ^o om. O ^{p-p} om. M ^q digneretur S ^r iubilo O ^{s-s} ~ M ^{t-t} om. M ^u benignitas C, M ^v contenti sumus et erimus add. M ^w et M ^x receptis add. M ^y quas D, O, C, S ^z om. D, O, C, S ^{aa} om. M ^{ab} numero M ^{ac} efuso S

a barbaris quesitas Ordini reliquerit, ne Crucifericum ordinem ad militandum ^a pro defensione^a Christianorum a paganis institutum ex Prutenicis regionibus funditus extirpatum iri contingat." Ea legacione petitioneque Henrici de Plawen comendatoris in frequens consilium deducta, cum plus diffidencie quam humiliacionis^b crederetur continere, varie erant principum et procerum sentencie^c secundis rebus rectum consilium^d auferentibus et non pensantibus consiliariis breves et mutabiles vices rerum esse, nec unquam fortunam alicui simpliciter indulsisse. Minus consiliariis quam regi oblacio placebat, existimantibus castrum Marienburg longam obsidionem non toleraturum et Crucifericum ordinem, si illi Prussie relinqueretur terra, ad conquisicionem earum^e terrarum, quibus se abdicabat nacta^f temporis occasione^f aliquando grassaturum plusque^g habendi quam que offerebantur Polonos transversos et ingenium humanum secutos agebat cupiditas. Wladislaus quoque rex aliam^h ex aliaⁱ credens sibiⁱ felicitatem succedere, maioris spe questus, eciam eorum, que oblata fuerant, fecit naufragium, ^j mentibus humanis^k magna felicitate^k cecam ingerente^j caliginem. Etenim secundum tam prosperam fortunam atque pugnam ad Grinwald^l relatam victoris^m insolencia Wladislaus rex tumidus inflacius quam regi et victori conveniebat respondendum consensit. In hunc itaque modum dari Henricoⁿ de Plawen responsum diffinitum est, quod Sbigneus de Brzesze Regni Polonie marsalcus iussu^o regio pronunciat^p: „Si bona — inquit — fide, comendator Henrice, ad pacem petendam venisses, non ea regi nostro consignares, que Divina et humana lege^q sua et Regni sui semper constitit atque constat fuisse et iusta dedicione ad eum recidisce. Aliorum certe, que dedicionem abnuunt, et inprimis castri Marienburgensis te conveniebat dedicionem obtulisse, quam^r et ea que dedita sunt et que dedicionem renuunt. Scias victoris premia esse, non itaque habet rex, de quo tibi gracias habeat^s. Verum si de castro Marienburgensi excesseris, pro illius cessione rex noster est tibi gracias habiturus non eciam recusaturus Marienburgensi castro dedito Cruciferico ordini congruam et illi, quam in Almanie regionibus habet, conformem facere provisionem". Ad hec Henricus comendator: „Estne^t igitur hec finalis regis voluntas || et non debemus sperare aliquam^u

HP IV||83

D, O, C, M, S

^a per defensionem S ^b humilitatis M, S ^{c, d} om. D, O, C, S ^e om. C ^{f-f} ~ M ^g plus itaque
M ^h alia O ⁱ⁻ⁱ ~ S ^{j-j} magna felicitate ingerente mentibus humanis caecam caliginem
M ^{k-k} magnam felicitatem D ^l Grinwald D; Grinwaldth O; Grinwald C ^m victoriae M
ⁿ dari add. C ^o iussa C ^p pronuntiabat O ^q et add. M ^r quoniam O, M ^s agat M ^t et ne M
^u om. M

benigniores?" Sbigneo vero marsalco dicente eam, quam pronunciarat^a peremptoriam fore^b et, si pace indigent^c, condiciones consideraciores adferri oportere, adiecit comendator: „Confidebam — inquit — equissimam supplicacionis mee oblacionem regem ultro accepturum calamitosorumque^d miserturum. Verum ego legacione, humiliacione^e et oblacione presenti expiatum ratus, quicquid^f ex rupto federe irarum in nos sevierat celestium, de castro Marienburgensi nullo pacto excedam, quinimo de^g h⁻ Omnipotentis Dei^{-h} auxilio et Beate Marie Virginis tutela confisus defendere illud pro viribus conabor nec paciar Ordinem nostrumⁱ etiamsi extrema perferenda sint^j, sic faciliter deletum iri". Conventu dissoluto rex in tabernaculum, Henricus in castrum Marienburg se recepit. Oblacio autem^k magistri Cruciferorum^{-k} Henrici tam submissa et humilis magnam credita est comoditatem Cruciferice parti attulisse et quicquid ex federe rupto irarum celestium in Cruciferos superfuerat, vel expiasset vel diminuisse, parti vero regie ob superbiam nocuisse. Temerariumque docuit^l responsio illa cuiquam^m, donec victoris et victi incerta est condicio et priusquam claudatur bellum, insultare. A die enim illa felicitate regis et suorum sensim labenteⁿ causa Ordinis magis secundos eventus habere cepit. Paucis siquidem post diebus hostes ex castro in milites terre Wielunensis negligencius circa bombardas observantes excubias insiliunt et captivato primipilario^o vulneratis quoque haut paucis^{-o} eciam bombardas violarunt. Paulo vero post, ducis Masovie Ianussii vexillo pares faciente excubias, impetu suo bombardam murum unius exuste^p in opido^{-p} lapidee collidens viginti milites, qui subter murum constiterant, sua mole oppressit. Sed neque tunc tantummodo, sed et in^q post regem in plerisque eventibus atque progressibus casus adversi comitabantur, habendo ad priorum temporum, quibus illi grandis felicitas arriserat^r comparacionem et respectum^{-r}. Tanta denique in regio exercitu muscarum ex cadaveribus morientium equorum, ex intestinis pecorum^s aut^t pecudum atque ex fetore et fimo generata multitudo succreverat, ut non in^u nauseam tantummodo^v exercitui sed et in penam verteretur. Universorum vero comeatumum grandis^w et vix credenda abundancia, qualem nec quis in propria ede et domicilio sortiri posset, quolibet defectu circumscripto habebatur. Equi fere de universo exercitu in

D, O, C, M, S

^a pronunciarat *D, M, C* ^b esse *D* ^c indigeret *O, M* ^d et *add. C* ^e humilitate *S* ^f quicquam *O, C, S* ^g *om. O, M* ^{h-h} ~ *O* ⁱ meum *M* ^j sunt *M* ^{k-k} commendatoris *M* ^l esse *add. M* ^m cuique *S* ⁿ labante *S* ^{o-o} haud paucis quoque vulneratis *D*; vulneratisque haud paucis *C, M, S*; aliquot *add. M*; aliquas *add. O, S* ^{p-p} *om. M* ^q *om. M* ^{r-r} comparatione et respectu *S* ^s potiorum *D, S* ^t et *D, S* ^u iri *D*; non *C* ^v tantum *O* ^w grandis *D*

insulam Zolawam deducti in bladis villarum, quas coloni^a deseruerant, non secus quam bestie indomite pascebantur^b. Quorum custodes agrestium transfugarum^c ingressi cum singula prom||ptuaria singulis victualibus redundarent, non solum curabant reficiebantque corpora sed et frumentis in vicinarum civitatum fora deductis magnam vim pecunie, vestitu pro se perprius^d mercato, in domos^e congesserant. In plerisque^f quoque^g villis Prussie et Pomeranie magna vis reperiebatur grani frumentarii in specubus subterraneis recondita propter frequentiam guerrarum ab agrestibus studiose preparatis et egestis. Nec secus Polonorum exercitus in castri Marienburgensis obsidione quam in propria terra propriisque domatibus^h, silente ubique terra Prussie, morabatur habens omnemⁱ comeatum et rerum affluentiam fecunde provenientem.

HP IV||84

*Livoniae magister suppetias Marienburgensi castro laturus,
dolo rem aggrediendam statuit et Alexandrum ducem magnum Lithuaniae
promissis fautorem suae partis efficit; plebanus de Gdansk
ex arce Marienburgensi discedens triginta millia aureorum nobilium,
Polonis nihil eiusmodi suspicantibus,
pro auxiliis per commendatores vicinos comparandis detulit*

LIVONIE MAGISTER Hermanus de Vintkiniszenicz^j 508 castro Marienburg, quod nimium angustiarum senserat, clandestinum^k auxilium laturus in Prussie terras cum quingentis^k armigeris advenit et circa opidum Kinsberg in locis abditis latere cupiens se locavit⁵⁰⁹. Cuius ingressu^l Wladislaus Polonie^l rex ab exploratoribus cognito Alexandrum ducem magnum Lithuanie, adiunctis illi duodecim Polonorum militum banderiis, ad decernendum cum illo transmittit, qui illum circa flumen Passaria⁵¹⁰ ultra Holanth^m offendens invadere illum altero die conabatur. Verum magister Livonie Hermanus dolis non armis rem Ordinis sacius, ut dudum animo destinaverat foreⁿ prosequendam^o cum duce Alexandro petit colloquium. Quo impetrato ad castra sua personaliter veniens omnibus arbitris exclusis clandestinos cum illo agit ventilatque tractatus ipsumque amplissimis promissis et oblacionibus^p de abdicandis et nullo unquam tempore petendis

D, O, C, M, S

^a Poloni C ^b pascebant C ^c om. S ^d prius M; proprius C, S ^e dominos D, O, C, S ^f - que om. O ^g etiam M ^h ditionibus D, S ⁱ omnium O, M ^j Witkinsemh O; Wintkinszemh C, M ^{k-k} om. M ^{l-l} om. M; Poloniae om. O, S ^m Holandz O ⁿ esse D ^o prosequendam O, M, S ^p obligationibus D, S

HP IV||85

Samagitarum et Sudorum⁵¹¹ terris^a quarum^b occasione in arma ventum erat, ^cin Ordinis^c perlicit, sue magis Lithuanice quam Polonice patrie reintegracionem consequi gestientem^d favorem^e. Ducis itaque Alexandri Lithuanie mercato favore ad castra Balga et Brandenburg suo Livonico exercitu remisso ipse cum || quinquaginta tantummodo equitibus in castra regia ad^f Marienburg sub ducis Alexandri conductu pacta occulte duci Alexandro promissa impleturus processit⁵¹². Ubi perveniens eiusdem ducis magni^g Alexandri practica et intervencione promissis occultis inescati ad castrum Marienburg quasi dedicionem et fedus pro regis beneplacito persuasurus ingredi est permissus. Illic diebus aliquot absumptis^h et tractatibus consiliisque de recuperacione castrorum, civitatum etⁱ terrarum amissarum, de paccione^j quoque^k occulta cum duce^l Lithuanie Alexandro^l celebrata cum Henrico de Plawen habitis discedit^m. Ab eo autem tempore prefatus Henricus de Plawen comendator maximos et alacres spiritus, in quos illum prefatus Livonie magister Hermanus erexeratⁿ, concipiens, pertinax, arrogans et fastidiosus esse neque de cetero de pace ullam mencionem habere cepit^o, quin in tractatibus cum illo regis nomine de pace habitis ad observanciam^p earum condicionum, quas ipsemet^q accipi supplex^q rogaverat et quas se rex sera estimacione, quantum^r bonum abnuisset^r perpendens offerebat accepturum, nullo pacto poterat inflecti, sciens cor Alexandri^s ducis magni^s Lithuanie iam esse plurimum imutatum et a prosecutione^t obsidionis eiusque continuacione^u, ut oblacio terrarum Regno Polonie facta in Lithuanicum transiret profectum^v prorsus aversum^v. Accessit et^w altera regi Regnoque Polonie pernicies. Prefato siquidem Hermano^x magistro Livonie ex castro Mariemburgensi discedente, plebanus de Gdansk^y⁵¹³ ordine^z Crucifer, etate vero^{aa} vetulus et senex, quasi obsidionis molestias evasurus discedebat, rege id faciliter permittente, cum discessus suus grandi periculo plenus grandem pestem foret^{ab} rebus regiis^{ab} allaturus. Per hunc siquidem plebanum, cum aliter nullatenus rebatur tutum, Henricus de Plawen triginta aureorum nobilium^{ac} millia inter Gdanensem, Slachoviensem et Swieczensem comendatores parcienda transmisit. Qui denique iuxta illius^{ad} mandatum et instruccionem auro huiusmodi non parvam mercenariorum militum manum ex Bohemis, Hungaris,

D, O, C, M, S

^a terras C ^b quorum D ^c ^e om. D, S; in favorem ordinis M ^d gestienti O, S ^e in favorem D; om. M ^f in M ^g om. M ^h consumptis M ⁱ om. M ^j captione O ^k - que S ^l ~ M, S ^m discessit O ⁿ direxerat C, M ^o ceperit C ^p observandum C; observationem M ^q q ~ M ^r r ~ D ^s s ~ M ^t - que add. S ^u prorsus aversum add. M ^v v om. M ^w ut C ^x Gvermano C ^y Gdansko O ^z tero add. S ^{aa} om. S ^{ab} ab ~ M ^{ac} om. D ^{ad} illum C

Slesitis et^a Almanis conduci procurarunt. Ex quo cuiuslibet sanus^b concipere potest^{-b} discursus, quantum adferat discrimen^c in civitates^d et castra^{-c} sub obsidionis tempore permittere licenciam introeundi^e vel exeundi.||.

*Alexander magnus dux Lithuaniae praetextu laborantis
dysenteria sui exercitus ab obsidione castri Marienburgensis
discedit ducesque insuper Masoviae domum redeunt*

HP IV||86

APPETEBAT DOMINE NOSTRE VIRGINIS Marie natalis dies in feriam secundam⁵¹⁴ cadens et^f Alexander^g Lithuaniae magnus dux^{-g} varias occasiones^h variaque ingeniaⁱ quibus posset cum exercitu^j suo Lithuanico^{-j} castri Marienburgensis obsidione deserta in Lithuaniam reverti, congerebat^k. Asserens exercitum suum egritudine dysenterica ex cibo delicato cui non insueverat^l vexari et, ni ocius abeat, ampliori invalescencia vexatum iri. Quod etsi verum fuerit, poterat tamen^m huiusmodi egritudo facili curacione, si bona tantummodo mens adfuisset, rescindi. Quem etsi Wladislaus Polonieⁿ rex conaretur multis studiis et promissis revocare^o a proposito, ad extremum tamen animum eius videns variatum et parum sincerum esse, passus est eum cum omni gente sua abire. Qui licencia regis obtenta feria quinta infra octavas Nativitatis^p Sancte^q Marie Virginis^r sui exercitus castra movit et ab obsidione Marienburgensi discessit⁵¹⁵. Non tamen ausus est, ne a Livonitarum gente et aliis Cruciferis eorumque stipendiariis^s invaderetur, ire sine regio conductu. Quapropter Wladislaus^t rex gencium suarum ex Polonis sex banderia illi attribuit, que eum ad fines Lithuaniae perducentes ad obsidionis staciones incolumes reversi sunt. Discesserunt et paulo post cum gentibus suis^u Masovie duces Semovitus Ianussius et Semovitus iunior. Rex tamen cum reliquis^{-u} exercitibus regni sui, quos constabat ex discessione Lithuaniae et Masovie principum diminutos fore^v, obsidionem^w continuabat. Dum siquidem Cruciferi obsidionem castri Marienburg et eius conquisicionem propediem^x, si continuata fuisset

D, O, C, M, S

^a om. O ^b b ~ O ^c c ~ C, M ^d civitatem D ^e intereundi C ^f ea S ^g g magnus dux Lithuaniae M ^h accusationes C ⁱ congerebat add. M ^j j ~ S ^k om. M ^l insuerat O; inswerat C ^m autem M ⁿ om. M ^o revocari C ^p natalis M ^q om. M ^r om. D, O, C, S ^s stipendiariis O ^t Poloniae add. O ^u u om. M ^v esse D, M, S ^w om. M ^x finiendam add. M

a⁻obsidio, fiendam^{-a} aversuri^b de restituenda Samagicia duci^c Alexandro Withavdo spem maxima aviditate^d ab eo expetitam et ab effectu non abhorrentem^{e-} fecissent, alia mente, alio animo^{-e} ea inescacione inductus^f obsidionem et bellum deserere et penates repetere^g in animum inducens^h alius Withaudus quam fuerat esse cepit. Statui insuper suo Withavdus dux vehementer timereⁱ cepit^j, ne rege universa Prussia pacifice potito ipse a Lithuanie ducatu deiceretur.||

HP IV||87

*Poloni obsidentes castrum Marienburg pacta Bohemorum
de eo prodendo turpia ducentes, respuunt*

INTERIM BOHEMI MERCENARII castrum Marienburg defensores videntes trahi in longum obsidionem, in anxietatem versi ceperunt habere cum Wladislao Polonie^k rege per medium^{l-} Iaschkonis Sokol^{-l} Bohemi militis regii de prodendo castro Marienburg practicam et tractatum. Iamque inter regem et proditores convenerat, ut nocte ea, qua illis excubie obtingerent^m, exercitum regium portis in castrum intromitterent patefactisⁿ, o⁻premium^p prodicionis^{-o} q⁻re secuta^{-q} quadraginta florenorum millia et impunitatem^r omnimodam habituri. Re autem^s huiusmodi in examen secreti consilii deducta iniquum et turpe consiliariis regiiis censentibus hostium castra fraude, dolis prodicioneque et auro intercipi, cum ferrum haberent^t, quo illa sine suo et cuiuslibet alterius probro licitum foret expugnari, licitaminis practica^u de conquirendo Marienburgensi castro^v, qua et iustos bellatores frequencius usos^w legimus, conquievit.

Varia de solvenda Marienburgensi obsidione consilia

FALSA POSTHEC SUGGESTIONE rumor in regiis castris vulgatus percrebuit Sigismundum^x Hungarie regem cum gentibus et potentiis validis fines Regni Polonie

D, O, C, M, S
^{a-a} om. M ^b spem add. M ^c ab M ^d om. D, O, S ^{e-e} ei dederunt ut M ^f indutus C, S; alia mente aliquo animo add. M ^g inducens recedere S ^h om. S; induceret M ⁱ timuit M ^j om. M ^k Polonorum M ^{l-l} Jaskony Schotal C ^m contingerent O ⁿ re secuta add. M ^{o-o} ~ M ^p principium S ^{q-q} om. M ^r immunitatem D ^s aut C ^t haberet O ^u om. S ^v practica add. S ^w esse add. M ^x Sigismundi M

spoliis et incendiis consumentem omnia invasisse⁵¹⁶, ex quo exercitus regius animum^a perfractum et ad redeundum proclivum^b habere cepit nec deerant barones plerique assidua instancia persuadentes recessum. Quo novo et fama illius militares et cives Prussie vehementer percussi zelo nimio et amore, quo Wladislao Polonorum^c regi afficiebantur, regem personaliter adeuntes conveniunt persuadentque serenitati sue^d, obsidionem castri Marienburgensis nullatenus ut^e intermittat^f. Continuacione obsidionis illius et castri, ^gquod propediem sperandum^g esset, conquisicione tum primum fructum victoriae sue percepturum aut illius conquisicione neglecta, cum singula castra et^h civitates suum dominium professa in obedienciam Cruciferorum et Ordinis reditura forent, amissurum. Rege autem Wladislao defectum pecuniarum, propter quam mercenarii milites illi plurimum molesti essent, alegante etⁱ conquirendarum pecuniarum gracia in Poloniam^j reverti gestiente^j, salubre illi consilium a militaribus et civitatibus Pruthenicis constat datum fuisse, quatenus singulis civitatibus Prus||sie exaccionem^k imponeret, sufficientes pecunias non pro expediendis tantummodo stipendiariis^l, sed et pro trahendo bello continuandaque obsidione habiturus. Rex tamen, ne civitates Pruthenicis in primordio sui principatus et in fide et^m devocione sua fragiles offensum iura quoqueⁿ eorum violatum^o et ob id in defeccionem iri contingeret, ab imposicione exaccionis abstinere elegit. Sed et aliud consilium eque optimum fuit illi persuasum castra et civitates in Prussie Chelmensi et Pomeranie^p terris sue serenitati dedita^q, militibus mercenariis^r condicionem eam ultro accepturos se profitentibus^r in vicem debiti quo illis obligabatur inscriberet et nihilominus in castri Marienburgensis obsidione ipse perseveraret^s. Sed neque consilium istud quamvis saluberrimum rex probandum duxit veritus, ne stipendiarii civibus et colonis Pruthenicis onerosi^t existerent aut^u ponerent eorum fortunes^u in direpcionem aut de prodendis civitatibus et castris cum hostibus pecunia corrupti sentire inciperent. Dum itaque Wladislaus Polonie rex alienis gravaminibus consulit^v, coactus est expost^w in se et suis maiora dispendia experiri. Ex omnibus autem^x y^y consiliariis regiis nemo tenacius^y z^z nemo fervencius^z et liquidius quam Nicolaus Regni Polonie vicecancelarius obsidionem castri Marienburgensis, usque illud

HP IV||88

D, O, C, M, S

^a om. S ^b proclivem D, S; animum add. S ^c Poloniae M ^d ut add. M ^e om. M ^f intromittat S ^g post vocem conquisicione M ^h om. S ⁱ ad add. C ^j ~ M ^k exactiones S ^l stipendiarii-
sO ^m ac O; in add. S ⁿ - que O, M ^o violatur M ^p Pomeranie C ^q deditas M ^r post vocem
inscriberet M ^s perseverasset M ^t om. M ^u eorum fortunas ponerent S ^v consuluit M ^w postea
M ^x vero baronibus M ^y om. M ^z om. O

expugnari vel dedi contingeret, continuandam multiplici asseverabat persuasione, ostendens obsidione soluta plures graves et amaras regi et regno calamitates, impressiones confestim emersuras. Nec simplici consilio et instancia contentus lacrimas et suspiria persuasionibus^a miscebat. Ex omnibus^b vero baronibus^{-b} nemo fervencius et diligentius solvi obsidionem et redire in penates quam Andreas de Thanczin castellanus Woiniciensis persuadebat, plures eciam ex militaribus et nobilitate in sue opinionis votum conducens, Anne de Krasznik filie Demetrii Regni Polonie vicethesaurarii quam unice adamabat^c amore^d inescatus^{-c}⁵¹⁷.

Marienburgensis castri obsidio solvitur

HP IV||89

GRAVATUS POLONIE REX WLADISLAUS suorum mercenariorum militum crebra et sibi plurimum infesta admonicione victus, preterea nonnullorum suorum baronum persuasu atque instancia castro Marienburgensi inconquisito ab obsidione illius secedere deliberat. Et licet iussisset stricto silencio tegi, huiusmodi arcanum percrebruit, tamen illico in exercitu illius^e || rumor obsessosque magna hilaritate refecit^f. Veneris itaque die ante^g festum sancti Matthei proxima decima nona Septembris, Pruthenicorum militum et civium utili et salubri nequicquam deterritus consilio stavis incensis ex medio glorie spacio obsidione soluta discedit^h, victi magis quam victoris in patriam referens formam⁵¹⁸. Quod et illi in discessionis sue articulo infausto omine monstratum est, dum siquidem regi equus suus *c i s z a w y*ⁱ, cui conflictus magni tempore insederat, duceretur ad ascendendum et sonoro clamore pedibus^j terram scalpens hinniret, strepe iam pedem rege inferente subito cadens extinctus est, mortis sue fato indicans per^k recessum regium a castri Marienburgensis obsidione letas res et secundas, quibus hactenus rex usus fuerat, occasuras fore portendi. Certum siquidem erat, imo certissimum, castrum Marienburg unius tantummodo mensis^l spacio exacto^{-l} in potestatem regis venturum, cum obsessi, comeatu multis annis in eam rem comparato deficiente, mandere^m siliginem coctam^{-m} cogerentur, quo ciboⁿ corpora humana^o infecta et in dissen-

D, O, C, M, S

^a persuasiones O ^{b-b} consiliariis regiis nemo tenacius M ^{c-c} ~ O ^d om. M ^e regio M ^f refecit M
^g diem add. M ^h discessit S ⁱ czissawi O; *czyszawy* C ^j edibus O ^k om. M
^{l-l} ~ S ^{m-m} S ⁿ om. S ^o cibo add. S

terie morbum versa atrocem pestem^a, qua plurimi dietim extinguebantur mortales, contraxerant^b. Non valentes itaque tam pestiferam perferre luem, Henricum de Plawen comendatorem singuli conveniunt angustiisque suis expositis non se ulterius obsidionis molestias propter iminentis mortis^c que illos sensim consumit^c periculum toleraturos sed castro excessuros declarant. Qua denunciacione Henricus comendator perterritus aliquot aureorum millia inter obsessos partitur instantissime deprecans, quatenus diebus tantummodo quindecim obsidionem ferrent, se avisatum et certum fore^d disserens Polonie regem ab obsidione propediem recessurum. Qui tam prece quam precio permolliti, sustinere quidem obsidionem diebus quindecim^e, ea tamen^f condicione interiecta, ut illis lapsis potestas^g aput illos de castro Polonie regi dedendo consisteret, paciscuntur^h. Antequam igitur dies illi quindecim lapsi forent, Wladislaus Polonie rex dissuadentibus et improbantibus fidelissimis consiliariis et dissuasionem illam gemitu et lacrimis prosequentibus discessit et victoriarum suarum sempiternos titulos tam facili et merito deplangendo discessuⁱ fusca- vit. Ubi tum primum ad liquidum apparuit nescisse regem post conflictos hostes victoria et tempore uti, multa enim execrabilia et pestifera bella recessus ille pro- duxit. Andreas de Thanczin castelanus Woiniciensis discessionis huiusmodi^j pri- marius perhibebatur auctor, qui cum inter militares vulgaresque non mediocri aucto- ritate polleret, facile plurimorum ex comunitate militum, coniuges, domos et pignora revidere gestiencium, animos ad discedendum^k || interiecta occasione, quasi HP IV||90 terre Cracovienses et Sandomirienses ab Hungarorum urerentur vastarenturque exercitu, animavit^l. A ceteris quoque Polonorum consiliariis ab his presertim^m, quos dux Alexander Withaudus precio vel pollicitacione asserebatur persuasisseⁿ, summa ope enixum est, ut rex quanto cicius^o obsidionem Marienburg sol- veret. Ita bonum publicum, ut contingere frequencius solet, a privato deprava- tum est, Wladislao Polonie rege non ex suo, sed ex aliorum^p propter hebetu- dinem tam factivitatis quam ingenii arbitrio^q singula in bellicis et domesticis rebus administrante.

D, O, C, M, S

^a contraxerant *add. M* ^b *om. M* ^{c-c} *om. S* ^d esse *D* ^e paciscuntur *add. M* ^f *om. M* ^g annis *add. M*; *omnis add. O* ^h *om. M* ⁱ titulo *M* ^j huius *O* ^k animavit *add. M* ^l *om. M* ^m potissimum *S* ⁿ pervasisse *D, C, M, S* ^o cius *O* ^p arbitrio *add. M* ^q *om. M*

*Wladislao regi ab obsidione castri Marienburgensis redeunti
episcopus Pomesaniensis cum clero et civibus in obvium it*

A^a CASTRI MARIENBURGENSIS obsidione Wladislaus Polonie rex discedens^b
c⁻grave preda omnis generis agmen trahens^{-c} die illo in Qwyedzin^{d519} pervenit. In
transitu autem suo in castrum Szthum descendens missa illic audita Andree Brocheczki^e
militi dat illud in tenutam, relinquens illi in subsidium nonnullos curienses suos viros
bellatores, videlicet Hankonem Chelinski^f, Kanimirum de Thuchowicz^{g520}, Ioannem
Goly⁵²¹, Paccosium Bistrzanowski^{h522}, Petrum Czebrowski⁵²³, Bieniassium Goworzyn-
ski⁵²⁴, Bartossium de Trebowlyaⁱ⁵²⁵ et alios. Qui post regis ex^j Prussia recessum adeo
infestis dimicacionibus, invasionibus^{k-} dampnis et vexacionibus^{-k} Cruciferos in Mariem-
burg consistentes offendebant lacesebantque, ut eciam illis dierum uno decem
l⁻florenorum millia^{-l} pro stipendiariis^m solvendisⁿ vecta^{o-}cede magna^{-o} in conduc-
tores edita abstulerint. Rege^{p-} in Qwiedzin veniente^{-p} Henricus Pomesaniensis^q r⁻loci
illius episcopus^{-r} cum canonicis et clero regi processionaliter^s occurrens, debita venera-
cione illum excepit⁵²⁶ regeque ecclesiam^t cathedralem ingresso cuiusdam Dorothee
femine religiose et devote⁵²⁷, que solitariam et arctam vitam ducens plerisque^{u-}
clarescebat miraculis^{-u}, nondum tamen canonizate cellam et habitacionem ostendebat^v.
Datis autem episcopo, clero et^w civitati quas petebat libertatibus, ex Qwiedzin^x die altero
discedens claudi civitatem gentesque suas ad illam ingredi^y veritus episcopum^{z-} et
cives^{-z} spoliatum violatumque iri^{aa} prohibuit^{ab}. In castra^{ac} tandem medio milliari
a civitate locata^{ad} biduum in illis exegit et sequenti sabbato die⁵²⁸ || plures currus
victualibus oneratos in Szthum pro eius fuleimento transmisit. Castra autem ipsa supra
HP IV||91 a ipidum et lacum Gardzeje⁵²⁹ sita erant.

D, O, C, M, S

^a om. C ^b et add. M ^{c-c} om. C ^d Gwiedzim O; Quidzin M ^e Brochodzki O; Brocheczsky C;
Brochocki M ^f Chelmski O, M, S ^g Tuchowiec M ^h Bistramowski O ⁱ Threbowla O; Trekowlya C
^j de C ^{k-k} om. S ^{l-l} ~ M ^m stipendariis O ⁿ fovendis M ^{o-o} ~ C ^{p-p} ~ M ^q Pomossa-
niensis C ^{r-r} ~ M ^s personaliter D ^t om. C ^{u-u} ~ S ^v audebat S ^w om. M ^x Gwiedzim O;
Qwedzin C ^y prohibuit add. M ^{z-z} om. S ^{aa} et cives add. S ^{ab} om. M ^{ac} castris M ^{ad} locatis M;
desideratur perveniens vel simile quid

*Henricus de Plawen magister Prussiae electus
ad apparandum bellum pecuniam conquirat bonis
Ordinis in Bohemia venditis*

HENRICUS AUTEM DE PLAWYEN^a in locum magistri Prussiae suffectus amissum⁵³⁰ prelium et terram^b Prussiae recuperaturus, missis ad Venceslaum Bohemiae regem nunciis bona Ordinis notabilia Chomathow^{c531} in Regno Bohemiae quatuor millia florenorum de introitibus habentia, pro centum quindecim millibus florenorum vendidit eidem Venceslao regi in auro parato sub specie^d reempcionis (que non sunt redempta in hanc diem) hisque pecuniis mercenario milite conducto bellum ex integro restauravit. Alia insuper centum florenorum millia apud cives Gdanenses iam in suam spectantes^e dedicionem facile sibi prebita in mutuum accepit.

Castrum Radzin capitur

DIE DOMINICO SANCTI MATTHEI vicesima prima Septembris motis rex a Qwyedzin^f castris venit mane ad castrum Radzim, in cuius obsidione gentes regie a tempore^g conflictus magni usque in diem illam civitate in fide et obediencia regis existente insederant. Et positus stativis in unius miliaris quartali a castro supra lacum Meldeste^{h532} deliberat rex, solvere-ne sibi illius obsidionem an expugnacioni ipsiusⁱ intendere conveniat. Capta autem erat deliberacio regem nullatenus castri conquisicionem (cum situ et municione foret firmissimum^j egregios insuper haberet^k defensores) temptaturum^l, simulaturum tamen impugnacionem crastina^m die, si quomodo obsessi pavore consternati ad dedicionem perlicerentur. ⁿ Itaque primos Radzinensium ad colloquium evocatos, ut castrum sine sanguine sibi dederent^o, perlicere conatus est, quibus aspernantibus vi et armis illos adoriri in crastinum distulitⁿ. Id consilium non industria sagacius quam eventu extitit felicius, vulgata enim in exercitu fama regem die crastina impugnacionem obsessorum^p decrevisse, vix prandio finito milites^q suapte in arma^q et expugnacionem castri Radzim^r iniussu regis traduxit⁵³³, nullo enim exercitus sol-

^{D, O, C, M, S}

^a Plawen O ^b terras O ^c Chomanthow O; Chomałow M ^d spe S ^e spectantem M ^f Gwiedzin O ^g parte C ^h Meldeze C ⁱ illius O ^j fortissimum O ^k habere O, S ^l om. M ^m crastino O ⁿ⁻ⁿ om. C ^o om. O ^p obsessorum C ^{q-q} ~ S ^r Radzin O

HP IV||92 licitatus monitore avidissime processit castrumque^a ab omni parte || maximo impetu expugnare cepit. Et quamvis Cruciferi et ^bceteri obsessi^{-b} quinque et amplius horis probe restitissent, verum^c a militibus Polonie ferventissime^d impugnationi insistentibus telis et sagittis tam densa et frequenti proieccione, ut nemo digitum^e exerere auderet^{-e} confossi, animositate relicta et defensionem omittere et de possessione castri excedere coacti sunt. Iam siquidem Dobeslaus de Oleschnicza miles cum sui banderii gentibus valvam castri inferioris perfregerat et scuto suo effractorem protegens bombarde minoris seu fistule ictum, qui^f scutum perforavit, exceperat. Iam insuper castrum alcuis Petrus Chelmski miles primus Floriano de Korithnicza castellano Wisliciensi et aliis sequentibus illum conscenderat et vicecomendatorem castri⁵³⁴ virum animosum sibi in parcani muro occursantem certamine inito in fugam verterat. Iam antemurale^g castri Petrus de Oleschnicza Sandomiriensis venator cum aliis militibus intraverat et in uno pede vulneratus solo se clipeo ne superne violaretur defendebat. Obsessi itaque tot malis angustiati, ne in potestatem furencium militum devoluti extrema pati cogerentur, castrum regi armis abiectis dedunt. Quod rex circa completorii horam ingressus omnibus obsessis et captis, inter quos quindecim Cruciferi viri senes et grandevi habebantur, mortem indulsit, eos tamen in captivitatem coniecit. Notabilibus insuper thesauris, clenodiis et rebus nobilibus et victualium abundancia castrum refertum reperiens thesauros et res nobiles in milites erogavit, castro vero victualia reliquit⁵³⁵.

*Wladislaus rex collatis praesidiis castro Radzin dimissoque exercitu
Vistulam ponte superat in Poloniam reversurus*

CASTRO RADZIM CONQUISITO Wladislaus Polonie rex feria tertia post^h sancti Matthei vicesima tertia Septembris comendato castro Radzimⁱ Iaszconi Szokol Bohemo^j fidei spectate et animositatis militi^k in tenutam^{-k}, quocum^l in eodem castro frequens Polonorum et Bohemorum numerus^m et inter aliosⁿ Sziszka Bohemus⁻ⁿ processu temporis famosus exercituum in Bohemia ductor crebris nobilitatus victoriis⁵³⁶, item Angelus⁵³⁷ aliique quam^o plurimi remanserant^p, a Radzim discedens ad castrum

D, O, C, M, S

^a castrum quoque *O, S* ^{b-b} ~ *M* ^c tam *M* ^d frequentissime *C* ^{e-e} ~ *M* ^f quod *D, O, S*
^g antemurali *M* ^h festum *add. M* ⁱ in tenutam *add. M* ^j militi *add. M* ^{k-k} *om. M* ^l cum quo *M*
^m remanserat *add. M* ⁿ⁻ⁿ ~ *O* ^o *om. D, S* ^p *om. M*

Rogoszno⁵³⁸, abinde vero in Golub feria quarta⁵³⁹ pervenit. Ubi in castro pransus fluvium Drwancza transgreditur et terram introiens^a Dobrzinensem copias exercituum suorum licenciat et unumquemque in suam remittit regionem. Exa||cto autem die eodem noctu^b prope Czechoczin^{c540} d⁻feria quinta^{-d} ante diem translacionis sancti Stanislai^{e541} rex in Przipust^{f542} Vislam ponte^g ex navibus, qui illuc demissus ex Ploczko fuerat, superaturus^h devenitⁱ. Stabat autem in Przipust^j quinque diebus⁵⁴³, quoniam infra illos quodam fato occulto pons egre componi stabilirique poterat, qui alias rege in Prussiam procedente dimidio diei stabiliebatur. Rex quoque non sine labirinto et gravi conatu Vislam cum suis traiecit, ut eciam in ea re fortunam pro comperto habitum est suam erga regem alacritatem variasse. Tune quoque exercitus Polonicus in loca varia suorum domiciliorum divertit onustus auro et argento ceteraque nobili supellectili, quam secum quisque ad proprios penates letus et gaudens referebat^k.

HP IV||93

*Rege Thoruniam deflectente Iasko Sokol
capitaneus Radzinensis veneno perimitur;
cuius filiorum rex curam paternam suscipit*

SABBATO IN DIE TRANSLACIONIS SANCTI Stanislai⁵⁴⁴ discedens Wladislaus rex a Przipusch^l venit in Racziansz⁵⁴⁵, die vero Dominica sancti Venceslai⁵⁴⁶ navibus et mediocri comitiva in Thorun descendit. Quem omnis clerus et populus honore processionis singularum ecclesiarum^m n⁻licet plebanus Thorunensis Crucifer fuerit^{o-n} responsorium „Tua est potencia, Tuum regnum, Domine” p⁻canendo de navibus egredientem exceptit^{-p} et in ecclesiam sancti Ioannis parochialem introduxit⁵⁴⁷. In qua rex, solenni et sonora audita missa, in castrum Thorunense prandii unius tantummodo refeccionem sumpturus se recepit. Ubi dum ad suam serenitatem Iaszko Szokol capitaneus^q regius in Radzim^{-q} advenisset, tristi fato obruitur. Per unum siquidem ex civibus Thorunensibus in convivium exceptus atque in luceo venenatus^r, gravi contracta

D, O, C, M, S

^a ingrediens M ^b om. S; nocturno O, M ^c noctu add. S ^{d-d} om. S ^e feria quinta add. S
^f Przipusch O; Przipusch C; Przipuch devenit M ^g sponte M ^h superatus S ⁱ om. M ^j Przipusch C;
 Przipuch M ^k deferebat C, M ^l Przipuch M ^m de navibus agredientem exceptit add. M ⁿ⁻ⁿ hic et
 plebanus Thorunensis Crucifer fuit, responsorium S ^o canendo add. M ^{p-p} om. M ^{q-q} ~ S
^r venatus S

valetudine, iussu regio in^a Brzescze deductus, illic extinguitur et sepelitur⁵⁴⁸. Ex universis autem Bohemis aput regem militantibus nemo alius preter hunc ob^b egregias, que in eo, animositatem et fidem^{-b} site erant, virtutes excepcior^c regi habebatur. Cuius obsequia premians, eciam duorum filiorum Nicolai et Iaroslai paternam curam gessit eosque in urbe sua Cracoviensi splendide educari et literis Latinis atque Almanicis ceterisque artibus, quibus ingenia poliora fiunt, imbui disposuit⁵⁴⁹. Castro Radzim in regimen militis Dobeslai Puchala et Alberti Malski comisso, Nicolaum Nostwicz⁵⁵⁰,
 HP IV||94 ^d supplica||cione Thorunensium^{-d} matronarum devictus, a^e captivitate absolvens vesper^f ex Thorun in castrum Nyeschow navibus transilit; matronis, feminis et virginibus Thorunensibus Wladislaum Polonie regem in corone modum circumstantibus et faceto sermone precibus intermixtis orantibus, ut postquam viros earum^g, coniuges^h, parentes et cognatos in pugna Grinfeldensi occidisset, status earumⁱ ^j misertus de viris ipsis et ^k curatoribus provideat^{-k} ^{-j} rege respondente ^l se id quam^{-l} libenter facturum et statui unicuique^m earum provisurum.

*Oppido Tucholya Cruciferis dedito Wladislaus rex
in Koronow collocat praesidium*

FERIAM SECUNDAM, DIEM VIDELICET sancti Michaelis, item terciam et quartam⁵⁵¹ Wladislao rege aput Nyeschowamⁿ agente, certus illi nuncius allatus est, significans castrum Tucholya, quod Ianussius Brzozoglowy administrabat, vallatum, civitatem vero per opidanos Cruciferis deditam⁵⁵², hostes denique ad irrogandum Regno Poloniae dampna et incendia, ni opponatur resistencia, brevi grassaturos fore. Qua novitate non secus quam par erat rex commotus plures ex curiensibus suis milites vaccacionem efflagitantes prece^o et largicione retinuit. Vix tamen ex omnibus ^p curiensibus et militibus^{-p} suis regiis centum vel paulo amplius poterant numerari lancee, quos rex pro defensione regni, adiunctis illis Maioris Polonie aliquibus districtibus, in opidum Coronow situ et muris debile transmisit⁵⁵³. Qui etsi in armis, equis, sumptibus et vestitu

D, O, C, M, S

^a om. S ^{b-b} animositatem fidemque ac alias egregias, quae in eo M ^c acceptio O ^{d-d} ~ M ^e et S ^f vespero D, O ^g eorum O; misertus de viris ipsis et curatoribus provideat add. S ^h om. M ⁱ eorum O ^{j-j} om. S ^{k-k} ~ M ^{l-l} sed id equidem D, S ^m cuilibet O ⁿ Nieszowiam M ^o pacem S ^{p-p} ~ S

parum provisi (arma siquidem rubigo, equos macies, sumptus longior a domo milicia, vestes cauma et pluvia attriverat) locum tamen predictum, iuxta ac si arcem tutissimam militare illic^a agendo presidium observabant. Auxerant^b etiam^c exercitum regium^c Sandivogius de Ostrorog palatinus Posnaniensis, qui cum banderio proprio intellecta^d necessitate regni^d advenerat, et Dobrogostius de Szamotuly castellanus Posnaniensis qui^e gentes proprias etiam^f miserat.

De praesidio Koronoviensi Wladislaus rex sollicitus

SABBATO IN DIE SANCTI FRANCISCI⁵⁵⁴ Wladislaus Polonie rex egreditur de Nyeschowa et in Iuniwladislawiam veniens⁵⁵⁵ se et curiam suam illic^g stabilis et locat. HP IV||95 De^h defensione autem terrarum regni sui provisorius certos milites in Brodniczamⁱ, alios in Brzeszcze, alios in Nakel, alios in Ripin⁵⁵⁶, Cuiavienses et Dobrzinenses terrigenas inter illos partitus presidia et excubias contra hostes continuaturos^j, paucis admodum Polonis et Bohemis cum eo in Juniwladislavia remanentibus, transmisit^k. Quo illic agente novitas ad eum perlata est castra Osterrod, Nidburg^l, Dzoldow^m, queⁿ ducibus Masovieⁿ rex comendaverat, propter^o paucitatem defendencium^o a Cruciferis intercepta esse⁵⁵⁷. Fecerant^p et biduo^p milites Stanislaus Charbinowsky de domo Szulima et Nicolaus Szynowiecz^q de Koczina^q domo Antiquorum Caballorum^r⁵⁵⁸ s^r ex Coronoviensi^s presidio, ^t extrema se pati cum hostes de prope in magna multitudine consisterent veriti^t discessionem et ad regem in Iuniwladislawiam venientes^u ad cohonestandum suum discessum hostium (ut^v erat^w), maxima, sua minima presidia^x et, ni deducantur, periculum ingens^y exceptura astruentes^y, anxium^z de^{aa} suorum salute^{aa} regis animum intensiori^{ab} sollicitudine gravem et profluvio lacrimarum frequencius merentem effecerant. Nam neque illos ex Coronow revocare^{ac}, hostium veritus in regnum suum profundiore irrupcionem^{ad} cautum putabat^{ad}, neque gentes alique suberant cunctis in domos discedentibus, quibus eorum paucitatem^{ae} coaugere^{af} potuisset. Tunc quoque ad

D, O, C, M, S
^a ibi S ^b auxerunt M ^{c-c} ~ S ^{d-d} ~ M ^e etiam add. M ^f om. M ^g ibi S ^h om. O, M
ⁱ Brochnyczam C ^j transmisit add. M ^k om. M ^l Nidborg M ^m Dzieldow M ⁿ⁻ⁿ
^{o-o} ~ M ^{p-p} duo etiam M ^{q-q} om. M; de Koczyno C, ^r tabellorum O; veriti ne extrema paterentur
add. M ^{s-s} et Coronoviensium S ^{t-t} om. M ^u asserebant add. M ^v re vera add. M ^w erant D, O, S
^x esse add. M ^{y-y} ~ S; astruentes om. M ^z itaque add. M ^{aa-aa} ~ M ^{ab} tensiori O; -que add. M
^{ac} cautum putabat add. M ^{ad-ad} om. M ^{ae} paucitate M ^{af} coaugere S

liquidum apparuit, in quantas difficultates et molestias solvendo castrum Marienburgensis immature obsidionem rex se ipsum et regnum suum precipitasset et quantum partem ex victoria gloriam suam et gentis sue obscurasset, dignoscique ad integrum poterat, quantum bonum perseverantia, quam Nicolaus ^a Regni Poloniae ^a vicecancelarius persuadebat, quantum malum discessio ab Andrea de Thanczin castellano Woiniciensis procurata secum trahebat.

*Proelio acerrimo ad oppidum Koronow facto
Cruciferi a Polonis vincuntur*

HP IV||96

COGNITO CRUCIFERI, QUI CASTRUM Tucholya obsidione cinxerant, exercitum regium in numero tenui^b et in opido insuper^c Coronow debili et nullis municionibus firmato⁵⁵⁹ ^d in presidium advenisse^d, forti et numero ex omnibus mercenariis militibus congesto exercitu, inter quos fuit principalis capitaneus Michael Kochmeister^e Nove Marchie advocatus et multi ex curia Sigismundi Hungarie regis milites, qui in multitudine notabili in || subsidium Cruciferorum sufficienter ab ipsis salariati Sigismundo Hungarie rege impellente advenerant, ad invadendum eos exercitualmente processerunt^f, certam predam et victoriam^g, suam^h multitudinem hostium vero paucitatemⁱ metuentes animoⁱ occupaturi. ^j Veneris itaque die^j sancti Gereonis⁵⁶⁰ exercitus regius venire adversum se hostem in gravi multitudine habens pro comperto, Thomam Szeligam de Wrzesznia de stirpe Rosa^k succamerarium Siradiensem⁵⁶¹ et Nicolaum Dambiczki^l de stirpe Griffonum^m⁵⁶² speculatum hostium quantitatem et numerum transmittunt. Qui parum sensate et longius quam satⁿ erat progressi, ab hostibus eos insequentibus ad quoddam lubricum lutum remorati comprehenduntur statimque diligens ab eis per hostes inquisicio^o qualis et quantus esset in opido Coronow^p exercitus regius^q ^r exacta est^r. Qui subdole finxerunt illic gentes esse confusas agrestes et inexpertas et faciliter, si quis invadere presumat, vincendas. Quos dixisse vera hostes rati properantius^s versus Coronow contendunt, quo cum cominus per-

^{D, O, C, M, S}
^{a-a} om. S ^b in praesidium advenisse add. M ^c om. M ^{d-d} om. M ^e Kochmagister M, S
^f quasi add. M ^g essent occupaturi add. M ^h videlicet add. M ⁱ⁻ⁱ ~ M ^{j-j} ~ S ^k Rosza O, C
^l Dembischki O; Dabicki M ^m Griszkonum C ⁿ par S ^o inquisito M; exactus est add. M ^p om. S
^q Coronow add. S ^{r-r} om. M ^s properantibus S

venissent^a, omnes de equis descendunt^b pedestri itinere opidum irrupturi. Milites autem regii prandio, quod sumere ceperant, neglecto hostium viso adventu singuli in monasterium, quod sub monte ad fluenta fluminis Drba^c situatum est⁵⁶³, se tumultuando recolligunt, armis quoque celeriter^d indutis per secretos et hostibus ignotos meatus congressuri, glomerata acie se evolvunt. Quorum conspectu hostes deterriti vehementer equis velocissime, antequam a Polonis occuparentur, reascensis, retrorsum quanta ampliori^e possunt^f festinatione abeunt trahendo retrogradum iter ad spacium milliaris integri, ea quidem arte et dolo, ut regiiis gentibus in distancia remota^g ab opido Coronow agentibus non posset ex opido a pedestri milite sub certaminis necessitate prestari succursus. In huiusmodi tamen retrogradu processu sagittarii ex regio exercitu telis frequentibus illos obruunt, infestant, vulnerant et in hostilem exercitum crebra irrupcione insilientes plures de illis prosternunt. Si quando vero hostes in sagitarios ad dimicandum gradum verterent^h, sagitariiⁱ ad cuneos suorum^j reversi et ab eis tutati impetu eorum frustrato nova irrupcione hostes lacesebant. Huiuscemodi quoque^k preludio integro milliaro^l inter gentes regias et hostiles certatum est. At ubi sacietas ulterioris^m progressus hostes cepit, monte quamⁿ cetera in circuitu ediciori occupato prope villam monasterii Coronowiensis dictam^o Lanczsko^p⁵⁶⁴ sito gencium regiarum in eo ad decernendum instructi operiebantur adventum, rati ex || loci oportunitate maximum ad victoriam adiumentum habituros. Verum gentes regie, ne simul et cum hoste et cum loco pugnare cogentur, recciori^q itinere versus hostes omissa in partem montis declivioris secedunt. Erant^r in^s utroque exercitu copie^t, ut neque^u numero neque genere hominum neque usu rei militaris contempnende viderentur maximisque animis descendebant in pugnam. Priusquam tamen venirent in congressum, Conradus Nyempez^v ^w- Sigismundi Hungarie regis miles Slezita^w⁵⁶⁵, ante acies privatum petens certamen progressus a Ioanne Sczytezski milite Polono de domo Doliwa⁵⁶⁶ ^x- munus illud occupante^x superatus, prostratus^y et ex equo deiectus, quo utrisque ^z-exercitus fortuna^z evasura^{aa} foret monstravit. Acies post hec maximo ab ^{ab}utraque parte clamore sublato congregiuntur. Unaquaque parte strenue

HP IV||97

D, O, C, M, S
^a convenissent *S* ^b conscendunt *O* ^c Dobra *D, O, M, S* ^d torrenter *O, M*; prope *M* ^e *om. S*
^f poterant *S* ^g semorata *O* ^h reverterent *M* ⁱ *om. S* ^j sagitarii *add. S* ^k *om. M* ^l miliari *M*
^m ulterius *M* ⁿ quemadmodum *D* ^o dictum *D, C, S* ^p Laczko *S* ^q acriori *S* ^r errantem *O* ^s *om. O*
^t *om. M* ^u *om. M* ^v Nyempts *O*; Niemcz *M, S* ^w *om. S* ^x *om. D* ^y *om. M*
^z *z* *~ S* ^{aa} arrisura *M* ^{ab} ex *S*

excipiente impetum et fortissime dimicante utroque^a exercitu^b pari animositate atroci parique marte horis aliquot pugnabatur. Et aliquamdiu prelium dubium fuit, ^ccertamenque in parte utraque^c genus hominum armis probitate et exercitacione par^d equaverat, in suo enim quisque gradu urgendo adversarium sine respiracione pugnabat. Bello itaque asperrimo fervente inter utrosque et neutra parte inclinata aut referente pedem tam vehementi labore et pugna utraque^e lassata est, ut pugne quasi ex composito fieret interrupcio. Acclamatur itaque ab utroque exercitu, ut pugnandi parumper observentur inducie, quas^f utroque exercitu acceptante disgreduuntur acies et abstersis sudoribus respirant, pausant, gesta nonnulla et actus militares velut familiaritate et conversacione noti memorantur^g. Facta respiracione et pausa aliquali sublatis induciis acies itidem^h congregiuntur, eadem quoque qua et priusⁱ in utrisqueⁱ animositate manente, plures quoque^j mortales hinc inde aut^k caderent aut caperentur^k. Lassitudine utrosque invadente et nondum fortuna^l monstrante qua datura foret vires, vice altera ad resumendum inducias ab utroque exercitu est acclamatum. Quibus acceptis et exercitibus disgressis nova requie bellatores strenuissimi potiti suos et equorum sudores abstergant, vulnera ligant, pausant, sermocinantur^m, comutant captivos, equosⁿ interceptos sibiⁿ hinc inde vicissim restituunt (pro quibus recognoscendis licebat hostilem adire exercitum) vina ad sitim propellendam invicem mittunt, ex equis inter^o preliandum deiectos^p vulneribusque afflictos^q et consurgere non valentes^p ex palestre loco, ne conculcarentur, subvehunt, ut merito non hostiles sed amicissime acies a rerum ignaro credi possent. Dato post hec requie et pause repudio ||tercio^r forcius quo^s possunt^t decertant. Non aliud certamen vehemensius fuisse memorie proditum est duorum nobilissimorum exercituum, in quibus et exercitatos et veteranos milites constat convenisse et pro victoria, quousque vel violarentur vel caperentur, summa vi summoque conatu adnixos esse. Usque ad tercium autem congressum anceps gerebatur inter utrosque certamen tenorque pugne par utrisque erat. Sed interim miles regius Ioannes Naschian^u de Ostrowcze de Bippenium⁵⁶⁷ domo hostilem primipilariū sternit ex equo et hostili vexillo adempto selle sue contorquens illud apponit et illico Polonorum exercitus superiori loco, hostilis vero

HP IV||98

D, O, C, M, S

^a utrinque M ^b om. M ^c om. M ^d certamenque in parte utraque add. M ^e om. S ^f quamvis S ^g memorant D ^h iterum M ⁱ om. S; utriusque O ^j om. M ^k cadebant aut capiebantur deinde M ^l fortunam S ^m sermocionantur O ⁿ ~ M ^o intra M ^p vulneribus quoque ita afflictos, ut consurgere non valerent M ^q post vocem valentes D, O, C, S ^r quanto add. M ^s om. M ^t poterant S ^u Naschiam S

pavore percussus signo amisso deteriori esse cepit. Polonicus itaque miles gravius in percussos et fugam spectantes invectus gravi hostes cedere premit et singulis manipulis hostilibus aversis omnem exercitum hostilem propiciatione Divina vincente pudorem metu^a b⁻superat et plena victoria potitus hostes sternens aut cedit aut captivat^c aut agit^d in fugam^{-b}. Cessit enim hostis gradum acrius inferentibus signa Polonis, deinde terga vertit et cum institissent fugientibus, victores octo millia hostium cesa⁵⁶⁸ fugientesque, quantum eorum vires ad persequendum dextre quoque ad cedendum valebant, insectabantur^e. Raro ullum certamen clarioribus decoris cum hostili pernicie constat fulsisse, si dies quivisset^f in tempus longius extendi^{-f} sed nox superveniens fugientes^g ne ad integrum caperentur, contexit. Fusi fugatique hostes et cesi, edita passim per agros funera, decantate^h per ora virum victoriaeⁱ. Inter discipline militaris peritos congressus presens et triumphus magis celebris magisque gloriosus et magnificus propter utrorumque constantem et pertinacem pugnam quam conflictus magnus eo anno in die Divisionis Apostolorum apud Grinvald habitus censebatur⁵⁶⁹. Prelium enim atrocius quam pro numero pugnancium (adeo utraque acies animos ad vincendum obstinaverat) edebatur, utrisque idem animus ad moriendum destinatus et in prelio potius^j quam in fuga mortem^k oppetere. Nec immerito, utraque enim acies habebat milites celeberrimos, frequentibus preliis exercitatos, corpore strenuos et animo fortes, quales difficile foret in quocunque altero congressu pari virtute adequatos reperire^l, omnes ad supremum certamen accensos. Ab utroque exercitu sub uno tantum^m signo pugnatum est et exercitus quidem regius geminam crucem puniceam in alba sindone insutam pro signo habuit, cuius Petrus de Ritherz miles de domo Bippennium⁵⁷⁰ erat gestator. Exercitus Crucifericusⁿ album et rubeum campum^o diametraliter se || contingentem gerebat pro insigni; huius ferentarius erat Henricus Frankus^p genere⁵⁷¹ in fuga captus, que processu dierum fuit sibi a suis contribulibus^q r⁻frequencius exprobrata^{-r}. Habitus quoque fuisset pro infami, nisi illum litere regie ab huiusmodi nota, pro quibus personaliter regem adibat^s, vindicassent. Rarum quoque certamen adeo clarum inter catholicos et barbaros gestum fuisse memoria nostre etatis proditum est, in quo^t tanta fortitudine, tanta constancia a parte utraque pugnantes pro victoria forent^u adnixi. Et quamvis prefatus^v Coronovien-

HP IV||99

D, O, C, M, S

^a aut captivavit aut egit in fugam *add. M* ^{b-b} *om. M* ^c captivavit *O* ^d egit *O, S* ^e insectabatur *O* ^{f-f} *om. M* ^g *om. M* ^h -que *add. M* ⁱ erant *add. M* ^j mortem *add. M* ^k *om. M* ^l et *add. M* ^m tamen *S* ⁿ campum *add. C, M* ^o *om. C, M* ^p factus *S* ^q contribulis *M* ^{r-r} ~ *S* ^s adierat *M* ^t qua *O, M, S* ^u essent *D* ^v *om. M*

sis triumphus re quidem minor fuit quam Grinfeldensis, verum existimacione periculi et fervore constanciaque certaminis et illic depugnancium palma eciam Grinfeldensi anteferendus.

*Wladislai Poloniae regis benignitas erga captivos
et humanitas erga suos milites*

CAPTI AUTEM FUERE IN EA CLADE atque fuga Michael Kochmeister^a advocatus Nove Marchie capitaneus exercitus Cruciferici^b principalis⁵⁷², Conradus Nyemecz^c de Slesia et multi Sigismundi Hungarie regis curienses: Conradus Elkingar⁵⁷³, Conradus Crukszesz^d in magistrum sancti Ioannis de Lagow postea promotus⁵⁷⁴, Balthasar de Sluwno^{e575}, Hannus^f Lebel^{g576} et multi alii Francones, Slesite, Bavari, Duringi, Bohemi, Renenses^h, Misnenses, Saxones, Swewi; exercitus quoque regius ex^l equis, armis, pecuniis ceterisque spoliis vehementer ditatus. Successum autem tam triumphalem et felicem exercitus regius Wladislao Polonie regi celerrime curavit per Zaklikam de Korzkew⁵⁷⁷ j⁻ militem significare. Qui novitate tam insigni percepta in singultus, suspiria et fletus ruens gracias in Deum agebat immensas et predictum Zaklikam de Korzkew^{-j} bona et felicia sibi nunciantem quingentis marcis remunerat. Sabbato in crastino conflictus⁵⁷⁸ Polonici milites notabilioribus captivis assumptis in certaminis locum descendunt et propriorum atque hostium interfectos collectos curribus^k impositos in^l Coronoviense monasterium^{-l} deducunt et solennibus exequiis celebratis^m omnibus captivis presentibus et suorum atque suam cladem magno eiulatu deflentibus honorifica condunt sepultura. Erat inter desideratos adolescens notabilis Ulricus Erkingarⁿ⁵⁷⁹ adeo locuples, ut pro redemptione sua parum illi foret sexaginta^o florenorum millia^{-o} exolvisse; cuius mors a captivis singulariori deflebatur luctu et quem obtinuerunt singulari humari sepulcro. || Die Dominico ante^p sancte Hedvigis duodecima Octobris exercitus regius de Coronow ducens in suo comitatu captivos et spolia discessit^q et in Bidgostiam^{-q} veniens tribusque^r s⁻ diebus illic^{-s} quiescens

HP IV||100

D, O, C, M, S

^a Kuchmegister O ^b Cruciferi D, C, S ^c Nyemcz M, S ^d Truklcz O, C; recte Trukszesz
^e Glowno M, O ^f Hermanus D, M, S ^g Lebol D ^h Rinenses O ⁱ om. M ^{j-j} om. M ^k turribus-
que M ^{l-l} ~ D ^m celebratur M ⁿ Erlungar D ^{o-o} ~ M ^p festum add. M, O ^{q-q} in Bidgostiam-
que O ^r et tribus O ^{s-s} ~ S

hostilia spolia belligerancium more ex equo parciebatur^a. Post hec feria quarta in die sancte Hedvigis⁵⁸⁰ Iuniwladislawiam ad regem in gravi equorum et curruum multitudine venit. Quem longus captivorum ordo, qui aut in sexaginta quadrigis ob eam rem per regem transmissis aut equis vehebantur aut pedes ibant, velut athletas sequebatur. Apparari autem^b Wladislaus rex^{-b} pro captivis splendidam cenam eorumque mederi et alligari vulnera iubens, certos milites, qui illis ad tabulam sedentibus deservirent, adiunxit. Ad omnes denique suos milites vulneratos Wladislaus rex propria in persona nocte illa cum candelis visitaturus eos in loca, aput que hospitabantur, descendit. Neminem neglectum reliquit, quin foveret antidotis et extolleret verbis (privatum non regem crederes^c ad colligendam gratiam privati hominis in morem nihil negligentem) et omnibus militibus suis pro fortibus actis eorum in prefato prelio ostensis dona regalia liberalissime est largitus. Eodem preterea die cena finita Wladislaus Polonie rex, quam magna evidenti iusticia et equitate sua, quam vero ingenti iniquitate et iniusticia Cruciferice^d cause referte sint^{-d} aput captivos longo sermone disseruit et post hec argutos non recte illos egisse, quod pro causa iniqua^e arma pro Cruciferis^{-e} assumerent, responsum a captivis accepit non se unquam, si Ordinis iniquitatem et regis equitatem nosse valuissent^f, ad infaustum bellum^g descendisse et^{-g} pro Ordine contra regem arma tulisse^h. Feria quinta in crastino sancte Hedvigis⁵⁸¹ captivorum nominibus, condicionibus et dignitatibus conscriptis Wladislaus Polonie rex dato representationis termino et loco singulos captivos pia benignitate remisit, solo Michaelae Kochmeister advocato Nove Marchie excepto, quem rex in castrum Chencinenseⁱ vinctum^j relegavit. Milites autem, qui tam insignem^k retulerunt de hostibus^{-k} triumphum, hos^l constat fuisse^m: Sandiwogius de Ostorrogⁿ palatinus Posnaniensis de armis Nalancz, Matthias de Labischin palatinus Brzestensis^o de domo Bipennium⁵⁸², Petrus de Myedzwyedz^p capitaneus et dux regii exercitus de Antiquo Equo⁵⁸³, Msczugius de Skrzyzn de armis Cignorum, Iacobus Cobylenki de Grzimala, Nicolaus de Powala⁵⁸⁴ multis clarus vulneribus^q, Gniewossius de Dalewicze de Strzegomya, Ioannes Pharurey de Garbow de Szulima, Nicolaus Chran||stowski de Strzegomya, Petrus Ritherski, Ioannes Naschian de Ostrowicze^r, Ioannes Noss de Dobrkow⁵⁸⁵ (omnes hi^s tres de armis Bipen-

HP IV||101

D, O, C, M, S

^a parciebantur S ^{b-b} O ^c credens S ^{d-d} causa referta est M ^{e-e} ~ M ^l potuissent D
^{g-g} descensuros ut M ^h ferrent M ⁱ Chenczynensem C ^j vinctum D, O ^{k-k} ~ M ^l om. S ^m hos
 add. S ⁿ Ostrogok C ^o Brzeszczensis C ^p Nyeczwyecz C ^q om. M ^r Ostrowcze O, M, S
^s ii M

nium), Scarbek de Gory de familia Habdank, Dzik^a de Kadlub⁵⁸⁶, Nicolaus Bielawski de Kozlyarogi^{b587}, Stanislaus Gelitko^c de Doliwa⁵⁸⁸, Bartholomeus Plomikowski^d de domo Wienyawa^{e589}, Zaklika Corzegwiczki^f de Srokomlya, Cristinus Magero de Goworziczow^g de armis Rawa⁵⁹⁰, Ioannes Sczitezski de Doliwa, Dobeslaus Olewinski^h de domo Ostoya, Dobeslaus Okuya de familia Wyenyawaⁱ, Ioannes Rey de Naglowicze de armis Oxa⁵⁹¹, Domaratus Cobylenki de Grimala, Albertus Malski de Nalancz, Dobeslaus Puchala de Wangri de Wyenyawa^j, Thomas Kalski de Rosa, Derslaus Wlostowski^k de Oxa, Alexander Goraiski de Ciphis, Casimirus de Thuchowicz alias de Cunracicze de domo Szgraia^l, Grzymala Zyrniczki⁵⁹², Ioannes Czeluschka^{m593}, Martinus de Wroczimowicze de domo Polukoza vexilifer Cracoviensis, Andreas Brochoczskiⁿ de Ossoria^o, Swanthopelk de Zawada de Vulpibus⁵⁹⁴, Ioannes Grzimalka^{p595}, Budek de Zaborze⁵⁹⁶, Slaka^q de Rudka^{r597}, Nicolaus Borowiecz, Ioannes Lyon^{s598}, quos omnes dignitatis et honoris cause et propter eorum heroicam virtutem factaque forcia nomino, celebritatem^t, famam, decus quoque^u insigne et^v immarcescibilem laudem apud presentes et posteros et in omnium^w qui presencia nostra^x scripta legerint^x, pectoribus pro singulis et unoquoque eorum relicturus. Quod^y prelium demum Cruciferorum^z attrivit hebetavitque superbiam, frementibus contra illos propriis militibus et civibus, quod impia et contra fedus ictum bella gererent, nullam prosperitatem, nisi regiones et substancias quas abstulerant Regno Polonico reformarent^{aa}, habituri. Cuius magnitudo^{ab} celebritas eciam ex hoc maxime potest perpendi, quod post pugnam prefatam Cruciferi et eorum duces nusquam^{ac} contra Polonos iustam pugnam conserere aut aciem instruere in annos multos tumultuariis tantummodo^{ad} ae⁻contenti preliis^{-ae} audebant.

*Ianussius Brzoglowy dolis hostium circumventus castrum Tucholya
pactione inita dedit Cruciferis*

SECUTA FUIT SECUNDAS^{af} RES ad Coronow gestas adversa fortuna. Sabato
HP IV||102 siquidem in crastino sancti Gereonis⁵⁹⁹, altera videlicet die post conflictum, || Cruciferi

D, O, C, M, S
^a om. O ^b Kozlierogi O ^c Jelito M ^d Plenukowski O ^e Wieniewa D, C, S ^f Korzecknicki M ^g Goworziczow O ^h Olewiski D ^{i,j} Wienyewa D, C, M, S ^k Wlostkowski O; Wlastgowski C ^l Zgraia O, M, S; Sgraia C ^m Czelusthka O; Czeluszka C ⁿ Brochoczki O; Brochoczczki C ^o Owssoria O ^p Ioannes Czeluschka *add. inutiliter* D, O, C, S ^q Slanka O, M ^r Ruthka C ^s Lijan C ^t celebritates O, C, M, S ^u om. M ^v om. D, O, M, S ^w omni S ^{x-x} ~ C, M ^y quid S; id O, M ^z Crucifericum M ^{aa} redderent D ^{ab} et *add.* C, S ^{ac} nunquam D, O ^{ad} tantum D, O; tamen S ^{ae-ae} ~ S ^{af} secunda M

castrum Tucholya obsidentes plures homines armis indutos et idiomatis Polonici gnaros, et signanter Dobrzinensem^a quendam militem Nawir⁶⁰⁰, qui proprio rege deserto ad Cruciferos transfugerat^b, coram Ianussio Brzozoglowy et ceteris in castro Tucholya obsessis producunt et ostentant, asserentes se de exercitu regis ante Coronow insignem triumphum retulisse et in signum victoriae prefatos armatos quasi illic comprehensos adduxisse. ^cOrnaverant insuper^c, ut fides relacioni eorum vafre astrui posset^d, prefatum Nawir Dobrzinensem militem rotundo et ex margaritis texto^e, quod Poloni p an th lik appellant, crinali^f et quod fervente certaminis Coronowiensis progressu a Nicolao Powala ex equo deiecto et pene iam capto Almanus quidam detraxerat^g. Ostentant itaque Cruciferi predictum Nawir huiuscemodi^h crinali et armis ornatum Ianussio Brzozoglowy finguntque illum Nicolaum Powalam esse. Verum etsi Ianussius Brzozoglowy crinale, quod monstrabatur Nicolai Powale regii militisⁱ fuisse per signaⁱ agnovisset, querit tamen a Nawir, ut quid esset queque fortuna foret ediceret. Qui se Nicolaum Powala et exercitum regis a Cruciferis^j devictum esse^j mentitus Ianussium Brzozoglowy et in^k crudelitatem eorum omnium^k que Cruciferi commentaverant et in grandem pavorem impellit. Ea etenim^l denunciacione percussus et ignarus cedis de Cruciferis facte, que sibi nocte superveniente a capitaneo regio alia occupatione mentem distinente difficulter poterat intimari, cum hostibus de dimittendo castro Tucholya tractatum^m ingressus paciscitur et impletis pactis castro dimisso cum omnibus qui secum obsidionem toleraverant ad regem inⁿ Iuniwladislawiam venit⁶⁰¹. Intelligens autem exercitum regium magnificum de hostibus retulisse triumphum et se hostium dolis circumventum, in flebiles singultus prorumpens et manu violans discerpensque capitis sui cesariem^o, pudore et dolore nimio^pangebatur, quod vir^p alioquin in bellis exercitatus et discipline militaris peritus tam feda et calida vaficie se permisisset circumveniri et castro firmissimo per collusionem et fraudem spoliari^q, in omni vita^r sua et subsecuta et transacta in nullam tam fedam et sibi turpem a fortuna que illi^s plurimos largiebatur successus precipitatus^t.

D, O, C, M, S

^a om. M ^b transfugerat O ^c et M ^d ornaverant add. M ^e crinali add. M ^f om. M ^g detraxerat S ^h om. S ⁱ om. M ^j ~ S ^k eorum omnium crudelitatem D ^l enim M ^m tractatus M ⁿ om. M, S ^o angebaturque vir add. S ^p om. S ^q spoliatum S ^r siquidem add. M ^s illa S ^t erat add. M

*Poloni ductore Petro Schaffraniecz
praesidium Tucholiense fundunt fugantque*

COLLEGERAT POSTHEC PRUSSIE MAGISTER Henricus de Plawen magnum^a
 HP IV|103 mercenariorum novorum militum ex variis nacionibus et^b linguis numerum^c. || Inter quos
 Eberhardus^d Herbipolensis episcopus⁶⁰², Ioannes dux Monsterbergensis alias Sambiensis
 de Slesia⁶⁰³ precipui habebantur. Qui^e curruum bombardarum ceterorumque bel-
 licorum apparatus multitudine freti ordinacione Prussie magistri et Cruciferorum in
 Tucholam deducti ad invadendum Poloniae Regnum grassabantur, nudatam presidiis
 oram petitori. Qua novitate per exploratores Wladislaus Polonie rex comperta terras
 Maioris Polonie, item^f Wielunensem, Posnaniensem, Lanciensem, Cuiaviensem,
 g⁻ Siradiensem, Dobrzinensem^{-g} movit in expedicionem. Ipse de Iuniwladislawia die
 Dominico ante^h sanctorum Simonis et Iude⁶⁰⁴ egressus facit nocturnum^l, feria vero
 secunda in vigilia sanctorum Simonis et Iude^j venit Bidgostiam⁶⁰⁵, quo iam copie suorum
 militum ex terris predictis convenerant. Deliberacione, quid agi expediret, inita rex in
 Bidgostia se continens exercitum, qui convenerat^k, adiunctis illis sue curie militibus et
 preficiens exercitui sub duodecim signis militanti Petrum Safraniecz^l succamerarium
 Cracoviensem in capitaneum et ductorem, ^m-in terras hostiles transmittit^{-m}. Feria
 itaque tertia in die sanctorum Simonis et Iude⁶⁰⁶ exercitus regius equitum peditumque
 haut contempnenda cohors maiorem quam pro numero speciem gerens ex Bidgo-
 stiaⁿ, Wladislao rege illum^o ad spacium medii miliaris cum suspiriis et lacrimis^p
 prosequente egressus^q, omnibus^r quadrigis et impedimentis, quo expedior foret ad
 singula, in Bidgostiam remissis, celerrimo cursu vastando et incendiando hostilia die
 eodem usque in Tucholya^s pervenit et collocato exercitu in apto^t insidiarum loco
 sexingentos balistarios ad irritandum hostes in Tucholya consistentes transmittit. Quibus
 preda et spolia in pecore agentibus hostes ex Tucholya gravi agmine facto in sexingentos
 Polonorum stipendiarios^u trepidacionem et fugam simulantes propero cursu, non plures

D, O, C, M, S

^a numerum *add. M* ^b *om. C* ^c *om. M* ^d Ebreardus *D, O, C* ^e quin *O* ^f *om. M* ^g *~ M;*
 Dobrinensem *O* ^h festum *add. M* ⁱ in *add. M* ^j Apostolorum *add. M* ^k in terras hostiles transmittit *add. M*
^l Schafraniecz *O*; Szafraniecz *C* ^m *om. M* ⁿ egressus *add. M* ^o *om. C, M* ^p eum *add. M*
^q *om. M* ^r -que *add. M* ^s Thucholiam *S* ^t aperto *S* ^u stipendarios *O*

quam se ostenderant rati, invecti usque ad insidiarum locum pertrahuntur^a. Contra quos regius exercitus signis extensis ex insidiis consurgens ad decernendum properabat. Hostes vero, quamvis numero superiores, conspectu regii exercitus territi admodum omnes in precipitem dilabuntur fugam, quos fugientes Petrus Safraniecz milicie regie capitaneus, licet^b multipliciter a militibus^b rogatus, pares quas struxerat insidias et ipse veritus, longo tempore prohibuit nec nisi discusso metu videns^c hostes effuse nimis cursum in opidum agere, exercitui regio ad persequendum signum dedit. Quos licet tarde, animose tamen usque ad portas opidi Tucholya persecuti, multis cesis atque captis, eciam quinque ho||stium capitaneos, videlicet Ioannem Kolowroth de Czornobusz^d 607, item Zaiecz^e HP IV 104 Ioannem⁶⁰⁸, Henricum^f Malowiecz⁶⁰⁹ Bohemos^g, Hedwarth^h Reydburgⁱ de Slesiaⁱ 610 et Henricum de Zeben^j de Lusacia⁶¹¹ comprehendunt. Castris insuper hostilibus et omnibus curribus eorum ante opidum consistentibus, qui per trepidacionem et festinacionem, pressura eciam fugiencium impediende, in opidum nullatenus poterant^k inferri, exercitus regius potitus magnam predam illic repertam diripuit. Creditum fuit a multis periciam rei militaris habentibus, ^lquod si^l in bono tempore Petrus Safraniecz capitaneus persequendi fugientes licenciam dedisset, clade nimia omnis ille^m hostilis exercitus^m paucis evadentibusⁿ fuisset deletusⁿ. Spectabant dum premissa agerentur^o, Conradus^p Nyempcz^q regius et Ioannes iunior Powala⁶¹² Crucifericus captivi nonnullique alii ex castri Tuchola muro. Visoque^r Conradus Niempcz^s banderio regio^t geminatam crucem ceruleam in campo celestino habente^u pro insigni, fertur ad circumstantes dixisse: „Ex quo hoc signum et hec plachta prolabi^v in fugam ignara^v prodiit, e vestigio contuebimur^w pulcherrimum certancium preludeum”. Videns tandem suos nullo congressu facto fugisse^x adiecit: „Succensetur^y nobis, quod clade Coronowiensi^z ad extremum victi in manus venimus^{aa} victorum, quanto magis his succensendum est, qui solo hostili^{ab} conspectu territi^{ab} nulla necessitate^{ac} acti vertere^{ad} terga. Nos quidem, ut viros decuit^{ae}, ad Coronow pugnanimus virtutisque nostre egregia dedimus semel et secundo et tercio congressi experimenta, hi^{af} sero neque pugne incium libarunt, experti quoque profiteri

D, O, C, M, S

^a protrahuntur O ^{b-b} ~ M ^c om. S ^d Kornobus O; Cornobos C ^e Zachicz M ^f de add. O ^g Bohemus O ^h Hedwarg M ⁱ⁻ⁱ Slesita S ^j Zebend C ^k om. O ^{l-l} quasi S ^{m-m} ~ O ⁿ⁻ⁿ om. O ^o agerent O ^p om. M ^q Niensz O ^r viso quod S ^s Niensz O ^t quod add. M ^u habebat M; habentem S ^{v-v} ~ S ^w continebuntur D, S ^x fuisse O ^y succensetur M, S ^z Coronoviensium S ^{aa} om. S ^{ab-ab} ~ S ^{ac} numerositate S ^{ad} verterunt D ^{ae} docuit O, C, M, S ^{af} ii M

possunt, si quid mucro et ^a-brachium Polonorum^{-a} valent". Fugit tunc inter alios dux Ioannes Monsterburgensis^b et omne notabiliores quidam, vero cum se opidum ingredi desperassent, equis relictis undis se crediderunt, ubi eorum magnus numerus suffocatus interiit pluresque^c extabant aquis quam^d gladio desiderati. Multi denique neque in^e Tucholya se securos rati versus Choiniczam^f velut municionem diffugerant sed et in illa quoque fuga a Polonis persequentibus captivabantur. ||

HP IV||105 *Exercitus Polonicus a Tucholya recedit et rex captivos ad militarem sponsionem dimittit*

NOCTE ADVENIENTE EXERCITUS REGIUS tocius diei labore fatiga et esurie pressus a Tucholya disgrederi cepit, sibi et equis^g victualia in aliquo loco reperturus. Hostium autem spoliis et quadrigis sarcinatus^h et nullo regulatus ductore noctem illam ⁱ-caliginosam nimis⁻ⁱ, cum neque luna pernox esset neque sidera lucerent, hinc inde errans girabat. In diliculo vero agnoscens se nonnisi medium milliare tota nocte illa confecisse^j et a castris Tucholya conspectu nondum abiisse^k, vehementi timore, ne quid hostes in fatigatos lassos et famelicos auderent, ^l-percelli atque^{-l} in Bidgostiam^m regredi cepit. Nebula autem ad multumⁿ diei adeo densa, ut lucis quoque eriperet usum, perdurans metum cuiuslibet periculi submoverat, nam^o illius latebra regius exercitus tectus incolumis Bidgostiam applicuit. Wladislaus interim Polonie rex cum^p per Gniewozium de Dalewicze^q militem ab exercitu ad eum missum^r ^s-agnovisset exercitum eciam suum post felices successus, quibus in hostium pavida fuga potitus est^{-s} propter hibernum tempus et^t spolia hostilibus castris detracta reversurum^u ^v-equo conscenso^{-v} celeriter ex Iuniwladislawia^w versus Labischin et Schubino⁶¹³ gradiebatur, exercitum suum et retracaturus a reditu et ^x-ad obsidendum^{-x}, qui in Tucholam fugerant^y, hostes conversurus. Quamvis autem properanter ivisset^z, tardiuscule tamen venit, exercitu iam in

D, O, C, M, S

^a a gladio Poloni D ^b Mensterburgensis O; Minsterbergensis M ^c om. M ^d que add. M ^e om. D, M ^f Choinica M ^g equos M ^h caliginosam nimis add. S ⁱ⁻ⁱ om. S ^j confecisset O ^k abiisset O ^{l-l} percussus est itaque M ^m Bydgoszcz S ⁿ matutinum S ^o quoniam O, C, M; quod S ^p om. D, O, C, S ^q Daleowicze M ^r misso D, O, C, S ^{s-s} post felices successus quibus in hostium pavida fuga potitus est exercitus suus etiam illum agnovisset D, O, C, S; partim add. M ^t partim ob add. M ^u om. M ^{v-v} om. S ^w equo conscenso add. S ^{x-x} ab obsidendis O ^y fugierant O, C ^z ivissent M

varias partes divertente, nec ullatenus ^a poterat illum ^a multipliciter dispersum adunare ^b. Quapropter regredi unde venerat diffiniens, prandio in die Omnium Sanctorum ⁶¹⁴ in Schubino et nocturno in Labischin facto, die Dominico in crastino Omnium Sanctorum ⁶¹⁵ Iuniwladislawiam ^c regressus est ^c ⁶¹⁶. Ad cuius conspectum multitudo omnis captivorum ante Tucholam captorum feria secunda post ^d Omnium Sanctorum ⁶¹⁷ adducta est. Aput ^e quam rex itidem causam habere semper iustissimam, cum pars ^f adversa Cruciferorum iniqua uteretur astruxit, conscriptis quoque ^g captivorum nominibus et dignitatibus universos ad simplicem militarem sponsionem, consignato eis representationis die ad loco, dimittit cum uno ^h tamen ⁱ ex illis Ioanne Zaiacz ^j Bohemo verba facit: „Curiensem te — inquit — et familiarem nostrum inficiari non va||lens, quo pacto ^k pro hostibus meis Cruciferis contra me arma tuleris, edissere ^l et facinus, quo in nos usus es, refelle”. Ad hec Zaiacz: ^m „Non abnuo, piissime rex, me tue maiestatis et curiensem et servitorem esse, sed quod te neglecto ad hostes tuos Cruciferos transiverim, condicio animositatis mee, qua vir audax et impavidus alias ^r a ^b ^k sum et estimor, transire honestius duxi ad partem deiectam et prostratam. Audivi enim triumphos tuos celebres frequenter de Cruciferico hoste ⁿ relatos et si me contulissem in tuum solacium ^o, consolatrix mea (Zophiam reginam ^p Bohemie Venceslai ^p regis consortem notans) improperiis me obruisset, quod metu pugne ad te, cui cesserunt hactenus felices victoriae, declinasset. Ivi itaque ad eos, quibus parum secunde res erant, animositatem meam ^q quemadmodum evenit ^q demonstraturus, quoniam ^r Theutonicis fugientibus ego fugere turpe ratus in tue milicie manus deveni ^s, fac igitur mecum ut libet”. Interrogatus deinde a rege, quid de se captivo et curiensi et familiari victorem dignum censeret statuere „Quod — inquit — tibi tua suadet ^t clemencia, qua in devictos usus, victoriam videris in tuum favorem obligasse”. Tam faceta responsione rex plectus eum ut ceteros ad sponsionem militarem dimittit.

HP IV||106

*Polonici milites et praesidium Tucholiense litteras inter se
ultro citroque dimittunt*

INTEREA MILITES CURIENSES REGII, qui cladem in hostes aput ^u Tucholya ediderant, scribunt duci Ioanni Monsterbergensi et omnibus Cruciferorum ^v stipendiariis ^w

D, O, C, M, S
^{a-a} ~ S ^b adiuvere M ^{c-c} regreditur O ^d festum add. M ^e ad M ^f penes S ^g -que D, S
^h ullo S ⁱ om. O ^j Zaiacz O ^k facto M ^l edidisse M ^m Zaiacz O ⁿ ordine O, M ^o auxi-
 lium M ^p P ~ C, M ^{q-q} ~ M ^r quam D, S ^s adveni C ^t et add. M ^u om. M ^v Cruciferi-
 cis O ^w stipendiariis O

in Tucholya agentibus gravibus et disertis ornatam verbis epistolam eamque per aroldum transmittunt dura requisicione illos monentes, quatenus iuxta ius et observanciam militarem omnia arma, equos et insignia bellica et signanter pallia arma tegencia, que wap on roki vocantur, cum quibus in aciem prodierant, eis reddant ad eos velut^a victores devoluta^b, ex quo in campum ad decernendum progressi et nullo certamine edito in fugam versi plus quam victi debeant estimari, nec fugacem^c arma decent sed virum, audens quoque armatus^d e⁻prodire in aciem^{-e} teneatur iure, si fugiat, arma tradere victori. Acceperunt autem^f ab illis^g responsum, quod^h pro omni tempore cure fuit eis proprius honor neque unquam credunt illum se alicuius fuge turpitudine contaminasse, defensuriⁱ militari more honorem suum in regum et principum curiis et in^jculpacionem suam atque vituperium manu armata purgaturi. Offerebantque^j k⁻pro sue^{-k} innocencie declaracione in distantissimis locis curias pugne atque duelli, tanquam hi^l, qui fugam suam^m aliter nisi arrogantibus et nudis verbis honestare non poterant, Polonorum militibus eos in Alexandri ducis magni Lithuanie, item ducum Masovie Semoviti, Ianussii et Boleslai curias evocantibus et omnem pollicentibus securitatem. Illis a contrario Francie, Anglie et Hispaniarum atque Napulieⁿ regum curias Polonie militibus nominantibus, ut pudorem suum qualicunque colore cohonestarent. Quas etsi Polonie milites acceptatum^o iri contigisset, non servassent tamen Cruciferorum stipendiarii^p oblata^q, sed novo excusacionis fuco opposito^r illa^s corrupissent^t.

Polonici castra Sthum et Morang Cruciferis dedunt

HENRICUS DE PLAWEN PRUSSIE MAGISTER animadvertens conatus suos, quibus cum exercitu stipendiariorum^u et suarum gencium terras Regni Polonie invadere destinaverat, propter fortem et constantem Polonorum resistenciam recidissee in irritum, exercitum ex Pomerania amovens in Prussiam ire pergit et castrum Sthum^v, quod per Andream Brochoczki^w tenebatur, obsedit, dampna ingencia et continuas infestaciones et molestias^x, que castro Marienburgensi propter vicinitatem gentes regie inferebant, ex eo

D, O, C, M, S

^a tamquam *M* ^b devolutos *D, O, S* ^c fugam *M* ^d om. *S* ^{e-e} ~ *M* ^f om. *S* ^g eis *M* ^h quid *M*
ⁱ defensori *C* ^j ferebantque *O* ^{k-k} ~ *M* ^l ii *M* ^m sunt *S* ⁿ Neapuliae *O, M* ^o acceptaturum *S*
^p stipendiarii *O* ^q oblatas *M* ^r opposita *S* ^s illas *M* ^t corrupisset *O* ^u stipendario-
rum *O* ^v Shtow *O* ^w Brochoczki *C* ^x contumelias *C*

aversurus. Quod dum sex hebdomadis continua impugnatione nulla spe mollicioni respondente vexasset, contigit casu-ne, incertum est, an tradimento turrim castris maioris supra portam sitam cum pulveribus^a, telis, propugnaculis et victualibus, que in ea condebantur, conflagrari. Ex quo apud obsessos desperatione^b in dies crescente^b de castro dedendo, non aliter imminens periculum evasuri tractatum cum magistro ineunt non secus^c tamen illum nisi rege^d consulto et iubente^d consumaturi. Duobus itaque militibus Canimiro^e et Goli Ian⁶¹⁸ sub magistri Prussie consensu et conductu ad regem in^f Iuniwladislawiam missis, quis^g infelix^h casus in turris^h et propugnaculorum exustione acciderit qualeque eos periculum, si resistereⁱ perseverent manetⁱ exponunt. Permittente autem et iubente rege pacti prius, ut eis cum equis armis et quibuslibet rebus in columbis abire liceat, non castrum tantummodo Sthum sed et castrum Morung^j cui par periculum iminebat magistro et Ordini resignant^{k619}. HP IV||108

*Magistro Prussiae a castris Radzin oppugnatione reiecto
oppidum captum a Polonis incenditur*

NOVOS ET MAGNOS AUSUS HENRICUS de Plawen Prussie magister^l ex duorum castrorum cessione adeptus tertium castrum videlicet Radzim simili obsidione coarctat et sex hebdomadis illud continua bombardarum proiectione impugnat. Gentibus autem regiis probe illud defendentibus coactus est ab eius obsidione cum pudore resilire, magnam suorum vulneratorum quantitatem in opido Radzim medendi gracia relinquens. Non poterat hoc milites regios^m qui castrum Radzim observabantⁿ latere, quapropter nocte subsequenti velocem ad alias regias gentes in^o presidio castris Brodnicza^o consistentes nuncium^p rogantes quatenus eis veniant^q celeriter in succursum, destinant^r, oppidum Radzim et substantiam eius cum gentibus, que in eo a Cruciferis erant tum pro defensione tum pro medela derelictae facili^s invasione occupaturi^s. Quorum petitioni gerendo^t milites ex presidio Brodnicensi, videlicet Albertus Malski, Dobeslaus Puchala et alii plures, morem^u in tempore

^{D, O, C, M, S}

^a vulneribus *M* ^{b-b} ~ *M* ^c sesus *D, O, M, S* ^{d d} ~ *S* ^e Kasimiro *O* ^f *om. M* ^g quam *M*
^{h-h} ~ *M* ⁱ⁻ⁱ perseveraverint maneat *M* ^j Morangk *O*; Morag *M* ^k resistant *S* ^l *om. S* ^m *om. O*
ⁿ observabat *S* ^{o o} castris Brodnicza praesidio *M* ^p destinant *add. M* ^q venia *S* ^r *om. M*
^{s-s} ~ *C* ^t morem *M* ^u *om. M*

et hora^a de quibus inter eos convenerat adveniunt. Quorum^b comperto adventu milites ex castro Radzim propere descendentes opidum Radzim^c in valva, que respicit ad^d castrum, invadunt et militibus Brodnicensibus coniuncti vicissitudinariis viribus portam et valvam civitatis civibus et gentibus Crucifericis^e nequicquam resistentibus concuciant et dirumpunt. Posita autem erat in ore valve magna bombardam, quam sacerdos unus civibus suis, quorum magna pro repellendo impendenti periculo concurrerat^f ad portam multitudo, succursurus preoccupato alterius officio incendit. Que suo impetu in medium civium ruens quatuor et viginti ex civibus, ex gentibus vero regiis tres tantummodo extinxit. Eo malo cives et gentes Cruciferice deterriti defensionem intermittunt et gentes regie civitatem occupant et omnibus eius fortunis et spoliis pociuntur, spoliatam in cinerem redigunt et multis mortalibus ex stipendiariis^g Cruciferorum et civibus Radzi-
miensibus^h captivatis leti atque incolumes ad castra sua revertuntur⁶²⁰.||

HP IV||109

*Thorun et Gdansk violata regi fide,
a civibus sponte sua inito prius pacto
magistro Prussiae deduntur*

CONFECERATⁱ PRUSSIE MAGISTERⁱ Henricus de Plawen sub tempore, quo^j ad castri Radzim^k obsidionem steterat, cum civibus de Thorun et Gdanko dedicionem^l, obedienciam et fidelitatem regiam professis de dedendis sibi prefatis civitatibus clandestinum tractatum et^m suapte in id proclivosⁿ dedi sibi prefatas civitates persuasit. Castri itaque Radzim obsidionem solvens exercitum versus Thorun traducit utraque civitate iuxta diffinitum potiturus. Cives interim Thorunenses et Gedanenses^o dolos suos^p et perfidiam suam^q palliaturi ad Wladislaum Polonie regem legacionem mittunt: Thorunenses quidem^r per Albrecht Roth^s civium magistrum⁶²¹ et Petrum Scheligam⁶²², cives vero Gdanenses per literas^t significantes Prussie magistrum Henricum ad obsidendum^u eos prope diem venturum fore et petentes sibi et civibus^v defensionem impendi. Quibus Wladislaus Polonie rex benigne respondens bono et constanti animo eos esse, bene quoque

D, O, C, M, S

^a die *add.* C, M ^b quo O ^c Radzin O ^d *om.* M ^e *om.* S ^f concurrebat D ^g stipendiariis O
^h Radzinensibus O ⁱ *~* M ^j quod M ^k Radzin O ^l ditionem D, C, S ^m eo S; *om.* C ⁿ proclives
D, M, S ^o Gdanenses C ^p *om.* D, O, S ^q *om.* M ^r quod O ^s Roch D, S ^t literam O
^u obsidendos S ^v civitatibus M, O; suis *add.* M

omni circumscripto pavore sperare iussit, offerens se efficax suffragium et defensam utrique civitati ^a tempestive praestaturum ^a „Stetis — inquit — vos in vestris edibus pacifici, ^b mihi tantummodo ^b et meis militibus ^c turres et ^c menia linquite ^d. Crastina die hinc egressus ad vos cum quinque octo et decem millibus ^e et quantis opus ^f sensero equitum ^g propere contendo. Navium interim, quibus Vislam superem, agitate curam”. Ea responsione Thorunenses accepta a rege discedunt et ad suos reversi regiam optime dispositam referunt mentem. Rex autem dando ^h ⁱ responsioni suae ⁱ virtutem in crastinum cum omni curia sua ^j in Gniewkow ⁶²³ devenit, quem priores Thorunenses nuncii ibidem ^k conveniunt. Quibus visis sciscitari sollicitate ^l ab eis ^m cepit haberent-ne pro eo et gentibus suis naves paratas. Qui questione silencio absoluta asserunt se novam legacionem ad eum detulisse. Quibus dicendi ⁿ potestate facta ⁿ „Venimus — inquit — rex illustrissime, ad te civitatis nostre nomine tibi ^o significaturi nos ea angustia pressos esse, ut si ad crastine diei solis occasum laboranti civitati nostre succursum non tuleris, scias nos civitatem magistro tradituros”. Cui legacioni respondendo rex „Antequam — inquit — crastini solis veniat occiduum suffragaturum me vobis, dummodo vos prestetis navigium, polliceor”. Tum illi non amplius perfidiam suam intelligentes posse celatum iri „Iam certa — inquit — pacta cum magistro, que rescindere fas non est, inivimus, die crastina sibi ^p civitatem tradituri ^p”. Accendisset ^q tam patens perfidia alium in ingentem bilem || Wladislaus tamen rex nihil ea motus pia mansuetudine exprobrare tantummodo legatis contentus illos corripit „Heccine ^r — inquit — est fides vestra, hocce iusiurandum, heccine sponsiones, quibus vos mihi addixistis, quorum omnium obliti non erubuistis pacisci cum hoste meo”. Illi facinoris conscii nedum aliquid respondere sed neque mutire ausi, eciam gestu et oculis in terram deiectis scelus fatebantur. Et quamvis a consiliariis suaderetur regi, ut Thorunensium legatos velut perfidos et fidefragos ^s dampnare capite iussisset documentum non inulte ^t perfidie futuros, at rex ut erat benignus et mitis, negat se fidem suam secutos ^u legatos violari ^u debere, prestancius asserens Thorunensium et Gdanensium sibi quam suam illis fidem defuisse. Redeuntibus nunciis, Thorun et Gdansk ^v in dicionem magistri, nulla necessitate cives impellente, tradite sunt. Qui e vestigio castrum Thorunense, quod a presidio

HP IV||110

D, O, C, M, S

^a a tempestive praestaturum D; temptavisse praestaturum O; ~ S ^b b ~ S ^c c om. M ^d d et turres add. M ^e e equitum add. M ^f fuerit add. S ^g g. h om. M ⁱ i ~ O; dando add. M ^j j om. S ^k k itidem O, S ^l l om. M, S ^m m sollicitate add. M, S ⁿ n ~ S ^o o om. S ^p p ~ M ^q q ascendisset D, O, S ^r r -ne add. O, C ^s s fedifragos C, M ^t t inutile O ^u u ~ O, M, S ^v v Gdansk D

regio tenebatur, circumvallat, militibus tamen regiis virili constancia illud tuentibus et crebras excursionses et strages in obsidentes edentibus nullatenus poterat^a illius conquisicione potiri.

*Wladislaus rex ecclesiam Gnesnensem
et Corporis Christi extra Posnaniam visitat
et collecto rursus exercitu Pomeraniam vastat*

THORUNENSIUM ET GDANENSIUM ^b-civium perfidia ^{-b} Wladislaus Polonie rex illusus ex Gniewkow in ^c Iuniwladislawiam reversus est. Voto autem suo, quo se pro honore Divinissimi Sacramenti monasterium Posnaniense ^d visitaturum ante conflictum magnum astrinxerat ^e, satisfactorius ex ^f Iuniwladislawia per Strzelno ⁶²⁴ et Qwyeciszow ⁶²⁵ in Trzemesznan ^g ⁶²⁶ pervenit. Abinde ^h vero pedibus pro Dei et sancti Adalberti reverencia Gnesnam adiit. Ex Gniezna in Pobiedziska ⁱ ⁶²⁷ venit, abinde quoque pede iter usque ^j Posnaniam ad ^k monasterium Corporis Christi confecit. Quo cum feria secunda in vigilia sancte Catherine ⁶²⁸ pervenisset, tribus diebus illic exactis ^l ^m-religione et voto cum magna devocione ^{-m} perfunctus, per eadem qua venerat loca Iuniwladislawiam ⁿ ⁶²⁹, sua presencia Regnum Polonie ab hostibus protecturus, rediit ^o novaque vocacione terras Maioris Polonie, item Siradiensem, Lanciensem, Cuiaviensem, Dobrzinensem in Prutenicam expeditionem commovet ^p. Ad cuius imperium dum exercitus predictarum terrarum Iuniwladislawiam convenisset, in Pomeraniam illum ^q, preficiens exercitui San||divogium de Ostrorog palatinum Posnaniensem, transmisit ^r. Quam ingressus opidum Nowe conquirat, vastat et incendit. Universa deinde Pomeranie ^s-conquisicione castorum et civitatum hostilium et que defecerant intermissa ^{-s} in longum ^t-et in latum ^{-t} spoliis et incendiis pervastata, dum hostes pugnandi copiam non facerent, onustus et gravis hostilibus spoliis ad propria incolumis rediit. Cum autem hibernali bello pars utraque lassata quiescere optaret, treugas interponi placuit. Ad quas componendas cum Petrus Safraniecz succamerarius Cracoviensis in Thorun missus illas conficere

HP IV||111

^{D, O, C, M, S}
^a poterant *M* ^b ^b ~ *M* ^c *om. M* ^d Posnaniae *D, M* ^e obstrinxerat *D* ^f et *D, C, S* ^g Strzemesznan *O* ^h deinde *M* ⁱ Pobyedzysky *C* ^j ad *add. D* ^k *om. S* ^l ac *add. M* ^m ^m cum magna religione, voto, devocione *M* ⁿ rediit *add. M* ^o *om. M* ^p commovet *O* ^q transmisit *add. M* ^r *om. M*; transmittit *O, S* ^s ^s post vocem pervastata *M* ^t ^t latumque *M*

nequiret, pro die tamen ^aConceptionis Sancte Marie ^a630 in opido Raczansz conventum regis et magistri pro ^bstabiliendis ^ctreugis et ordinat et indicit ⁶³¹.

Stiborius de Stiborzicze, qui iussu regis Hungariae in Poloniam irruptione facta oppidum Veteris Sandecz et suburbana Novae Sandecz ac aliquot pagos exusserat, magna parte exercitus sui amissa aegre fugit in Hungariam

SUB IDEM TEMPUS STIBORIUS de Stiborzicze ^dTransilvanensis ^epalatinus cum duodecim banderiis gencium Sigismundi Hungarie regis ex Bohemis, Moravis et Australibus collectarum (Hungari siquidem federis, quod illis cum Polonis quasi sacrosantum et sempiternum est, memores neque cogi neque perlici in arma poterant ⁶³²) fines Regni Polonie per Szramowicze ⁶³³, gentibus regiis que Novam Sandecz observabant tedio et longa quiete in edes proprias dilapsis, ingreditur ^f et opidum Veteris Sandecz ⁶³⁴, Nove vero suburbium cum aliquot villis exurens et spolians citato agmine in Hungariam per fluvium Poprod ^g635 versus Muszinam ⁶³⁶ via montuosa et difficili regrediebatur. Ideo autem Sigismundus Hungarie rex invasionem ^hPolonie Regni ^h per Stiborium fieri procuraverat, ut pro quadraginta florenorum millibus a magistro et Ordine receptis declararet se sue diffidacioni regi et Regno Polonie facte satisfacisse et ⁱmagistro et Ordini ^jeum vehementer pro defensione sua ^k et in Regnum Polonie ^lhostilitate ^mstimulantibus ^l ostenderet se sua pollicitacione duodecim banderiorum contra Polonie Regnum expedicione perfunctum esse. Non tulit autem gens regia ad tuendum fines regni relicta id probrum hancque iniuram, sed precipiti concursu ⁿ conveniens ^o Stiborium et eius exercitum sequebatur. Fuerunt autem in gente regia hi principales: Stiborius ^pepiscopus Agriensis ^p cum germano suo ^q637, item Spytek Iaroslowski ex propriis gentibus HP IV||112 habens banderium, item Ioannes Szekoczki ^r castelanus Lubinensis, Ioannes Valach de Chmielik ^s638 ^t et alii ^t. Quem iam Alpes ⁶³⁹ transgressum prope Bardiow ^u640 con-

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ D ^b constituendis et add. M ^c eiusmodi add. M ^d Stiborzicza D, M, S ^e Transilvaniae M ^f om. M ^g Poproth C ^{h-h} ~ M ⁱ ut add. M ^j ordine O; qui add. M ^k om. D, O, C, S ^{l-l} hostilitatem stimulabant M ^m hostilitatem O, S ⁿ cursu O, S ^o convenimus M ^{p-p} ~ M; episcopus Aggrigensis C ^q om. M ^r Szegoczky C ^s Chmielnik M ^{t-t} om. S ^u Bardniow O; Bardnyow C

secuta^a illum et exercitum eius multo se superiorem invadit. Certatum est autem^b aliquanto pugna acerrima et multitudine contra paucitatem prevalente spectare in fugam Poloni ceperant^c, nisi Bohuniek⁶⁴¹ Caspar⁶⁴² et Dalibor⁶⁴³, qui ducebant ordines, preliis in aliquot locis restitutis turpem fugam inhibuisset. Prelio itaque reintegrato, quamvis Stiborius numero^d Polonis^e et^f robore^g superior foret^h, ad extremum tamen Stiboriusⁱ conflictus et debellatus in Bardiow^j refugit, exercitu suo in parte maiori aut capto aut ceso⁶⁴⁴.

*Memoranda clades Livonitarum in auxilium
magistro Prussiae venientium*

SABBATO IN VIGILIA SANCTI ANDREE Apostoli Wladislaus Polonie rex ex Iuniwladislawia discedens⁶⁴⁵ die Dominico in Brzescie pervenit⁶⁴⁶. Quo illic degente^k insignis iterum^{-k} illi et famosa de Cruciferis provenit victoria. Magister siquidem Livonie Hermanus de Withkinsemth⁶⁴⁷ forti et numero^m ex variis nacionibus collecto exercitu, magistro Prussiae solaciaⁿ laturus^o Prussiam advenit. Robore autem tocius exercitus sui in Golub^p, ut facilius Dobrzinensem terram ex vicinitate posset affligere, transmisso ipse in Marienburg cum paucis divertit. Quo^q gentes regie pro presidii in Bobrowniki et Rippin locate cognito^r deductis ex utroque presidio militibus, parum iustum congerunt exercitum. Quem Dobeslaus Puchala nobilis de domo Wyenyawa ducendum et regendum suscipiens versus Golub^s frequenciam illic^t hostilem sciens^u consistere intrepidus ire pergit. Quo cum pervenisset, dispositis in loco apto Dobeslaus Puchalya insidiis, agmen militum ad inferendum dampnum^v pecusque abigendum versus portas opidi transmittit. Id dum universum gregem ex opido in pascua egressum patratris dampnis et incendiis abigeret, Livonitarum exercitus in armorum splendore et frequens in numero et virtute de opido exiliens Polonorum agmen pavorem et fugam simulans, quousue ad insidiarum locum perventum foret, insectabatur.

D, O, C, M, S

^a consequutum *D* ^b *om. D, O, S* ^c coeperunt *M* ^d et robore *add. M* ^e Polonus *D, O, C, S* ^f *om. D, O, C, M, S* ^g *om. M* ^h esset *M* ⁱ *om. M* ^j Bardniow *O*; Bardnyow *C* ^k *k* ~ *M* ^l Vitlumsemch *D*; Winthkymseuth *C*; Vitkinschemth *M, S* ^m numero *M* ⁿ auxilia *M* ^o in *add. M* ^p Golob *S* ^q agnito *add. M* ^r agnito *O*; *om. M* ^s Golob *S* ^t *om. D* ^u illic *add. D* ^v damna *M*

Continuo autem regius exercitus ex insidiis prodiens et in terga hostilia^a ruens hostes cedit^b prosternit et profligat^b. || Neque^c nimio pavore percussus^d resistenciam qualemcunque opposuit, sed in fugam continuo dilapsus in opidum redire festinabat^e, regio exercitu in suis tergis herente. Nec minor erat in opido et muris trepidacio, ex qua verentibus civibus, ne in opidum victores cum victis irrupissent, nondum medietate suorum ingressa portas obcludunt. Cadebant autem plures ex hostibus, cum fugiendo propellarentur a Polonis et se ipsos mutuo collidebant. In ipsis denique portis gravior orta est compressio et unoquoque alterum^f premente et prevenire conante, impediabatur hostium fuga et frequencior proveniebat collapsorum interitus. Quapropter maior Livonici exercitus medietas ab ingressu opidi exclusa in exercitus regii captivitatem, quamvis illo quadruplo superior existeret, precibus eciam adiectis se ultro subiecit^g. Captivantur itaque fratres de Ordine plurimi, item milites insignes et armis detractis ducuntur a regiis militibus vinculati. Vix credibile dictu, captivi eos qui capiebant numero quadruplici excesserant, adeo omnem sensum territis excuciente fortuna, ut nec hostium paucitatem nec suorum multitudinem satis prospicerent. Ceperat siquidem hostes ante et post cladem ea credulitas^h alium capitaliorem exercitum regis silvis et nemoribus clausum esse et eum, a quo capti erant, comitari. Eoque respectuⁱ delusi^j et in fugam^j abierant et precario se captivitati subiecerant. Unde cum per gentes regis versus Rippin ducerentur, quonam locorum capitalior^k exercitus regis^k consisteret et an^l se secuturus^l foret, assidua questione suos ductores pulsabant. Gentes vero regie periculum, si verum faterentur, a captivis verite fortem et capitalem exercitum in propinquo suo comitatu semper esse et fuisse captivis^m astruunt et ex certis respectibus nondum in publicum prodiisse, talibusque terroribus et figmentis captivos distentosⁿ in Rippin perducunt. Tum quoque primum captivis in vincula coniectis non ampliorem fuisse exercitum^o regium quam^o qui eos profligaverat^p et vinctos duxerat^q edicunt. Quo audito captivi in miserabiles singultus et lacrimas prorumpunt, publica et sonora voce professi non nisi propter iniustum, ad quod venissent, bellum in tam miserandam sortem eos prolapsos fuisse et ulcionis Divine gladium ob impia^r bella eis^r occurrisse^s, postquam tanta eorum multitudo paucitati vix ferende succubisset, quam poterat et ad

HP IV||113

D, O, C, M, S

^a hostilium M ^b b ~ S; hostium enim exercitus add. M ^c om. M ^d neque add. M ^e destinabat O
^f alium M ^g adiecit O ^h crudelitas S ⁱ despectu S ^j om. S ^k k ~ M ^l l ~ S ^m captis S ⁿ om. S
^o regiumque S ^p profligaverit D, O, S ^q duxerit D, O, S ^r r ~ S ^s occurrisset O

valvas opidi Golub^a et exposit^b, cum duceretur, sua numerositate et hostium paucitate discussa trucidasse. Ex Rippin deinde omnes captivi in Wladislai^c regis conspectum in Brzescie⁶⁴⁸ adducti sunt, qui de tam sublimes dono^d graciaram accionibus^e in Deum exolutis omnes milites et fratres de Ordine || item omnes cursores^f quod homines ambigue fidei estimabantur^g turribus inclusit. Ceteros vero militares homines, sacramento ut se representarent addictos, ad simplicem dimittit sponsonem.

Wladislaus rex colloquio cum magistro Prussiae in Raczansch habito ictoque cum Pruthenis unius mensis spatio foedere, Prussiam reliquit

CONCEPCIONIS SANCTE^h MARIE die Wladislaus Polonie rex ex Brzescie egressus⁶⁴⁹ conventum cumⁱ Prussie magistro⁻ⁱ acturus in Raczanz advenit⁶⁵⁰. Cumque et magister Prussie^j Henricus de Plawen^{-j} habens in^k comitatu suo^{-k} Eberhardum^l episcopum Herbipolensem⁶⁵¹ et comitem atque militarium magnam catervam a Wladislao^m Polonie rege^{-m} comiter exceptus cum omnibus suis ad cenam invitatus et magnifice tractatus atque honoratus est. Ubi predictus magister Henricus inter cenandum in familioremⁿ sermonem cum Wladislao rege resolutus, ea verba cum illo habuit: „Contulerat — inquit — tibi, illustrissime rex, Deus et fortuna vice triplici tempus^o, licet illo uti nesciveris, aptissimum^p, in quo castrum Marienburg conquirere et terras Ordinis perpetuo possidere facile potuisses. Primum quidem erat, dum predecessores meum Ulricum Prussie magistrum et omnes eius copias cede magna usque ad interneccionem^q confluxisti, nam si die altera aliquot gencium banderia ad castrum Marienburgensis obsidionem transmisisses, fuisset e vestigio^r dicioni tue^{-r}, cum paucissime et he^s infirme^t et imbecilles gentes aput illud consisterent, consignatum; secundum, si opido Marienburgensi conquisito castrum quoque impugnatum iri perrexisses, quoniam^u per foramen inter^v Vislam et castrum^{-v} positum nondum a nobis per trepidacionem obstructum^w castrum gentes tue^{-w} irrumpere potuissent; tertium si

D, O, C, M, S

^a Golup C ^b postea M ^c Poloniae add. S ^d domo O ^e actionis O ^f curszones D, O, M, S ^g existimabantur S ^h Beatae S ⁱ ~ O, C ^j ~ M ^k ~ M ^l Hebreardum D, S; Ebrehardum O ^m ~ M ⁿ familiarem D ^o aptissimum add. M ^p om. M ^q interneccionem O ^r ~ M ^s om. C, M ^t infimae D, O, S ^u cum S ^v ~ M ^w ~ D, O

obsidionem castris Marienburgensis continuasses tantummodo diebus quindecim ^a-ea enim ^a-eram inedia ^b-et fame afflictis ^b, quod pro ea multitudine, que castrum tuebatur, non nisi duos mutones ^c vivos et tres pernas lardi habebamus, panis insuper defectu oppressi et ob id dissenterie languore admodum vexati nullatenus ulteriorem obsidionem, si perseverasses, tulissemus". ^d-Wladislao autem rege ^d respondente nihil posse aput mortales absque Dei nutu universa provida ordinacione gubernantis accidere ^e, cena soluta est. Habiti deinde fuere in crastino super treuga indicenda varii tractatus, que cum concludi non posset, soluto conventu et Wladislao rege in Brzeszcze ⁶⁵², Prussie vero magistro Henrico in Thorun || redeuntibus, novo tractatu per Petrum Saffraniecz succamerarium Cracoviensem interposito, treuga ad unius ^f-tantummodo mensis ^f spacium accepta est ⁶⁵³. Qua confecta Wladislaus Polonie rex ex Brzeszcze egressus per Przedecz ⁶⁵⁴, Lanciam et Lowicz ⁶⁵⁵ in Wiskitki ⁶⁵⁶ pervenit et a Semovito duce Masovie et consorte sua germana regina ^g Alexandra ⁶⁵⁷ et quinque filiis eorum comunibus Semovito ⁶⁵⁸, Wladislao ⁶⁵⁹, Alexandro ⁶⁶⁰, Troydeno ⁶⁶¹ et Casimiro ⁶⁶² magna charitate et honore exceptus et habitus est. Post dies autem quatuor, quibus ^h-ferarum venacioni ^h operam dederat, ex Wiskitki digressus per Oszuchow ⁶⁶³ Bandkow ⁶⁶⁴ et Stromiecz ⁶⁶⁵ Iedlnam perveniens Nativitatis ⁱ-Christi illic ⁱ ^j-festos dies ^j egit.

HP IV||115

ANNUS IS NON APUT POLONOS SOLUM SED et aput finitimos socios hostesque memorabilis Cruciferorum magna cede, qua et virtus illorum et superbia domita est, diesque triumphis quotannis habetur celebris et propter ^k ^l-plures alios ^l triumphos ex eisdem ^m circa Coronow, Tucholya et Golub et de gentibus Sigismundi Hungarie regis ⁿ circa Bardyow ^o relatos ^p.

*Mors Petri Wisch episcopi Cracoviensis et papae Alexandri quinti
ac electio Iohannis vicesimi tertii*

PETRUS VISCH CRACOVIENSIS EPISCOPUS post peractum ^q aput Pisas concilium, Sepulcro Christi visitato, Cracoviam languens ^r propter ^s-nimiam laxacionem ^s et

D, O, C, M, S
^a-a etenim S ^b ^b ~ M ^c motones O ^d ^d ~ M; perseverante et add. O ^e om. M ^f ^f ~ M
^g regina S ^h ^h ~ S ⁱ ⁱ ~ M ^j ^j ~ S ^k propterea S ^l ^l ~ M ^m eodem D, O, C, S
ⁿ relatos add. M ^o Barduiow O; Bardnyow C; Bardyow M ^p om. M ^q pactum O ^r languescens S
^s ^s ~ M

exinanicionem^a apud Venecias sumptis medicinis contractam^b reversus est^c. Nec ab illo tempore integre sanitatis vigor poterat illi refundi⁶⁶⁶.

ALEXANDER PAPA QUINTUS natione Grecus ex Candia ordinis Minorum frater cum parvo tempore et vix anno uno in papatu sedisset, apud Bononiam moritur et in fratrum Minorum monasterio Bononie sepelitur. Post cuius obitum cardinales conclave ingressi Balthasarum de Kossa^d cardinalem^e a stipendiariis, qui sub ductu et auspiciis eiusdem Balthasaris cardinalis militabant, rogati, requisiti et minarum terroribus, quibus illis, si secus facerent, extrema omnia proventura scirent, impulsus^f in papam eligunt^f, qui Joannes vicesimus tercius^g appellatus est, a plerisque, quod predecessorem suum Alexandrum veneno sustulerit, insimulatus, cum Gallicana et Hispanica ecclesia Petrum de Luna^h pro papa^h tunc tenuerit. Mors autem prefati Alexandriⁱ eo ordineⁱ scribitur provenisse^j, nam dum officiales Ladislai^k Sicilie regis per Balthasarum cardinalem sancti Eustachii et Paulum de Ursinis⁶⁶⁷ ex urbe depulsi forent et Roma Alexandro subiecta esse cepisset, Alexander ipse et cardinales omnes novo huiusmodi ad se, dum Pistorie^l agerent, perlato, Romam redire estuabant. Quod Balthasar cardinalis calidissimo ingenio avertens, ipsum^m ex Pistorio per asperos montes glaciibus et nivibus oppletos in frigido tempore Bononiam deduxit atqueⁿ suos domesticos pro cubiculariis, Alexandro, licet moleste ferret^o, contradicere^p non audente, deputavit. Ex quo non multo post in gravem egritudinem^q incidens, quam nonnulli illum ex austeritate hiemis, nonnulli ex veneno clam propinato contraxisse astruebant, tercia die mensis Maii hora quarta noctis diem obiit, dum mensibus decem, diebus undecim sedisset. Slavonice lingue peritus et Wladislao Polonorum regi familiari noticia dum in minoribus ageret, coniunctus⁶⁶⁸, Quintadecima autem^r mensis Maii^s cardinales conclave ingressi Balthasarum de Kossa^t tituli sancti Eustachii diaconum cardinalem natione Neapolitanum in papam, ut premisimus^u, elegerunt, qui extunc Ioannes vicesimus tercius^v appellatus, vicesima quinta Maii coronacionis sue accepit insignia. Pirraticam, dum adhuc adolescens esset, cum quibusdam fratribus suis exercens vitam per Bonifacium nonum primum in archidiaconum Bononiensem, deinde in cardinalem promotus ad^w regendam Bononiam^w missus est. Ubi

D, O, C, M, S

^a contractam *add.* M ^{b,c} *om.* M ^d Kossza D, S; Rosa M ^e in papam eligunt *add.* M ^f *om.* M ^g III M ^h *om.* M ⁱ ~ M ^j pervenisse S ^k Wladislai C, M, S ^l historie O; dixerim *add.* S ^m Alexandrum *add.* M ⁿ eique O, M ^o fieret D, C, S; ferente M ^p tamen *add.* M ^q multitudinem M ^r quinta autem decima C ^s ~ C ^t Rosa M ^u *om.* S ^v III M ^w ~ M

multa spolia et occisiones hominum^a innocencium^b asseritur comisisse, incestibus, stupris, adulteriis et ceteris detestabilibus^c facinoribus ante et in pontificatu infamis simoniam publice practicans et exercens. Qui ex Bononia Romam reversus curiam^d suam illic^d tenuit, facta tamen per prius^e concordia cum Ladislao^f Sicilie rege, quam ipse Ladislaus^g rex pauco^h tempore observans^h Romam obsedit, cepit et spoliavit. Propterⁱ quod ipse^j Ioannes papa castro Sancti Angeli non confidens in Sutrium⁶⁶⁹ et eadem nocte in Viterbum^{k670}, post vero in Montem Flasconum^{l671} et Senas^m, de Senisⁿ vero in Florenciam fugiens devenit, ubi extunc aliquot mensibus habitavit.

ANNUS DOMINI °-MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS UNDECIMUS °-

*Wladislaus rex a regina coniuge sua et longo ordine captivorum
Opathoviae exceptus in Prussiam cum exercitu revertitur*

Festo Natalis Christi aput Iedlnam Wladislaus Polonie rex exacto^p sabbato in die^p sancti Ioannis Evangeliste^l de Iedlna egressus per Il||sam et Cunow² transitum faciens in Opatow venit. Quo iam Anna regina reditum et^q domini et regis et victoris tum primum exceptura^r, sequente eam longo^s captivorum ordine^s, qui pro die sancti Martini³ representatione aput Cracoviam facta ad regem emissi erant, advenerat. Ex Opatow, dato altero ad representandum termino, per Lagow⁴ et Kelcze⁵ in^t Radoszycze⁶ perveniens, festis Epiphaniarum⁷ illic exactis et Anna regina in^u Cracoviam remissa, Pruthenicam expeditionem ex integro acturus, per Suleyow, Pabiyanicze⁸ et Lanciciam in Brzescie in die sancti Marcelli⁹ advenit. Quo iam iussu suo exercitus de terris tocius Polonie Regni confluerat. Advenit et post hec Alexander dux magnus Lithuanie cum exercitu suo Lithuanico, cum quo Wladislaus rex in die Conversionis sancti Pauli¹⁰ aput Veterem Wladislaviam¹¹ copias coniunxit. Cumque Wladislaus Polonie rex suorum consiliariorum deliberacione fretus flumine^v Vistula, qui frigore nimio gelatus superari^w non egebat, transito et quem iam plura quadrigarum Polonicalium centena transiverant,

HP IV||117

D, O, C, M, S

^a om. S ^b innocentum D ^c detestabilioribus M ^d d ~ M ^e prius D, S ^f Wladislao C; Vladislao M
^g Wladislaus C; Vladislaus M ^{h-h} ~ M ⁱ propterea S ^j om. D, S ^k Vitherbium O; Viterbium M
^l Flosconum C ^m Senis O ⁿ Denis M ^o o 1411 M ^p p ~ S ^q om. M ^r advenerat add. M
^{s-s} ~ M ^t ad S ^u om. M ^v fluvio M ^w superare M

terras Prussie spoliis et incendiis et opidum Thorunense, cui se magister Prussie cum suis incluserat, vallare statuisset, ea tamen deliberacione quamvis salubri omisa aliam rursum, duce magno Alexandro in pacis artes magis quam belli proclivo^a instigante, acceptate et^b ex Wladislawia in Przipust^c 12, abinde vero aciebus ordinatis in borram unum a Raczansz milliare^d distantem^e movens castra¹³, in predicta borra^f ad fluvium illic decurrentem et, ut exercitui suo ligna pro focis sufficerent^g stativa locavit^g que in eodem loco usque ad Purificacionis diem¹⁴ habita sunt. Sub eo autem tempore in insula prope Thorun pax perpetua per consiliarios partis utriusque treugis interpositis^h praticari cepta est¹⁵.

*Sub pacis tractatu Ianussius Brzoglowy magnam copiam
equorum hostilium Bidgostiam abigit*

CONTIGIT AUTEM SUB TEMPORE, quo pax perpetua in Thorunensi insula tractabatur, veterum treugarum tempus finitum esseⁱ et per consiliarios partis utriusque prius quam laberentur prorogatas^j esse. Ianussius tamen Brzoglowy veteres expirasse, novas autem nondum indictas esse perpendens, rescito ab exploratoribus equos nobiles magistri Prussie et suorum mercenariorum militum in antemurali castris^k Papow¹⁶ esse inclusos, ex Bidgostia aput Solyecz¹⁷, Wisla^l qui iam dissolutus erat supe||rato, cum quadraginta tantummodo militibus illuc ire pergit. Illuc quoque^m perveniens, antemurali, quod negligencius infra pacis tractatum asservabaturⁿ disrupto, magnam equorum nobilium multitudinem tam magistri quam suorum stipendiariarum aufert et abducit et antemurali succenso equorum nobilium gregem versus Vislam traducit. Quem mercenarii milites ex Thorun dampno magistri et suo cognito, persequi^o in glomerata multitudine ceperunt. Qui persequencium manus evasurus, equorum grege^p cum suis preire et Vislam superare iusso^q, ipse^r cum duodecim tantummodo hostes duci se ad insidias veritos decipit^s, tamdiu resistendo et fugam simulando, donec ad naves, que eius adventum operiebantur, pervenit. Quibus conscensis persequentibus^t se et tum primum metu dispulso in eum irruere satagentibus valedicens, incolumis et hostilibus gravis spoliis Bidgostiam evasit, omnibus equis magistri^u et suorum mercenariorum militum aput

HP IV||118

D, O, C, M, S

^a proclivi *D* ^b *om. O* ^c Prziput *C*; Przipusz *M* ^d militare *O* ^e distante *D, C, S* ^f stativa locavit *add. M* ^g *om. M* ^h impositis *M* ⁱ est *O* ^j praerogatas *S* ^k *om. M* ^l fluvio *add. M* ^m -que *S* ⁿ adversabatur *M* ^o *post vocem* multitudine *M* ^p gregem *M* ^q iussit *M* ^r vero *add. M* ^s *om. D, O, C, S* ^t prosequentibus *S* ^u Prussiae *add. O*

Papow^a captis ad plenum potitus. Que res Henricum^b de Plawen magistrum Prussie^c maximo afficiebat dolore, quod et ab hoste tam debili tam fede et notorie invasus et^d violatus fuerit et tam ingenti dampno affectus^d.

*Wladislaus rex consultore Alexandro duce magno Lithuanie Polonis turpe
et damnosum cum Pruthenis perpetuum init foedus*

POST VARIOS TRACTATUS PRO PERPETUA pace in Thorunensi insula per consiliarios utriusque partis interpositos¹⁸ per operam Alexandri^e ducis magni^e Lithuanie ad reintegracionem tantummodo sui ducatus Lithuanici et ad rehabendam terram suam Samogitie, de qua per Cruciferos exutus fuerat^f, magnopere et fervide estuantis, sub condicionibus parum^g Regno Polonie equis^g et utilibus conclusa^h firmata etⁱ inscripta est. Principalium autem condicionum ea fuit continencia¹⁹, ut Polonie rex omnia castra in terris Prussie iure belli quesita magistro et Ordini restituat et de illis excedat; item ut omnes magistri et Ordinis in quibuscunque^k conflictibus captos^k homines^l solvat in integrum et relaxet; ^m item quod^m magister et Ordo Wladislao Polonie regi et suo regno pro tribus terminis, festo videlicet sanctiⁿ Ioannis Baptiste, ^o item^p festo sancti Michaelis^o, item festo sancti Martini anni tunc currentis centum millia sexagenarum latorum grossorum Pragensium exolvat²⁰, cum Wladislaus rex a solis captivis^q decies^r centum || millia exigere^s potuisset; item quod terra Samogitarum^s Ducatui Magno Lithuanie debebat relinqui post mortem Wladislai^t Polonie regis^t et Alexandri^u ducis magni^u Lithuanie ad magistrum Prussie et Cruciferorum ordinem reversura^v, prout hec omnia in litera^w federis perpetui tunc initi^x laciis continentur^y. In ipsa^z autem^{aa} pacis perpetue tunc^{ab} confeccione neque Wladislaum^{ac} regem Polonie^{ac} neque^{ad} Withavdum ducem magnum Lithuanie^{ad} nec quemquam^{ae} alium extimasse^{af} eam

HP IV||119

D, O, C, M, S

^a Papow O ^b Prussiae add. S ^c om. S ^{d-d} tam ingenti damno violatus et affectus fuerit M^{e-e} ~ M ^f erat O ^{g-g} ~ M ^h et add. S ⁱ atque S ^{k-k} ~ S ^l om. C, M, S ^{m-m} itaque S ⁿ post vocem Baptiste C ^{o-o} om. M ^p in S ^q post vocem millia S ^r om. M ^s Samogitiae M ^{t-t} ~ M ^{u-u} ~ M ^v reversuram M ^w literis M ^x icti O, M ^y mirum autem est add. M ^z ea M ^{aa,ab} om. M ^{ac-ac} ~ C; regem M ^{ad-ad} ducem Witowdum M ^{ae} quemquidem C ^{af} exterminasse O; animadvertisse M

^a Regni Polonici, quam in abstractione terrarum suarum quarum tunc recuperatio sequi poterat, iniuriam, nisi regnum ipsum, quod suis se naturalibus terris et quarum restitucio circa obsidionem Marienburg offerebatur orbari dolebat, sensisse ^a. Nulla autem ^b Wladislaus Polonie rex terrarum Regni sui Polonie, videlicet Pomeranie ^c et Culmensis atque Michaloviensis, recuperandarum movebatur cura, quam ^d circa obsidionem castri Marienburg sibi ultro oblatam spreuit, in presenti vero pacis tractatu omisit, sufficere una cum Alexandro duce magno Lithuanie sibi ratus, si Ducatus Magnus Lithuanie integracionem acciperet, quamvis Regno Polonie, cuius prior et pocior habenda fuerat racio, mutilato. Cuius etsi enormem intelligerent consiliarii Polonie mutilacionem, nihil tamen adversum illam proloqui ^e, ne regem et ducem offenderent, audebant ^f. Vanissimo itaque consilio tam regis quam ducis et ^g consiliariorum magna illa et memorabilis Grinfeldensis victoria in irritum et pene ludibrium recidens, nullum Regno Polonie, magnum vero Ducatui Lithuanie attulit profectum.

*Ioahannes Kropidlo Wladislaviensis episcopus in carcerem
a consulibus Wratislaviensibus conicitur*

SEXTA DECEMBRIS ²¹ die ^h Ioannes Kropidlo Wladislaviensis episcopus et Opolien-
sis dux ²² pretorium Wratislaviense ingressus ⁱ, dum parum lota ^j et modesta verba
funderet, per consules Wratislavienses Leonardum Reychart ²³, Nicolaum Lemberk ^k ²⁴,
Iacobum Sworc ²⁵ et alios captivatur ²⁶. Ob cuius captivitatem Wratislaviensis episcopus
HP IV||120 Venceslaus consules pa||trate captivitatis reos anathematizat, civitatem vero Wra-
tislaviensem ecclesiastico subiicit interdicto, quod fuit usque ad feriam quartam mag-
nam ²⁷ assidue continuatam. Tandem reconciliacio per mediatores facta fuit ea con-
dicione, quod consulatus Wratislaviensis perpetuis temporibus in ecclesia maiori Wra-
tislaviensi ante sacrarium unam candelam quatuor talenta cere continentem teneat
accensam. Captivitatis autem sue ea vel precipua fuit causa, quod germani sui

D, O, C, M, S

^a ^a quanta iniuria Regnum Poloniae afficeretur, cum aperte omnes illae terrae, quae antiquitus ad Regnum Poloniae pertinebant et quae in obsidione castri Marienburgensis ultro Polonis a Cruciferis reddebantur, nunc isto tam turpi et perpetuo foedere ab Regno Poloniae in perpetuum abalienarentur *M* ^b enim *O, M* ^c Pomeranicae *O* ^d conditionem *add. M* ^e audebant *add. M* ^f *om. M* ^g *om. O* ^h *om. M* ⁱ est ibique *add. M*; est *add. C* ^j leta *D, S*; honesta *C, M* ^k Lanberg *C*; Lamberg *M*

Boleslaus²⁸ et Bernardus²⁹ Opolienses duces aliquot currus oneratos variis fortunis et mercibus^a civium Wratislaviensium^a per vim acceperant, cuius facinoris Ioannes Cropidlo Wladislaviensis episcopus expers iniuste captivitati addictus^b erat.

*Inter Polonos et Pruthenos icto foedere Wladislaus rex
captivos dimittit, pactus ab Henrico magistro Prussiae
centum millia sexagenarum latorum grossorum exerceturque
militare iudicium inter Polonorum militem et Pruthenum*

PACE PERPETUA INTER WLADISLAUM Polonie regem, Alexandrum^c magnum^d Lithuanie ducem^d et eorum principatus et dominia ab una, et^e magistrum atque Ordinem Prussiae partibus ab altera, confecta et literarum robore firmata, Henricus de Plawen Prussiae magister in splendido et singulari comitatu Wladislaum Polonie regem accedens personaliter in^f cuiusdam campi ex opposito Zlotorie siti planicie^g³⁰, in quo tabernaculum regium locatum^h erat, cum predicto Wladislao Polonie rege et fratre suo Alexandroⁱ duce magnoⁱ Lithuanie, magnas militum catervas habentibus, convenit. Ubi articuli pro pace perpetua ordinati stipulacione manuali partis utriusque et accepti et firmati sunt. Wladislaus siquidem Polonie rex castra et civitates, que pro sua serenitate in Prussiae terris tenebantur, sub certis terminis se dimissurum magistro Prussiae promittit. Captivos eciam tunc omnes^j, adiecta tamen condicione, si illi per magistrum et Ordinem centum millia sexagenarum latorum grossorum Pragensium solucio impensa fuerit^k, l^l manu et verbo a captivitate absolvit^l. Henricus vero Prussiae magister se centum sexagenarum latorum grossorum millia Wladislao regi et suo^m Polonie Regno^m soluturum obligat, pro quo notabilioresⁿ captivi se ponunt sponsores, in pristinam captivitatem, si solucionem negligi contingeret, redituri. His et pluribus aliis^o ordine legitimo^o consumatis Prussiae magister Henricus duodecim piccarios argenteos, singulos autem deauratos, p^p pulcherrimo opere^p elaboratos Wladislao Polonie regi donacione obtulit personali. Cui Wladislaus Polonie rex vicissitudinem referens schubas^q aliquot

HP IV||121

D, O, C, M, S

^{a-a} a civibus Wratislaviensibus C, M, S ^b abdictus M ^c -que add. M ^{d-d} ~ M ^e ac M
^f planicie add. M ^{g, h} om. M ⁱ⁻ⁱ ~ M ^j manu et verbo a captivitate absolvit add. M
^k fuisset S ^{l-l} om. M ^{m-m} ~ M ⁿ nobiliores M ^{o-o, p-p} ~ M ^q om. M

^asebellinarum^b pellium remisit^a. Causatus apud hunc conventum Almanus quidam Cruciferorum miles mercenarius de Nicolao Powala de Thaczow^c, quasi ab eo in conflictu ante Coronow habito devictus et captus, representare se illi iuxta sponsionem a se prestitam honoris sui parum memor neglexisset^d, Nicolao Powala inficiente^e et iustificaturum se offerente, ad iudicium militare reiectus est³¹. Quod cum ex frequenti milite partis utriusque lectum consessum fecisset^f actor Almanus^f replicata querela Nicolaum Powalam se vicisse et cepisse constanter astruens, dedi sibi illum a iudicibus et ad fatendum^g captivitatem compelli deposebat. Nicolaus autem Powala Almanum adversarium suum ipsius^h armis et verbis victurus querit ab eo, habeatne aliquod documentum vel signum, quo temeraria propositio sua vera esse poteritⁱ convinci. „Habeo” — inquit actor et nihil moratus sertum margariticum, quod Nicolaum Powalya capite in prelio gestasse constabat, producit. „Hocceine^j — inquit^k — est insigne, quod te victo et capto tibi detraxi”. Tum Nicolaus Powalya adversarium in id quod gestiebat prolapsus esse vehementer letatus „Mos — inquit — ^liudices, gencium^l fuit et est in militaribus actibus hastiludiis e pugnis diucius et usque in ^mtempora nostra^m observatus, ut quociens sarta, ornamenta et quequeⁿ nobilia insignia pugnantibus decidunt, ^o non militares homines et pugne intenti, qualem se hic vult videri, sed latrones, nebulones et homines ignavissimi rapere et intercipere consueverunt. ^pSignum itaque^p ab adversario productum^q non solum me ^rnon vicisse^r, sed adversarium^s pugna omisa decidencium insigniorum colleccioni cum ceteris eiusce generis^t, quibus avaricia non milicia cure est ^uhominibus concludit^u vacavisse. ^vSi etenim^v me obtinuisset^w victum^x, alia deviccionis^y signa militibus non latronibus consentanea, in vestrum iudicium detulisset^z. Actoris et^{aa} rei propositione et responsione iudices diligencius examinata, pronunciacione concordi Nicolaum Powala^{ab} regium militem neque captum neque ad representandum^{ac} se obligatum fuisse declarant et^{ad} ab instancia actoris absolvunt. Sed et iudices Prutenici his illum impropriis insectantur: „Poteras, si nostris consiliis contenciosum^{ae} iudicium tibi^{ae} disuadentibus obedisses, probris publice in te

D, O, C, M, S

^{a-a} vestes sabellinis pellibus subductas vicissim misit dono *M* ^b sabellinarum *O*; schebelinarum *C*
^c Thanzow *C* ^d neglexit *C* ^e inficiente *C* ^{f-f} actore Almanum *C* ^g faciendum *D* ^h ipsis *O*
ⁱ posset *M* ^j heccine *O* ^k inquiens *M* ^{l-l, m-m} ~ *M* ⁿ quaecumque *S* ^o ea *add.* *M* ^{p-p} *om.* *M*
^q concludit *add.* *M* ^{r-r} ab adversario non esse victum *M* ^s eum *M* ^t hominibus *add.* *M* ^{u-u} *om.* *M*
^{v-v} ~ *M* ^w obtinuisses *O* ^x vinctum *D, C, M, S* ^y devinctionis *D, C, M, S* ^z attulisset *O* ^{aa} ac *M*
^{ab} Powalam *O* ^{ac} reputandum *S* ^{ad} ea *S* ^{ae-ac} ~ *S*

ab adversario depromptis caruisse. Sentis iam, ^a in quid^{-a} te spretis nostris monitis tua levitas perduxit, cum adversarius cum suo^b amplissimo honore gravi te infamia perstrinxerit et tuo te mucrone confodiens reliquerit infamatum". Wladislao || deinde^c *HP IV||122* ^d Polonie rege^{-d} et Alexandro duce magno Lithuanie ad exercituum suorum stativa magistro vero Prussie in Thorun divertentibus, conventus solutus est.

*Wladislaus rex data terra Podoliae Alexandro
duci magno Lithuaniae in tenutam, praesidia in finibus Hungariae
collocat et postea icto cum Hungaris foedere
Russiam et Lithuaniam peragrat*

CRASTINA DIE QUE HUNC CONVENTUM secuta est, illucescente Wladislaus Polonie rex terram insignem et porcionem Regni Polonie Podoliam^e, Petro Wlodkowicz de Charbinowicze^f milite subdapifero Sandomiriensi, qui illius regimen et capitaneatum annis pluribus gesserat, destituto^g, ^h Alexandro ⁱ duci magno Lithuanie^{-g} prelati et baronibus Regni Polonie ⁱ inconsultis et ⁱ ob id plurimum exacerbatis, parum perpendens ^j futura discrimina^{-j} que propterea ^k Polonie Regno^{-k} ^l forent proventura^{-l} ^m dat in tenutam^{-m}³³. Die quoque eodem de loco stacionum suarum, universo exercitu suo tam Polonico quam Lithuanico licenciato, disgressus in Iuniwladislawiaⁿ nocturnum egit, abinde vero per Lanciciam, Piotrkow et Opatow Sandomiriam adveniens dies Carnisprivii cum consorte sua ^o regina Anna^{-o}, que accersita illuc venerat, Sandomirie exegit³⁴. Ut autem Regni sui Polonie limites ex parte ^p Hungarie Regni^{-p} ^q forent provisi^{-q} ad tenendum, ^r illic praesidia^{-r} transmittit. Qui^s fines Regni Polonie tueri non contenti, Regni Hungarie opida civitates et villas multis spoliis et incendiis lacescendo invadebant. Posuit autem se Zawischius Niger de Garbow miles inter dissidentes reges, cum utriusque curiensis et familiaris existeret, mediatorem et frequentibus itineribus hinc inde girando usus, disgraciatos regum animos prudentia singulari componebat³⁵. Diebus Carnisprivii aput Sandomiriam exactis, Anna regina Cracoviam reversa^t, Wladislaus^u

^a D, O, C, M, S
^{a-a} quo M; inquit O, S ^b om. M ^c vero S ^{d-d} ~ M ^e Alexandro duci magno Lithuaniae dat in tenutam *add.* M ^f Carbynowycze C ^{g-g} om. M ^h om. S ⁱ⁻ⁱ om. C ^{j-j, k-k} ~ M ^{l-l} om. S ^{m-m} om. M ⁿ Iunivladislaviam M ^{o-o, p-p} ~ M ^{q-q} ~ S ^{r-r} praesidia illuc M ^s quae M ^t est *add.* M ^u autem *add.* M

HP IV||123

Polonie rex in terram Chelmensem descendit³⁶ et apud Lubomlya et Lubochnya usque ad Quadragesime medium comoratus^a venacionibus assiduam operam dabat. Conficit interea Zawissius^b Niger post varios tractatus pacis sufferencias in^c festum sancti Martini^c duraturas inter reges³⁷. Quarum certificatione Wladislaus^d rex accepta cum Hungarie regis Sigismundi hostilitatem haberet semper suspectam et longius progredi perniciosum^e estimaret, tum primum^f Lithuaniam, cuius videndi^g || dudum flagraverat desiderio, ex terra Chelmensi post^h medium Quadragesime^h³⁸ egressus securior et mente liberior divertitⁱ et illic totum veris et estatis tempus terras Lithuanie et Russie^j, a duce magno^k Alexandro ubique comitatus, l^l peragrande absumpsit^l. In Vilno^m quidem nave^m conscensa venitⁿ in Kowno³⁹ et abinde in Iudborg^o⁴⁰ descendens aliquanto tempore venandi illic^p occupabatur voluptate^q.

*Nicolaus Regni Poloniae vicecancellarius in archiepiscopum Haliciensem,
Andreas in episcopum Kamyeneczensem sufficiuntur*

HALICIENSI ECCLESIA METROPOLITANA^r ex obitu Iacobi archiepiscopi fratris ordinis Minorum vacante⁴¹, Nicolaus de Sandomiria Regni Polonie vicecancellarius, ad eam promovente^s illum Wladislao Polonie rege, per Ioannem vigesimum tertium^t quarto decimo Calendarum Iulii⁴², Rome scismate pestifero durante, suffectus^u est^v. Nacione Polonus, genere nobilis de domo Tubarum, tres tubas nigras in albo campo pro insigni deferencium^w, ex patre Vilhelmo⁴³ omnibus beneficiis suis, videlicet prepositura sancti Floriani extra muros Cracovienses et prebendis in Gnesnensi, Cracoviensi, Calisiensi^x, Sandomiriensi, sancti Georgii in Cracoviensi^y, sancti Viti in Cruschviciensi castris^z et altari^{aa} in ecclesia Cracoviensi propter tenuitatem ecclesie^{ab} Haliciensis reservatis^{ac}⁴⁴.

QUINTO IDUS MAII⁴⁵ ad ecclesiam Kamyenieczensem sive Podoliensem per mortem Alexandri⁴⁶ sui pontificis imediati vacantem Andreas ad petitionem Wladislai secundi

D, O, C, M, S

^a est *add.* C ^b Zawisthius C ^{c-c} ~ S ^d Poloniae *add.* M ^e perniciosam O, C, M ^f in *add.* M ^g videndae M ^{h-h} ~ M ⁱ *om.* M ^j peragrande absumpsit *add.* M ^{k, l-l} *om.* M ^{m-m} quindecim navi M ⁿ *om.* M ^o Indborg D, S; Iundorg C ^p ibi S ^q voluntate M ^r methropolitica O; metropolitita M ^s proveniente S ^t quartum M ^u affectus M ^v *om.* O ^w deferente M ^x Caliciensi C ^y arce *add.* D, O ^z castro D ^{aa} altare M ^{ab} *om.* S ^{ac} reservat O

^a Polonie regis^{-a} per Ioannem de Kossa^b ^c papam vicesimum tertium in sua obediencia appellatum^{-c} durante scismate provisus est⁴⁷.

Wladislaus rex cum ingentibus donis legatos ad papam Iohannem vicesimum tertium mittit, oboedientiam denuntians

VENACIONES APUT IUDBORG^d Wladislaus Polonie rex tractando, ad curam rursum publicarum rerum mentem vertens, Andream Lyaszky de Goslawicze prepositum Wladislaviensem⁴⁸, Martinum de Wroczimowicze vexilliferum Cracoviensem⁴⁹ et Sbigneum de Olesznicza secretarium suum in Urbem ad Ioannem papam^e vicesimum tertium^{-e} obedienciam illi prestituros || destinat⁵⁰, dona magne excellencie, videlicet *HP IV||124* quatuor scultellas aureas, item duos picarios rare quantitatis aureos, item tres^f schubas ex pellibus sebellinis^{g-f}, item tecturam largam pro lecto, pellibus de vario ab una et emerlinis ab altera partibus contextam, transmittens. Prefatis itaque nunciis regiis feria sexta ante Nativitatem^h Sancte Marie Virginis¹⁵¹ Roma ingressis magnus honos a prelatibus et curiensibus universis obviam illis ad extremum lapidem euntibus impensus est et introitus eorum exceptus^j cum omni decencia et honore. Data autem legatis regiis audiencia, quatuor principalia Wladislao regi a Ioanne papa concedi petebant: primum, ut declararet eum iustum bellum cum magistro et ordine Cruciferorum agitasse; secundum, ut rex omnia in ecclesiis quibuscunque aput Prussiam recepta licite retinere et aliis ecclesiis in Polonie Regno donare potuisset; tertium, ut regi contra Tartaros crucem et generale passagium largiretur; quartum, ut indulgencias, quas ecclesia Sancte Marie Sandomiriensis^k Cracoviensis diocesis^{-k} a vetusto tempore secunda Iunii practicat et celebrat, roboret apostolicis literis et confirmet. Et quoniam Polonie rex Wladislaus iusta a papa Ioanne petere videbatur, papa precibus suis deferens tria illi sollempniter concessit: iustum videlicet illum cum Cruciferis egisse bellum et iuste que in ecclesiis Prutenicis recepta fuere retinere et ecclesiis Polonicis donare posse declarans; indulgencias quoque aput Sanctam Mariam^l Sandomiriensem Cracoviensis diocesis^{-l} hactenus maximo

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ M ^b Kossza O, C; Kosza M ^{c-c} papa vicesimus tertius in sua obediencia appellatus O; qui papa vicesimus tertius in sua oboedientia appellatus est M ^d Indborg D, S; Indborgk O ^{e-e} XXIII M ^{f-f} vestes pellibus sabellinis subductas M ^g zebellinis D ^h festum Nativitatis M ⁱ om. D, O, C, S ^j conspectus C ^{k-k} ~ D ^{l-l} in ecclesia Cracoviensi, Sandomiriensi M

hominum^a concursu et religione secunda Iunii^b practicatas, quod eo^c forte die Polonorum sanguis, civitate a Tartaris conquisita abunde fusus est, confirmat^d, roborat, supplet et innovat⁵². Quartum, passagium contra Tartaros, impredientibus nunciis Sigismundi Hungariae^e et Romanorum regis et Cruciferorum nullatenus concedendum duxit, asserens aliud^f passagium contra Ladislaum de Duracio Napulie^g regem instituisse, quod ex altero contra Tartaros concedendo et aresceret et diffluet. Responsio hec in colorem, ne Wladislaum regem et suos oratores maxima dona mittentem offensum iri contingeret, magis quam pro^h rerum veritate editaⁱ J⁻nuncii regis Polonie^{-J} novem ebdomadis in Urbe exactis in Regnum Polonie salvi, licet multe illis in via tense fuissent insidie, pro festis^k Natalis Christi Cracoviam revertuntur⁵³ ||.

HP IV||125

*Nicolaus Kurowsky archiepiscopus Gnesnensis
priusquam se regi de stupro purgaret,
in itinere moritur,
opum magnitudine spectatior quam virtute*

DE IUDBORG^l WLADISLAUS Polonie rex in^m Vilnam applicans aliquot diebus exactis in Poloczkoⁿ⁵⁴, deinde Withewsko⁵⁵, Smolensko^o⁵⁶, post hec in Krzyczow^p⁵⁷ et Zaslav⁵⁸ processit. Ex Zaslav navibus per fluvium Dnyepr vectus in Kiyow descendit⁵⁹, Alexandro^q duce magno^{-q} Lithuanie eum cum consorte sua Anna in locis predictis comitante et sue serenitati atque suis necessariorum et donorum procurante abundantiam. Ex Kijow Alexandro duce magno Lithuanico illic relicto processit Wladislaus Polonie rex per Dnyepr in Czyrkassy⁶⁰, Swinigroth^r⁶¹ Sokolecz⁶², Karawul^s⁶³, Braczslaw⁶⁴ et tandem in Kamieniecz pervenit, ex Kamieniecz^t Leopolim, inde in Gliniany⁶⁵ accessit. Quo iam Alexander^u dux magnus^{-u} Lithuanie^v, quemadmodum inter^w regem et eum^{-w} tractatibus secretis convenerat, ad agendum severum de Nicolao Curowski Gnesnensi archiepiscopo^x (quasi in regiam maiestatem gravi offensa^y, sollicitando^z

D, O, C, M, S
^a omnium M ^b Maii O ^c ea M ^d abunde add. C ^e om. M ^f illud O, M ^g Neapulie O, M
^h post M ⁱ est et illa add. M; responsio... edita nom. abs. J-J ~ M ^k festo M, S
^l Indborg D, O, S ^m om. M ⁿ Ploczko C ^o Smolinsko M ^p Cziczow O ^q ~ S ^r Smigrodth D;
 Swimugrodth O; Swynigrod C; Smigrod M ^s Karawol O ^t in (del.) add. C ^u ~ M ^v advenerat
 add. M ^w ~ S ^x iudicium add. M ^y deliquisset add. M ^z videlicet add. M

Annam reginam de stupro secundum eiusdem regine assercionem ^a deliquisset) iudicium advenit^a. Prefatus autem Nicolaus Curowski Gnesnensis archiepiscopus, dum in Gliniany ad iudicium huiusmodi^b subeundum procederet, ex casu, quem in Crzczow⁶⁶ lapsus de^c equo contraxerat, languorem incidens, die Dominico in vigilia Nativitatis Sancte Marie⁶⁷ Ropczicze^d perveniens^e nocte superveniente, confessionis duntaxat Sacramento refectus, diem obiit et in^f Gnesnam relatus ecclesiastice traditus est ante chori ingressum sepulture⁶⁸. Hic magnas opes in auro, argento, gemmis, castris, prediis, villis, mittendo frequencius naves carne et frumento oneratas in Flandriam pro fratribus et nepotibus suis quesierat. Que morte sua secuta^g fuerunt^h per fratres et consanguineos suos et signanter per fratrem suum germanum Petrum Curowskiⁱ⁶⁹, licet Wladislaus Polonie rex ad obtinendum eas magnis conatibus adnitens eciam castrum Unieioviense⁷⁰ in quo condite erant^j misso exercitu (cuius^k Nicolaus de Michalow palatinus Sandomiriensis et capitaneus Siradiensis ^l ductor erat) vallaverit^l, occupate et distracte. Fertur^m archiepiscopus prefatus, dum in Gliniany vocatusⁿ procederet, non ignarus ad quam infestum et invidiosum pergeret iudicium, non exiguam auri quantitatem secum detulisse, evacuaturum se credens, datis muneribus insignibus, directe adversum se accusacionis invidiam, magnitudine opum, quas Petro Curowski germano suo reliquerat, quam aliquo in Ecclesiam aut patriam pietatis opere insignior. HP IV||126

*Wladislaus rex, reiecto Alberto Iastrzamyecz,
Nicolaum Tramba Haliciensem archiepiscopum nominat Gnesnensem,
Iohanni vero Rzeschowski de Haliciensi archiepiscopatu providit,
cuius sedem metropolitanam Leopolim transfert*

EX GLINIANY ALEXANDRO DUCE magno Lithuanie in Lithuaniam remisso, ^o Wladislaus Polonie rex ^o Leopolim rediit. Quo illic stante, capitulum ^p Gnesnensis ecclesie ^p ad eleccionem futuri pastoris procedens Albertum Iastrzambiecz Posnaniensem episcopum concorditer, nullo discrepante in archiepiscopum Gnesnensem postula-

^{D, O, C, M, S}
^{a-a} om. M ^b eiusmodi S ^c om. M ^d Dobczicze D ^e veniens C, M ^f om. M ^g consequuta S
^h om. M ⁱ occupatae et distractae add. M ^j vallaverit add. M ^k ductor erat add. M ^{l-l} om. M
^m quod add. M ⁿ om. M ^{o-o} Poloniae rex Wladislaus M ^{p-p} Gnesnense M

vit^{a71}. Qui ad Wladislaum regem^b c⁻Leopolim perveniens^{-c} conformem et canonicam postulacionem suam a rege Wladislao velut patrono admitti et gratificari expetebat. Wladislaus autem rex Polonie parum iusta ira motus, quod Gnesnense capitulum eo inconsulto postulacionem Alberti Iastrzambiecz celebrasset, Nicolaum archiepiscopum Haliciensem et Regni Polonie vicecancellarium ad ecclesiam Gnesnensem nominat, Alberti Iastrzambiecz iustis et legitimis precibus^d repudiatis. Qui litigare sibi cum rege et principe^e Ecclesie Romane^{-e} pestifero vigente^f scismate, grave et difficile existimans, prosequi tunc canonicam suam postulacionem^g omisit, haud multo post tempore inofficiosum^h ad ecclesiam Cracoviensem ascensumⁱ indulgentius quam pontifici conveniebat, quesiturus⁷². Ut autem nominacio ad Gnesnensem ecclesiam de Nicolao Tramba Haliciensi archiepiscopo contra fas et ius facta celeriore expedicionem susciperet^j, Ioannem Slyedz^k doctorem et capelle sue^l regie magistrum^{-l73} ad Ioannem papam^m vicesimum tertium^{-m} cum literis et supplicacionibus transmisit. Qui literis et precibus regiis morem gerens, cum nemo foret, qui niteretur in adversum, Rome tunc agens, secundo Nonas Augusti Nicolao Haliciensi archiepiscopo in Gnesnensem ecclesiam translato⁷⁴, Ioanni Rzeszowski preposito sancti Michaelis in castro et canonico Cracoviensi nobili de domo Polukosza, utroque beneficio sibi reservato, iuxta regium beneplacitum atque precemⁿ de Haliciensi ecclesia providit⁷⁵. Processu quoque temporis metropolitica dignitatem, Wladislao rege instante, ex Halicz Leopolim transtulit et civitatem Leopoliensem honore geminato, pontificali videlicet et metropolitico, insignivit⁷⁶. ||

HP IV||127 *Signa Cruciferis ablata in ecclesia maiori Cracoviensi appenduntur*

EX LEOPOLI WLADISLAUS POLONIE REX in Niepolomicze pro die sancti Martini⁷⁷ divertens et dies quindecim illic absumens Cracoviam pedester in die sancte Catherine⁷⁸, sanctorum Stanislai, Venceslai et Floriani limina visitaturus, magna prelatorum et baronum multitudine, vexilla et signa Cruciferorum in magno prelio capta ferencium extensa, comitatus et opidum Kasimiriense⁷⁹ primum ingressus, in Rupellam⁸⁰

D, O, C, M, S

^a postulat M ^b Poloniae add. M ^{c-c} ~ M ^d rationibus M ^{e-e} in ecclesia Romana M ^f urgente M ^g electionem M ^h officium M ⁱ assensum C ^j susciperent M ^k Szlyecz C; Śleć S ^{l-l} ~ M ^{m-m} XXIII O, M ⁿ prece O

venit. Ubi adoratis sanctorum reliquiis, in arcem Cracoviensem ad ecclesiam maiorem, precedentibus eum vexillis Cruciferorum, ascendit et in ecclesia maiori sancti Stanislai Cracoviensis^a omnia Cruciferorum banderia in^b signum magnifice victoriae deposuit, que^c et in hunc diem, illic^d a dextris et a sinistris pendendo, magnum propriis et exteris prebendo spectaculum, regium triumphum et Cruciferorum cladem assidue ostentant^e. Ex Cracovia Wladislaus Polonie rex^f Lithuaniam processit atque illic^g magnam hiemis partem egit^h. Unum et quinquaginta hostium Cruciferorum signaⁱ templo Cracoviensi, quod nobilius et excellenciusⁱ habet Polonia, tunc illata splendorem et decus templo adiecere, que in^j perpetuum memoriale^j et insigne a Polonis custodienda servandaque sunt et in locum vetustiorum^k noviora^l retexenda, ut propter ingentem incredibilemque dimicationem et triumphum ex ea relatum extet tante victoriae exemplar et partim illa eadem signa videantur, partim tanquam illa eadem^m essent appareant. Sancitum autemⁿ tunc fuitⁿ et universali decreto a Wladislao rege ab^o omnibus statibus ecclesiasticis et secularibus concordia^p et consensu^p institutum, ut Divisionis Apostolorum dies solenni^q agatur et feriata in universo Regno Polonie celebritate^r doceantque patres suos filios, nepotes, pronepotes et successores, ut diem illum observent colantque memoria sempiterna, in qua benignitas Dei misericordiam suam cum Polonorum natione^s et stirpe^s magnificasset; et ut singule ecclesie tam urbane quam vicane^t per universum^u Polonie Regnum^u constitute et celebritate singulari et missarum procesionumque officiiis diem tanti triumphum cum^v plebibus suis^v recolant et agant ingentes^w Deo pro beneficio Polonorum genti impenso graciaram acciones. ||

Henricus de Plawem magister Prussiae quosdam necat causa indicta HP IV||128

PRUSSIE MAGISTER HENRICUS DE PLAWEN in anni huius fine vehementer in vexilliferum et ceteros Chelmenses militares iratus, quasi erga se et ordinem Cruciferorum parum sinceri^x existerent et perfidiam in ipsum et Ordinem fuissent molliti, capite^y

D, O, C, M, S

^a Cracoviae M; Cracoviensi S ^b om. M ^c qui C ^d post vocem dextris M; illus D, O, C, S ^e ostentans S ^f in add. M ^g ibi S ^h exegit M ⁱ⁻ⁱ in templum Cracoviense, quod nobilissimum et excellentissimum M ^{j-j} spectaculum memorabile D, S ^k vetustorum O ^l nova M ^m idem D, O, C, S ⁿ⁻ⁿ ~ M ^o et M ^{p-p} om. S ^q solennis M ^r celebretur M ^{s-s} extirpet O ^t vicinae D; vicariae O, S ^{u-u} ~ M ^{v-v} plebe sua M ^w iuges O ^x sinceres O ^y capiti eos M

obtruncat, ope cuiuslibet defensionis legitime ipsis denegata, videlicet^a Nicolaum dictum Nicksz vexiliferum Chelmemsem, Ianussium Orzechowski,^b Conradum de Ropkow^{-b} milites⁸¹, duos insuper magistros civium Gdanenses^c, videlicet Petrum Neczko⁸² et Bartholomeum Grosz⁸³ ad se in castrum Gdanense^d pro prandio invitatos, securi, negata confessione extrema et Viatico, percutit eorumque cadavera, quasi parum^e tormenti vivi exceperissent, fimo obruit. Quamvis enim crimen eis obiectum nullo fulciretur evidenti argumento, causas tamen captivitatis et vinculorum satagens fore^f iustas, ipsos tam^g precipiti morte dampnavit⁸⁴.

ANNUS DOMINI^h MILLESIMUS QUADRINGENTESIMUS DUODECIMUS^{-h}.

Wladislaus rex cum Arnesto Austriae duce Cracoviam in parva comitiva veniente societatem et affinitatem iungit

ⁱ Natalis Domini dies⁻ⁱ Wladislaus Polonie rex ex^j venacionibus, quas per universum Adventus Domini tempus circa Goniadz¹ tractaverat, reversus^k, aput Grodno egit. Sub eo autem tempore Arnestus^l Austriae dux² cum marsalco^m suo Sweinpekkⁿ³ in parva comitiva et dissimulato habitu Cracoviam latenter adveniens fedus et affinitatem cum Wladislao Polonie rege, quo adversus potenciam infestam Sigismundi Hungarie regis beacior consisteret, iungere gestiebat. Revelato autem suo adventu et per celerem nuncium ad regem^o Lithuaniam perlato, Wladislaus Polonie rex properancius ex Lithuania in Polonie Regnum processit ducem predictum Arnestum honoraturus. Dum autem in^p opidum Proschowicze attigisset, nocte ex Proschowicze consurgens diluculo Cracoviam⁴ et domum qua Arnestus^q Austriae dux hospitabatur ingressus ducem prefatum nondum sopore solutum conveniens, quo pacto Regnum suum et civitatem absque salvo conductu ingredi^r presumpsisset, iocoso sermone territum magna be||nignitate^{s-} et comitate^{-s} excepit. Habitis deinde per dies sequentes mutuis^t, quibus

HP IV||129

D, O, C, M, S

^a licet O ^b b Cunradum de Kopkow O ^c Ged- M; Gdanensium O ^d Ged- M ^e post vocem vivi M ^f esse D ^g tamen O ^{h-h} 1412 M ⁱ⁻ⁱ om. M ^j om. D, S ^k Natalis dies add. M ^l Hernestus S ^m marschalio M ⁿ Sweympek C; Sweimpelk M ^o in add. M ^p om. M ^q Arnestius D; Harnestus S ^r congrredi O ^{s-s} om. M ^t tractatibus add. M

et fedus et affinitas a Wladislao rege per ducem Arnestum petebatur, tractatibus Wladislaus rex virginem Czimbarkam neptem suam ex sorore germana Semoviti Masovie ducis filiam⁵ illi desponsans dotemque amplam^a b⁻ in auro largiens^{-b} et fedus et affinitatem secum, ut optaverat, consumat⁶. Celebratis autem ante dies Carnisprivii in magna solemnitate pro magnificencia et tradentis et accipientis uxorem in urbe Cracoviensi nuptiis⁷ prefatus Arnestus^c Austrie dux, magnificis et^d dotalibus et^e aliis privatis acceptis a Wladislao rege muneribus, in propria regrediebatur. Cui cum proprie familie paucitate^f, ne Sigismundi Hungarie regis insidiis violaretur, ire metuenti sexingentos milites ex curiensibus suis proficiens, eis Petrum Safraniecz succamerarium Cracoviensem in capitaneum in solacium^g dedit, a quibus usque in Novam Civitatem⁸ Austrie una^h cum nova sua sponsa feminaⁱ Czimbarka perductus celebrem curiam instituit, qua peracta conductoribus suis remuneratis, eos in Poloniam per Viennam et Moraviam via, qua venerat^j, perpetuis beneficiis Wladislai^k Polonie regis^{-k} se profitendo obstructum, remisit. Ex huiusmodi Arnesti^l et Czimbarcze conubio dierum processu Fredericus^m natus est⁹, qui Romani Imperii annis plurimis tenuit gubernacula.

*Legatio ducis Venetiarum ad regem Poloniae,
ne foedus cum Sigismundo Hungariae rege ineat*

DUX VENECIARUM MICHAEL STENO¹⁰ specialibus literis et nunciis¹¹ ad Wladislaum Polonie regem usque Cracoviam transmissis maxima prece suam serenitatem hortatur et obsecrat, ne bellum cum Sigismundo Hungarie rege ceptum deserat neveⁿ secum fedus iungat, offerens pro militibus regiis quingentas hastas explentibus se in auro numerato stipendia guerra durante largiturum. Agebatur siquidem pro ea tempestate inter Sigismundum^o Romanorum^p et Hungarie^{-p} regem^q et Venetorum dominium pro Regno Dalmacie a Venetis occupato durum bellum¹². Quapropter satagentes Veneti a bello Dalmatico illum avertere, sumptus liberales et pecunias necessarias iuxta regis

D, O, C, M, S

^a illi *add. M* ^{b-b} ~ *M* ^c Hernestus *S* ^d ac *M* ^e *om. S* ^f paucitatem *O, C, S* ^g auxili-
lium *M* ^h *om. C* ⁱ *om. S* ^j venerant *D, O, C, S* ^{k-k} ~ *M* ^l Hernesti *S* ^m Federicus *D, C, M, S*
ⁿ neu *O, S*; nec *M* ^o regem *add. M* ^{p-p} Hungariaeque *M* ^q *om. M*

ordinacionem pro quingentis lanceis in bellum Pannonicum offerebant. Res tamen hec quamvis ^a regi et Regno ^a Polonie plurimum utilis Regni Hungarici respectu accepta non est ||.

HP IV||130

Wladislaus rex a legatis Sigismundi Hungariae regis persuasus Lubowlyam venit ibique dolo Sigismundi illectus, senatoribus inconsultis secretum sed Regno suo Poloniae perniciosum init foedus

NUPCIIS DUCIS AUSTRIE ARNESTI^b et gentibus suis que illum^c Austriam conducerent expeditis, Wladislaus Polonie rex ex Cracovia in Novam Sandecz cum Anna regina consorte sua processit¹³ et illic convenientibus ad eum Semovito duce Masovie seniore et Alexandra consorte sua, item duce ^dBoleslao Masovie¹⁴, item ^dSigismundo Koributh^e Lithuanie, item ducissa Rathiboriensi Helena¹⁵ et baronum atque militum ^fmagna multitudine^f dies Carnisprivii in solaciis et hilaritate exegit¹⁶. Sigismundus autem Romanorum et Hungarie rex^g ex federe, in quod Wladislaus Polonie^h rex a ⁱVenetorum dominio sollicitabatur ^jfirmandum, res suas in pericula veritus recisuras^j et, ne a duplici ac forti hoste a tergo et a fronte impeteretur, placare sibi Polonie regem quacunque arte decrevit et^k Branda tituli sancti Clementis presbitero cardinali¹⁷ ac Stiborio de Stiborzicze palatino Transilvanensi ad Wladislaum regem in Novam Sandecz missis¹⁸, hostilitatem, per quam in Wladislaum regem deliquerat, longo^l sermone extenuabat, petens secum fedus novum et perpetuum componi et personalem conventionem teneri, ad quam tenendam asserebant Sigismundum regem dudum per barones regnorum pro die sancte Elizabeth^m¹⁹ anno transacto in Antiqua Villa²⁰ indicte convencioni pariturum in Sczepusz advenisse et in eam diem moratum esse. Wladislao autem Polonie rege et suas, quibus a Sigismundo rege laccessitus est, agravanteⁿ iniurias et fluxe fidei hominem^o Sigismundum regem disserente, cardinalis et palatinus predicti dissidentes animos regum composituri, nunc^p illum nunc alium varia frequentacione adibant. Quo tractatu pendente Wladislai regis permissu^q Anna regina Polonie variis precibus et literis Sigismundi regis expugnata, visura consobrinam suam Barbaram

D, O, C, M, S

^{a-a} ~ M ^b Harnesti S ^c in add. M ^{d-d} om. D, O, S ^e duce add. M ^{f-f} ~ M ^g res suas in periculum veritus recisuras add. M ^h om. M ⁱ et O ^{j-j} om. M ^k itaque M ^l largo D ^m Helisabet S ⁿ arguente S ^o omnem S ^p del. C ^q promissu S

Sigismundi²¹ regis consortem, cum splendida et notabili^a militum Polonie comitiva^b in Keszmark accessit²², magno honore atque charitate regis et regine excepta^c. Interea opera cardinalis Brande et Stiborii palatini^d Wladislaus Polonie rex devictus, agere in Lubowlya opido²³ personalem visionem cum Sigismundo rege consentit^e. Ad quam cum sabato ante Dominicam Letare²⁴, habens in suo comitatu Boleslaum Masovie, Sigismundum Lithuanie duces et prelatorum ac baronum Polonie frequentiam, advenisset, Sigismundus^f Romanorum et^g Hun||garie rex^h in vertice Alpium occurrens adventum suum excepit et factis mutuis salutacionibus et osculis in opidum Lubowlyaⁱ, ubi iterum ab utraque regina excipiebatur, deduxit. Quamvis autem diebus septem reges per se et consiliaros suos de pace egissent, non tamen pax inter illos poterat convenire. Iam itaque die sabbato ante Dominicam Iudica²⁵, Wladislao Polonie rege cum suis omnibus ad discessionem accincto, Sigismundus rex nova rogacione pervicit illum, quatenus faciat secum, omnibus arbitris exclusis, ad secretam cameram ingressum. Ubi cum uterque resedisset^j, Sigismundus Romanorum et Hungarie rex, ut erat ad ingenia et versucias plenus, sic ad Wladislaum Polonie regem orsus est: „Cum et sanguine propinquo, illustrissime et charissime frater, et affinitate geminata sumus invicem obstricti, habeamus^k insuper regna vicina et variis inter se necessitudinibus ex tempore vetusto coniuncta, disgrede dehinc^l, pace non stabilita, fedum et turpe utriusque nostrum existimo, presertim cum inimicicie nostre non in longum progresse facile possunt, dummodo bona mens adfuerit, rescindi, ego quoque cum tua excellencia tuisque dominiis in pacis amenitate consistere summe exoptem. Sed quoniam a me pro Cruciferis^m ceptum estⁿ, cuius iam tedet^o me penitetque^o bellum^p, pollicebor itaque tibi et iurisiurandi, si in perpetue pacis fedus mecum redire sincere consentis, sacramento firmabo et Cruciferos me a die hac et in sempiternum deserturum et cum omnibus meis potenciis pro eorum exterminio personalia solacia^q me tibi, ea tamen condicione interposita^r prestiturum repromitto, ut postquam propicia Divinitate eos vinci et exterminari contigerit, terre Culmensis, Michaloviensis et Pomeranie, quas proprias et naturales Regni tui Polonie profiteor, ad te et regnum tuum simpliciter^s et plenarie recidant, terram autem Prussie^t

HIP IV||131

D, O, C, M, S

^a comitiva *add. M* ^b *om. M* ^c *accepta M* ^d *Transilvanensis add. M* ^e *consensit M* ^f *Sigismundum S* ^g *atque M* ^h *regem S* ⁱ *Lubowlya M* ^j *resedissent S* ^k *abeamus C* ^l *hinc M* ^m *Cruciferum D* ⁿ *et bellum M* ^{o-o} *~ O, C, M* ^p *om. M* ^q *auxilia M* ^r *sunt posita S* ^s *semper D, S* ^t *eo add. M*

inter nos eo^a sorciamur^b pacto, ut alter ex nobis maiorem illius partem accipiat, qui maiores exercitus in guerram conduxerit". Credidit princeps simplex et rectus Wladislaus Polonie rex huic vafro calidoque Sigismundi regis promisso, existimans aput illum eque ut aput se religionem iurisiurandi^c fore debere intemeratam et sacrosanctam^d, voluntati et deprecationi Sigismundi in singulis ultroneum, consiliariis suis ignorantibus, prebuit^e consensum et altero in manibus alterius super^f lignum Vivifice Crucis de observando et adimplendo huiusmodi tractatu et contractu prestante iuramentum, fedus perpetuum, gravitate suarum iniuriarum non^g h⁻discussa, non^{-h} digesta, icitⁱ. Magnitudine insuper pollicitacionis a Sigismundo rege facte Wladislaus Polonie rex pellectus non solum omnium iniuriarum et dampno||rum, quibus illum gravi et infesto bello occupatum^j Sigismundus^k perculerat^l, oblitus est, sed eciam ad nonnullos articulos Regno suo Polonie et in presens et in^m futurum perniciem adferentesⁿ et allatuos⁻ⁿ se a Sigismundo rege pertrahi^o deducique consensit. Nam licet Polonie Regnum a vetusto tempore certa iusta legitima atqua pacifica terrarum Russie et Podolie frueretur^p possessione, Wladislaus tamen Polonie rex verti^q clarum et certum ius regni sui in contractu huiusmodi et federe in dubium^r permisit omnemque^s questionem, que tamen nusquam^t suscitata erat occasione^u terrarum predictarum inter Regna Polonie et Hungarie, usque ad obitum suum et eiusdem Sigismundi regis et ex post ad spacium quinque annorum suspendi, terram vero Valachie, que et ipsa Polonis feudalis et tributaria est, eiectione ex illa^v tyrannis, partiri inter Polonie et Hungarie Regna ex equo consensit et, dum fines regni^w sui propagare nititur, in ambiguitatem coniecit propagatos. Sigismundus siquidem Hungarie rex perspectam habens Wladislai Polonie regis simplicitatem^x, abditis et secretis tractatibus, omnibus arbitris exclusis, secum^y reconciliari et federari^{-y} voluit, singula ex sententia sua et^z voto^{aa} ab illo^{-aa}, quemadmodum evenit, consecuturus, que sciebat se^{ab}, si consilarii Regni^{ac} Polonie in rem et tractatum adhibiti forent, nulatenus^{ad} obtenturum.

D, O, C, M, S

^a om. M ^b sociamur M ^c iurisiurandi M ^d itaque add. M ^e probavit S ^f per M ^g om. h^h om. O; discussa neque M ⁱ iecit O, C ^j occupatione S ^k om. S ^l pertulerat O ^m om. D, O, C, S ⁿ om. S ^o protrahi M ^p fruetur O ^q om. M ^r verti add. M ^s omnem D, O, S ^t nunquam D ^u ratione D; actione S ^v ea O ^w om. S ^x sinceritatem M ^y reconciliationem facere et foedus inire M ^z eo S ^{aa} om. M ^{ab} om. M ^{ac} om. D, O, S ^{ad} se add. M

*Percusso foedere cum Sigismundo rege Hungarie
Wladislaus rex Cassoviam deducitur*

FEDERE PER CONCLUSIONEM SECRETAM inter reges icto, conclave ambo egressi, ad locum quo regine consisterant^a procedunt. Quo cum ventum foret^b, Sigismundus Romanorum et Hungarie rex caput mitra^c nudans Wladislaum Polonie regem^d rogare sollicite^{-d} cepit, ut^e postquam in Lubowliensi opido, ad quod petitionibus suis motus descendere dignatus fuisset, iuxta status et dignitatis sue regie exigenciam honorari nequiverit, f⁻Cassoviam²⁶ non dedignetur opidum magis populare et politicum accedere, ampliore^g cultu honorem illic et charitatem suscepturus. Wladislaus autem Polonie rex nulla cum suis deliberacione premissa petitioni annuens ire cum Sigismundo rege in^{-f} Cassoviam repromisit. Argutus autem illico per Ioannem de Tharnow palatinum Cracoviensem, cur tam faciliter ire ad hostem sine securitate exacta parum deliberatus consensisset, silere palatinum rex velut rerum ignarum iussit, facilitatem suam arcano cognito laudaturum. Excipit deinde eodem die Wladislaus Polonie rex^h Sigis||mundum regem et reginam suam Barbaram atque omnes natu maiores Hungarie barones honore mense et magnificis epulis contractat. Prandio vero expleto Wladislaus Polonie rex cum singulis prelatis, principibus, baronibus et militibus suis, cumⁱ eo in Lubowlia^j accesserant, in Cassoviam Sigismundo rege eum comitante^k, processit et primum nocturnum in Sobniow^{l27}, alterum^m die Dominico Iudica²⁸ in Aperiaschⁿ egit²⁹, tercio vero, feria videlicet^o secunda post Dominicam Iudica³⁰, in Cassoviam perveniens^p cum suis omnibus, magnificis procuratus necessariis, octo dies mansit³¹.

HP IV||133

*Articulus principalis in litteris foederis inter Hungariae
et Poloniae reges icti omittitur,
Wladislao dolo ignaro annuente*

REGIBUS APUT KASCHOVIAM AGENTIBUS vocat uterque consiliarios quattuor ad consilium secretum. Wladislaus quidem Polonie rex Nicolaum Gnesnensem archiepis-

D, O, C, M, S

^a constiterant O ^b esset M ^c inter C ^d d ~ M ^e et M ^f et S ^g ampliori D, O, C, S
^h et add. O, C ⁱ in add. M ^j Lubowliam D ^k comitant D ^l Sobinow O ^m secundum M ⁿ Ope-
riasz M ^o om. M ^p proveniens M

copum, Albertum^a Posnaniensem episcopum, Ioannem de Tarnow palatinum Cracoviensem et Sbigneum de Brzesze Regni Polonie marsalcum, Sigismundus vero Hungarie rex Ioannem archiepiscopum Strigoniensem³², Hermanum comitem Cilie, Nicolaum de Gara palatinum Hungarie et Simonem de Roszgon iudicem^b curie sue^{-b} regalis³³, eisque secretas conclusiones in Lubowlya habitas aperiunt. Et quamvis prelati et barones Polonie pacta regum non probarent, velut Regno Polonie plurimum periculosa et nociva, non valentes tamen regis sui decretum quodlibet^c irritare, inviti pactis assentiunt^d. Dum autem iuxta condiciones pactorum minute literarum forent confecte et articulus primus de exterminio Cruciferorum, quorum nuncii pro eo tempore ad Sigismundum regem venerant, et de Prussie terra dividenda, tanquam principalis, propter quem cetera inconveniencie fuerant admissae, positus notatusque fuisset, Sigismundus Romanorum et Hungarie rex tali caliditate^e eum obtinuit^{-e} apud Wladislaum Polonie regem ex literis principalibus aboleri³⁴. Petivit siquidem Wladislaum regem, quatenus Anna^f Polonie regina^{-f} in^g Cracoviam remissa, ex Cassovia secum in Varadinum³⁵, deinde Budam, Vyschegrod et alia Regni Hungarie insigniora^h procederet, pollicens eum in venationesⁱ feris opulentas, quibus sciebat Wladislaum Polonie regem delectari, tracturum et omnibus necessariis splendide tracturum. Quem cum sensisset ea oblacione inescatum, alteram rursum petitionem adiecit: „Nosti — inquit — illustrissime et amantissime frater^j, me in Romanorum re^{||}gem^k assumptum noviter^{-k} esse et nondum sedem imperii ad integrum conscendisse³⁶. Rogo itaque te, quatenus conclusionem de Cruciferorum exterminio et terre Prussie divisione, stipulacione manuali et corporali iuramento inter nos firmatam, literis federum comunibus non permittas misceri, gravem indignacionem, ex qua mea non ignominia tantummodo sed et^l ex^m imperioⁿ deposicio apud imperii electores, Cruciferis propter genus et dicionem faventes, mihi conflaturam^o. Faveas itaque, sicut frater amantissimus, honori meo et articulum predictum, per quem ego apud electores et alios principes imperii magnis odiis et oprobriis me insimulatum iri non dubito, equo animo ex inscripcionum federe detrahi permittas. Ego enim articulum illum, quemadmodum tibi iuramento^p pollicitus sum corporali, et omnes alios, iuxta quos fedus sancitum est, sincere, pure et integre observabo, perinde ac si foret in literis federum^q plene notatus et expressus”. Annuit iterum Wladislaus Polonie rex

D, O, C, M, S
^a Iastrzābiec *add. M* ^{b-b} ~ *M* ^c quomodolibet *O* ^d assentiuntur *S* ^{e-e} ~ *M* ^{f-f} ~ *M* ^g *om. M*
^h *om. C* ⁱ venatione *M* ^j si *S* ^{k-k} ~ *O* ^l etiam *M* ^m *om. D, S* ⁿ et imperii *D, S* ^o conlaturam *D*;
conflaturum *O* ^p argumento *S* ^q foederis *M*

Sigismundi regis calide petitioni et articulum de Cruciferorum exterminio et Prussie divisione rescindi ex literis permittit, huiuscemodi quoque venabulo se ludibriari neque turpe neque inglorium duxit. Conscribuntur itaque, ordinantur et sigillantur litere, articulo potiori et meliori abrogato. Tenor autem federis extat talis^{a37}:

NOS^b SIGISMUNDUS DEI GRACIA Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rascie^c, Servie, Galicie^d, Lodomerie^e, Cumanie^f Bulgarieque rex³⁸ ad certitudinem presencium et memoriam futurorum. Inter bonas sollicitudines curasque multiplices, que ministerio regie dignitatis incumbunt, ^g-de salubri et pacifico^g statu regnorum nostrorum sollicite cogitare nos convenit, ut regnis ipsis ac subditis nostris^h vigeat tranquilla beatitudo quietis et solide pacis gracia nutriatur. Summmopere igitur ⁱ-occurrentum estⁱ, ut non crescant iurgia, sed ^j-iusta magistra bonorum omnium charitas^j, que nihil^k sapit extraneum, nihil^l asperum, nihil^m confusum, imo equitate nutrit concordiam, dissociatos coniungit, pacem et unitatem consolidat, cupientesⁿ itaque omnium displicenciarum, odiorum, iniuriarum, dampnorum et guerrarum materias et fomites inter nos ab una et serenissimum ac preclaros^o principes dominos Wladislaum regem Polonie et^p Alexandrum alias Withavdum ^q-ducem magnum^q Lithuanie^r fratrem eiusdem regis Wladislai partibus ex^s altera ac regna et subditos cuiuslibet nostrum quoquomodo hactenus exortas et attemptatas tollere et suffocare ac ad statum debitum mutue charitatis et fraternitatis unione laudabili deducere, ad huiusmodi connexionis^t pacis || et^u fraternitatis et concordie inconcusse duraturam devenimus unionem. Primo nempe ex certa ^v-nostra sciencia^v et in virtute fidei catholice perfecte et puro corde ac verbo regio, accedente eciam ad hoc prelatorum et baronum ^w-ac procerum^w Regni nostri Hungarie consensu pariter^x et assensu, assumimus et pollicemur, quod ab hoc die et hora in antea puram veram et sinceram fraternitatem eisdem domino^y Wladislao regi et Alexandro duci, pro quo prefatus Wladislaus^z rex nobis fecit caucionem, quod^{aa} idem dux Alexander viceversa nobis eandem ^{ab}-fraternitatem iugiter^{ab} observabit et per suas autenticas et privilegiales literas firmabit, exhibebimus et servabimus^{ac}

HP IV||135

D, O, C, M, S

^a litterae foederis *add.* D ^b *om.* C, M, S ^c Rasniae D, S ^d Galatae M ^e Lodoringiae M ^f Cumane O ^{g-g} ~ M ^h *om.* S ⁱ⁻ⁱ *om.* S ^{j-j} *litterae orig.*; iuxta magistram ... charitatem D, O, C, M, S ^{k,l} nil S, O ^m nil S ⁿ capientes M ^o praelatos M ^p ac S ^q ~ D, O, S ^r Livoniae M ^s ab M ^t coniunctionis D, S ^u *om.* M ^{v-v} ~ M ^{w-w} procerumque M ^x *om.* S ^y *om.* M ^z Poloniae *add.* M ^{aa} ut O ^{ab-ab} ~ S ^{ac} firmabimus O

ipsosque contra omnem hominem viventem, eos hostiliter invadere molientem, totis nostris viribus adiuvabimus et quod auxilium vel consilium nunquam dabimus nec consenciemus contra ipsorum statum seu personas neque in periculum seu necem personarum ipsorum per nos vel per alium seu alios aliquatenus machinabimur aut machinari volentibus consenciemus, sed pocius conservacionem sanitatis et vite ipsorum utriusque, honores^a quoque eorum pro posse procurabimus et quod de regno, ducatu, terris, dominiis, vasallis et subditis ipsorum nullo unquam tempore quicquam^b attemp- tabimus, dampnum quoque et periculum status et^c personarum et honoris ipsorum avertemus, proditoribus et rebellibus ipsorum non consenciemus, imo fraternitates eorum in talibus, ubi sciverimus, premuniemus^d eis intimando, defendemus ac ipsis assistemus ac^e omnia alia^e et singula erga eorum fraternitates generaliter et specialiter attendemus et efficaciter^f observabimus. Que vere et sincere fraternitatis vinculum exigit et que in presentibus literis nostris per distinciones^g, continencias earundem^h in suis punctis, clausulis et articulis, sentenciis quoque et capitulis universisⁱ comprehenduntur, promittimus firmiter inviolabiliter^j et effectualiter^j attendere et tenere, prout prefati domini Wladislaus rex et Withavdus dux fratres nostri carissimi vicaria et reciproca vicissitudine heccine^k nobis tenenda et observanda repromiserunt. Verum quia super terris Russie, Podolie, Moldavie inter nos et ipsum dominum Wladislaum regem Polonie et occasione earundem inter cetera dissensionis^l materia vertebatur^l, in facto itaque terre Russie inter nos et prefatum dominum Wladislaum regem concordatum extitit hoc modo, ut vita nobis et sibi insimul comite usque ad diem obitus unius ex nobis, quem videlicet prius^m nutu Divinoⁿ exemi contingat^m ab humanis, inter nos et ipsum dominum Wladislaum regem nec non prefatum ducem Withavdum pacis et treugarum federa habeantur || et inconcusse observentur modo infrascripto. Quibus treugis duran- tibus prefatus dominus Wladislaus rex Polonie terram ipsam Russie pacifice teneat prout tenet sine impedimento nostro vel regni aut subditorum nostrorum aliquali. ^oIn terra^o vero Podolie promittimus^p eundem dominum Wladislaum regem per nosmet ipsos non impedire nec per nostros subditos facere impediri neque alicui ad^q illam impediendam^q consilium, favorem vel auxilium prestare, treugis durantibus infrascriptis. Item in casu, quo

HP IV||136

D, O, C, M, S
^a honoris D ^b om. S ^c om. C, M ^d om. S ^e e ~ M ^f efficaciliter M ^g et add. M
^h eorundem D, O, S ⁱ universum S ^j om. C ^k om. M ^l materiae vertebantur D, O, S
^m contingat nutu Dominico exemi S ⁿ ex nobis add. M ^o interea O ^p permittimus S ^q illam
impediendum S

nos regem Sigismundum memorato domino Wladislao rege fratre nostro vocacione Divina premori contingat, extunc post obitum nostrum predicte treuge infra quinque annos immediate sequentes debent perdurare; et e converso, si predictum dominum Wladislaum regem prius nobis decedere accidat, federa huiusmodi treugarum similiter infra quinquennium inter ^a-Hungarie et Polonie^{-a} Regna post eius^b decessum debent firmiter observari et infra predictos quinque annos treugarum videatur de iusticia et iure parcium secundum seriem et continenciam^c literarum, alias per prelatos et barones utriusque Regni, Hungarie videlicet et Polonie, primum in Iglo, alio nomine in Nova Villa³⁹, et altera vice in Antiqua Villa confectarum, quarum contenta habentes hic sufficienter pro insertis, quo ad hec in suo robore volumus permanere. Preterea de terra Moldavie^d, ut sequitur, inter nos et eundem dominum regem Polonie fratrem nostrum carissimum est mutuo concordatum. Ex quo enim magnificus Alexander pro nunc waidwoda^e Maldvanus^{f40} ad beneplacita et mandata ipsius domini Wladislai regis fratris nostri se dignoscitur obligasse, quam obligacionem nos Sigismundus rex prelibatus ob amorem pure et sincere fraternitatis prefati domini Wladislai regis^g nolentes turbare vel impedire, ideo dispositum extitit et firmatum, ut quociescunque Turci et infideles terras Corone^h Hungarie cum valido exercitu hostiliter invaderent ac eandemⁱ depopulare^j et devastare molirentur aut quodocunque nos Sigimundus prefatus rex contra predictos^k Turcos et infideles mille lanceas vel plures armaremus et contra ipsos in expedicionem extra fines Regni nostri Hungarie destinaremus, extunc ad nostram intimacionem et significacionem idem rex Polonie frater noster carissimus mandare debet supradicto Moldvano^l, ut ipse propria in persona cum sua tota potencia nobis et nostro exercitui succurrat et obsequia prestat fideliter et constanter, salvo, si Moldvanus^m ipse infirmitate notabili et gravi eotuncⁿ esset preventus, quo casu nihilominus potenciam suam cum rectore exercitus sui idoneo transmittere de||bebit vel si saltem in servicio memorati domini Wladislai regis^o-fratris nostri carissimi cum sua potencia protunc foret preoccupatus^p. Qui si de mandato memorati domini Wladislai regis^o, ut prelibatur, in succursum contra Turcos vel infideles personaliter venire^q vel infirmitate preveniente mittere suam potenciam recusaret, extunc nos ambo, videlicet Sigismundus et Wladislaus

HP IV||137

D, O, C, M, S

^a a ~ M ^b huius M ^c continentias O ^d Moldwa seu Moldavia M ^e waythwoda C ^f Moldavus M
^g om. M ^h Regni M ⁱ easdem M ^j depopulari S ^k praefatos C, M ^l Moldaviano S ^m Molda-
 vus M; Moldavianus S ⁿ tunc M ^o om. O ^p occupatus D ^q om. D, S

reges, simul debemus terram Moldavie, non obstante predicta obligatione, potenter^a invadere et ipsum woivodam^b Moldvanum^c ab eadem amovere^d et dicioni nostre subiugare obtentamque inter nos reges dividere et per limites seu^e terminos infrascriptos distinguere et celebrare^f tali^g modo, quod silve maiores, Bucovina^h dicte⁴¹, incipiendo a montibus seu Alpibus Regni Hungarie inter eandem terram Moldavie et terram Sepeniecensem⁴² situate penes Sereth⁴³, protendentes seⁱ ad aliam silvam minorem, Bukowina^j dictam⁴⁴, usque ad fluvium Pruth⁴⁵, debent per medium dividi seu dimidiari; et quod forum Iasnasater^{k46}, in sinistra parte situm, maneat pro eodem domino^l Wladislao^m rege Polonie^m, forum vero seu villa Berleth⁴⁷, in dextra parte sita, maneat nobis Sigismundo regi etⁿ Corone Regni nostriⁿ Hungarie. Transcenso^o autem fluvio Pruth residue silve, directe procedendo per campos desertos usque ad mare, pari modo cum eisdem campis desertis per medium dividantur, ^pita quod^p Ferernar alias Belegrod⁴⁸ cum equali medietate pro suprascripto^q domino Wladislao rege Polonie^r et Kilia⁴⁹ cum alia equali medietate pro nobis Sigismundo rege et Corona^s Hungarie maneat taliter dimidiata et divisa et pars illa, que ex tali divisione cedit domino Wladislao regi predicto, remaneat in manibus eiusdem sub forma pacis et treugarum super terra^t Russie superius expressarum. Ubi autem prefatus Moldvanus^u constanter et fideliter mandata per prefatum dominum Wladislaum regem sibi^v iniungenda in nostrum subsidium et succursum adimplebit, tunc predicta totalis terra Moldavie remanebit aput eundem eciam post obitum alterius nostrum regum predictorum^w ad quinquennium^w sub federe treugarum predictarum, salvo iure partis utriusque. Item si aliquis vel aliqui ex subditis cuiuscunque^x ^yregnum nostrorum^y aut terrarum aliquas vastaciones, predas, rapinas vel incendia vel quecunque maleficiorum genera in regnis et^z terris alterius comiserit vel comiserint, quod per hec^{aa} treuge premissae non infringantur, sed quod iidem malefactores ad satisfaccionem iudicialiter compellantur^{ab}, ^{ac}ita quod^{ac} dampna per ipsos facta || de bonis eorum resarciantur et si^{ad} iudicio parere contemp-

HP IV||138

D, O, C, M, S
^a potenti S ^b waythwodam C ^c Moldavianum S ^d remove M ^e sive S ^f celebrari M
^g illo C ^h Bukowia C ⁱ sed M ^j Bukowinam M, S ^k Hyasuasatr C; Iasznasather M
^l om. M ^m m ~ M; etc. add. O ⁿ n Regno nostro M ^o inscenso S ^p p itaque S ^q dicto M
^r etc. add. D, C, S ^s Regno M ^t terram S ^u Moldavus M ^v in add. O ^w w ad quandoque
terminum C; perpetualiter litterae orig. ^x nostrum alterius add. O, M ^y y ~ C ^z vel S ^{aa} hoc O, M
^{ab} compellentur C ^{ac} ac itaque S ^{ad} sic M

nerent, uterque nostrum ipsos tanquam maleficos persequi et impugnare tenebitur et debebit. Et ut prelibatur, nullo dissensionis, displicencie, controversie et maleficii genere superveniente quociescunque^a et accidente, interrumpi possit et debeat quomodolibet vel dissolvi^b fedus treugarum^{-b} et inscripcionum predictarum, sed ut^c in talibus^{-c} delicta non remaneant impunita, disposuimus, ut undecunque contingat in talibus delinqui aut excessum fieri, recurratur et intimetur per iniuriam et dampnum patientem ad^d alterum opidorum^{-d}, utpote de incolis Regni Hungarie ad opidum Sandecz et de incolis Regni Polonie ad opidum Lewcze^{e50}; ^f que quidem^{-f} opida teneantur iudicibus hinc inde ex utraque parte deputatis aut^g deputandis casum delictum et excessum intimare et ipsos invocare, ut in termino competenti iudices quatuor numero, videlicet comites comitatum de Sarus^h, Scepustensisⁱ, Winanensis^j et Semplimensis^{k51} pro tunc constituti et per nos deputati ad instanciam et querelam incole de Polonia in Antiqua Villa; et^l ex adverso^m totidem iudices per prefatumⁿ Wladislaum regem⁻ⁿ constituti et in literis suis nominatim expressi, ut pote Szandecensis et Woiniczensis castellani, iudex et succamerarius Cracoviensis eciam pro tempore constituti in villa Schramowiecz aut in eisdem locis minor pars iudicum eorundem, prout rei qualitas depoposcerit, conveniant ac iudicium et iusticiam faciant simpliciter et^o de plano^p ^q nec non^{-q} subterfugiis cessantibus in delinquentes^r digne animadvertant. Et in corroboracionem, fidem ac^s testimonium cautele uberioris sigilla prelatorum^t baronum^u et procerum^{-u} regni nostri, quorum nomina singulariter inferius^v describuntur, penes sigillum nostrum regale presentibus sunt appensa^w. Nos quoque miseracione Divina Ioannes archiepiscopus Strigoniensis comes perpetuus in Strigoniensi et Collocensi provinciis primas ac Apostolice Sedis legatus ac^x aule Romanorum regis cancelarius, Stiborius Agriensis, Stephanus Transilvanus^{y52}, Ioannes Iauriensis^{z53}, Philippus Waciensis^{aa54} et Ladislaus Timmensis^{ab55} episcopi necnon Hermanus comes Cilie, Nicolaus de Gara palatinus Regni Hungarie, Stiborius^{ac} waivoda Transilvanus, comes Simon de Rozgon^{ad} iudex curie

^d D, O, C, M, S
^a om. M ^{b-b} ~ S ^{c-c} om. C ^{d-d} alterius oppidum M ^e Lewtze O ^{f-f} om. S ^g et M
^h Scharusz O; Sarisz M ⁱ Stepustensi D; Scepuscensi O; Scepusiensis M ^j Wynanensi O, C; Vinavensis M
^k Seniczbinensi D; Semplimensi O; Senipromensi C ^l om. M ^m adversa D ⁿ⁻ⁿ ~ C ^o om. M
^p nostro add. C ^{q-q} om. C; de add. M ^r deliquentes O ^s et M ^t et add. M ^{u-u} procerumque S
^v om. C ^w appressa M ^x et D, S ^y Transilvaniensis M ^z Lauriensis D, M, S ^{aa} Warensis C
^{ab} Turiniensis D; Tiniensis O, M ^{ac} de Stiborzicze add. O; de Stiborticze add. M ^{ad} Rozgoti D, S;
Rozgoy C

regie, Philippus de Ozora, comes Themessiensis^{a56}, b⁻ Ioannes Bebeck de Pelzewcz^c HP IV||139 tavernicorum⁵⁷, Ioannes filius Enrici^d ianitoris⁵⁸, Ioannes filius Gregorii pincernarum⁵⁹, Petrus Choh^e agasonum magistri⁶⁰, Nicolaus de Czak^f pridem waiwoda Transilvanus⁶¹, Petrus de Peren pridem comes Siculorum^{-b62}, Zuborius thesaurarius⁶³, g⁻ Paulus Bissenus^{h64} banus, Nicolaus Treuthelⁱ de Newna⁶⁵, Philipus de Goroch^{j66}, Nicolaus de^k Hedervar ianitorum⁶⁷, Gregorius de Ilswa filius palatini pincernarum⁶⁸, l⁻ Deseu de Gara^{-l} agazonum reginalium⁶⁹ magistri, David Laczk de Zankowo^{m70}, Petrus filius Henrici comes Scepusiensisⁿ⁷¹, Ioannes de Homonna^{o72}, Matheus de Paloncz^p castellanus de Grozghowz^q comes Vinariensis^{r73}, Stephanus Compolth^{s-g74} Ioannes Rozgon^t comes de Gara^{u75}, Ladislaus^v Frank waivoda⁷⁶, w⁻ Petrus Bebek, filius Detrici palatini^{-w77}, Georgius comes de Bozen⁷⁸, x⁻ Bartholomeus Fanthi^{y79}, Gallus de Zeech^z alias comes Zolensis^{aa80}, Benedictus Zudar⁸¹, Nicolaus filius Beke^{ab} de Velike⁸², Petrus filius Porze^{ac83}, Michael filius Pauli de^{ad} Kerzkeghas^{ae84}, Ioannes Iank⁸⁵, Ladislaus^{af} Thetens^{ag86}, Dionisius filius bani de Lochucz⁸⁷, Nicolaus, Sigismundus et Ioannes de Chetnek^{ah88}, Ioannes filius Iacobi de Nagwihal^{ai89}, Michael Zakech^{aj} de Kuzal^{ak90}, Stephanus filius Pauli de Somus⁹¹, Emericus filius Iohannis Derenhen^{al92}, Ioannes filius Rikalf^{am} de Tharku^{an93} et Ladislaus filius Mathie^{-x94} bona fide et Christianice nostris^{ao} et fratrum^{ap} regnicolarumque universorum vice et nominibus assumimus, pollicemur et fideiubemus, quod omnia et singula superius scripta et expressa prefatus dominus noster Sigismundus rex attendet et servabit nosque attendemus et servabimus, suam quoque serenitatem toto conamine inconcusse observanda pro posse inducemus, dolo et fraude in premissis^{aq} omnibus^{ar-} et singulis^{-ar} proculmotis. Datum

D, O, C, M, S

^a Themostiensis D; Termosciensis C; Themocsiensis O ^{b-b} om. D ^c Pelistincz C, Pelzewsz M ^d Henrici C; om. M, S ^e Czoch M, S ^f Czork C; Czask M, S ^{g-g} om. D ^h Bisemus O; Bissomus C ⁱ Trentel O; Threntel C ^j Philpes O; Filipes C; Goroph C ^k om. M, S ^{l-l} Deseu Gara O, C; de Seugara M, S ^m Senkowo C; Zantow *litterae orig.* ⁿ Stepusiensis C ^o Homonia O; Hamonna M, S ^p Paloncz O; Paloucz M, S ^q Grzoczcnwz C; Grozghowo M, S; Gyorghicz *litterae orig.* ^r Vmarchensis C; Vjvariensis *litterae orig.* ^s Compalth C ^t Roszczoÿ C ^u Garas *litterae orig.* ^v Wladislaus C ^{w-w} Frebek C, M; om. D, O, S ^{x-x} om. D ^y Fuanthi C; Faunti M, S ^z Zech C ^{aa} Zoliensis *litterae orig.* ^{ab} Bake O, S; Beka C ^{ac} Porrze O ^{ad} om. M ^{ae} Korzkepharz C; Kerzhegeny *litterae orig.* ^{af} Wladislaus C, M, S ^{ag} Tharens C; Theteus M, S ^{ah} Hethnek O; Chetnek C; ^{ai} Magnihal C; Magnihal M, S; Nagmichal *litterae orig.* ^{aj} Zalyeph C ^{ak} Gezal C ^{al} Harenchen C; Derenhen M; Derethen (Derenthen?) *litterae orig.* ^{am} Nibalf O; Ribalt C; Ribalf M, S ^{an} Tarku *litterae orig.* ^{ao} matris S ^{ap} fratris O ^{aq} primis S ^{ar-ar} om. M

Librio anno Domini millesimo quodringentesimo, duodecimo quindecima^a die Marcii, regnorum nostrorum anno^b Hungarie^c vicesimo quinto, Romanorum vero secundo. ||

*Wladislaus rex ad Venetos mittit suadens pacem
cum rege Hungariae suscipiendam*

HP IV||140

MULTIPLICIBUS INSTANCIIS SIGISMUNDI Romanorum et Hungarie regis Wladislaus Polonie rex sollicitatus, ut se inter eum et Venetos mediatorem ageret, Thomam de Dyako canonicum Cracoviensem⁹⁵ Venecias transmittit, duci et dominio^d Venetorum persuadens, quatenus bello omisso ad quietis consilia^e animos inclinent^e. Que ut facilius confici posset, nuncios suos cum plena potestate Budam, pacem eo mediatore tractaturos transmittant^f, sperare se asserens equis condicionibus pacem confecturum.

*Ludus militaris regum et principum frequentia celebris
Budae peragitur*

FERIA SEXTA ante Dominicam Ramispalmarum⁹⁶ Anna Polonie regina ex Kaschovia in Polonie Regnum revertitur, prelatis, principibus et baronibus Regni Polonie secum una redeuntibus comitata. Quam cum Sigismundus Romanorum et Hungarie rex egredientem conduceret, ex equo, cui insidebat, collapsus et graviter collisus a suis pro semivivo collectus est. Crescente autem de vita ipsius desperatione omnis nobilitas et vulgus Hungarie secretas deliberaciones coquebat non se alium pro Hungarie rege^g in Sigismundi mortis eventum^g quam Wladislaum Polonie regem habiturum. Volente tamen Deo Sigismundus rex brevi ad perfectam sanitatem rediit. Feria secunda in crastino Dominice Ramispalmarum⁹⁷ ambo reges de Cassovia egressi^h faciunt nocturnum in Tokkay⁹⁸, feria tertia⁹⁹ transvadato fluvioⁱ Czissa in rure¹⁰⁰, feria quarta¹⁰¹ in Dobrziczani¹⁰², feria quinta¹⁰³ Wladislaus rex Polonie limina sancti Wladislai Hungarie regis¹⁰⁴, cuius corpus in Varadino requiescit, honoraturus pedibus iter conficiebat, Sigismundo rege Hungarie eum^j equestri itinere^j precedente. Quindecim diebus reges ambo aput Varadinum morati Pascha Domini¹⁰⁵ illic agunt, quo nuncius Venetorum, theologie magister frater de ordine Augustinensium heremitarum¹⁰⁶, eloquencia et

D, O, C, M, S

^a post vocem Martii D; quindecimo O, C ^b om. M ^c vero add. C ^d domino M, S ^{e-e} animum inclinaret M ^f transmittat M ~~om.~~ ^g om. M ^h regressi O ⁱ flumine S ^j ~ M

HP IV||141

prudencia rarus, adveniens salvum conductum pro nunciis Venetorum ad tractandam^a pacem venturis iuxta formam et plenitudinem quam petebat^b accepit. Ante festum sancti Adalberti¹⁰⁷ egrediuntur ambo reges Varadinum et in campos vastos et solitudinem spirantes ultra villam Berszemany¹⁰⁸ facto descensu venacionibus operam navabant. Capta autem sub triduo multitudine ferinarum^c venerunt in Mohai^d¹⁰⁹ deinde in^e Dzurdz¹¹⁰, post in Agriam, ubi Rogacionum et Ascensionis Domini diebus¹¹¹ expletis fecerunt descensum in Budam, in qua solennitate^f Pentecostes^f dierum^f¹¹² peracta, ad Czepel insulam¹¹³ se contulerunt^g, agitationi ferarum et cedi intenti. Feria tertia post Sancte Trinitatis¹¹⁴ Budam reversi maximo cultu maximaque veneratione circa honorandum festum Corporis Christi¹¹⁵ fuere versati. ^hContinuabat autem uterque rex in diem usque sancti Ioannis Baptiste¹¹⁶ ⁱBude mansionem suam^{i-h}. Et in crastino Corporis Christi¹¹⁷ curia militibus ad hastiludendum indicta^j Arnesti et Alberti¹¹⁸ Austrie, Ludovici Bregensis^k¹¹⁹, Conradi Oleschnicensis¹²⁰, Ianussii Rathiboriensis¹²¹, Ioannis Lubensis¹²², ^lSandal Bosnensis^l¹²³ ducum, item centum militum, in palestra sub^m biduo a mane in vesperam pugnancium, frequentia nobilitata est¹²⁴. Ad quam milites de hisⁿ nacionibus constabat^o confluisse, videlicet: Grecos, Italos, Gallos, Polonos, Bohemos, Hungaros, Australes, Misznenses, Rinenses^p, Frankones, Lithuanos, Ruthenos, Bosnenses, Bulgaros^q, Valachos, Albanos, Rascianos. Ex Polonis^r hi fuere milites: Dobeslaus de Oleschnicza castellanus Woiniciensis^s, Msczugius de Skrzyn, Zavissius Niger et Ioannes Pharurey germani de Garbow, Domarath et Iacobus germani de Cobylyny, Nicolaus Powalya, Albertus Malski, Petrus Czerbowski, Martinus Rytwienski¹²⁵, Andreas Baliczki^t¹²⁶, Ioannes Goli de Strzalkow, Martinus Szodrowski¹²⁷ et Stiborius Handrzin^u de Stiborzicze¹²⁸, qui ad ingrediendum primi, ad discedendum ultimi, ceteris a pugna quiescentibus ipsi in seipsos ludum et pugnam edebant. Et quamvis Sigismundus Romanorum et Hungarie rex zelotipie^v odio in^w Arnestum Austrie ducem iratus eum pelli ex curia huiusmodi^x iussisset, Arnestus tamen publicum faciens ex Buda egressum, certamen athletarum clandestinus introivit et in illo usque in finem versabatur. Rex Bosznensis Charwen^y¹²⁹

D, O, C, M, S

^a tractandum O, S ^b potebat O ^c ferarum D ^d Mohan S ^e om. M ^f ~ M ^g contulerat C ^{h-h} uterque autem rex Budae mansionem suam continuabat in diem usque sancti Ioannis Baptistae M ⁱ⁻ⁱ ~ D, S ^j om. M ^k Brigensis O ^{l-l} Sendal Bosnensis M; Sandobosniensis C ^m om. M ⁿ tris M; ^o ijs S ^o constat M ^p om. C ^q Wlgaros C ^r Polonorum M ^s Voinicensis O ^t Baliczki O ^u Iandrzini O; Madrziny C; Iadrzini M ^v zelotipyo C ^w om. C ^x eiusmodi S ^y Carwen O, M

sua et sue consortis presencia ludum hunc celebriorem^a effecerat, cum et sui milites alte et procere stature strenui et animosi in pugna spectarentur.

Legati Thartarorum ad regem Wladislaum Budam veniunt

IMPERATORIS TARTARORUM ZOLTHAN Zeledin^b nuncii Budam usque ad Wladislaum regem Polonie perducti¹³⁰, tribus camelis panno coopertis Wladislao regi ex parte sui cesaris et aliis muneribus presentatis in lega||cione sua nomine sui cesaris Wladislao regi facta, cesarem suum cum omnibus potenciis suis contra quoslibet suos hostes impensurum solacia^c offerebant, que^d legacio nacionibus exteris erat magne admiracioni et terrori. Satagens autem Wladislaus Polonie rex Sigismundo Romanorum et Hungarie regi contra^e honoris et benevolencie vicissitudine respondere, eosdem, qui ad se ex parte Tartarorum cesaris venerant^f iubet, ut^g parem legacionem aput Sigismundum regem resumant^h. De quo predictus Sigismundus rexⁱ supra modumⁱ letatus et ipsam in magnum glorie et fame sue cumulum referens, hostes suos Venetos legacione ipsa territabat.

HP IV||142

*Causam Wladislai regis et Cruciferorum susceptam Sigismundus
Hungariae rex in alios reicit, ut bello in longius tempus
dilato Cruciferos auro spoliaret*

VERITUS SIGISMUNDUS Romanorum et Hungarie rex, ne Polonie rex Wladislaus illum iuxta federa percussa et iuramento firmata de subsidio contra Cruciferos ferendo requireret (iam siquidem magister et ordo Cruciferorum pacis perpetue fedus cum Polonie rege ictum solucione^j pecuniarum pro primo termino facta^k¹³¹ pro residuis vero duobus Sigismundo rege mandante neglecta, prevaricati fuerant et bellum sibi ex integro inferri per Polonie regem, licet eciam residuorum duorum^l terminorum solucionem implevissent, ob solum temporis neglectum et tarditatem formidabant) ea arte Wladislaum regem circumveniens a bello^m Cruciferis movendo abduxitⁿ. Persuadet siquidem

D, O, C, M, S

^a celebrem S ^b Zeledini M ^c auxilia M ^d quod D ^e grata O, M ^f venerunt O ^g et D, O, C, S ^h resumunt D, O, C, S ⁱ⁻ⁱ admodum M ^j solutionem S ^k factam S ^l om. C, S ^m illo C ⁿ abducit O, M

HP IV||143

ei, ut postquam magistri et ordinis Cruciferorum nuncii pleno mandato plenaque auctoritate subnixi Budam venissent et omnes diferencias hactenus ventilatas suo arbitrio crederent, non cunctaretur et ipse Polonie rex suum iudicium et decisionem subire et potestati sue causam credere, frequenti et ingeminata pollicitacione spondens se pro Polonie rege velut suo amicissimo confederato favorabilem sententiam pronunciatum. Wladislao autem ^a Polonie rege ^a tam operose affirmacioni regis Sigismundi fidem dante ^b et pro arbitro atque iudice regem Sigismundum acceptante ^c ¹³², instauratur solenne iudicium et Sigismundo rege cum prelati et baronibus Regni Hungarie in eo presidente pars utraque suas proposiciones, responsiones, iura et munimenta producit. Et quamvis Sigismundus rex poterat tunc creditam sibi a parte utraque causam expedivisse, ut tamen dilacionibus Polonie regem a guerra distineret et Cruciferorum crumenam pro libito emungeret, causam in longius tempus continuat et repentino in Italiam discessu pro guerra cum Venetis pro Regno Dalmacie ordinanda se occupatum iri pretendens, ad audiendum parcius ulteriora producta Ioannem Strigoniensem archiepiscopum, Nicolaum de Gara et alios Hungarie barones surrogat et ipsis causam inter regem Polonie et Cruciferos tractandam et ad plenum expediendam ^d mandat ¹³³.

*Pace per Wladislaum regem inter Venetos et Sigismundum
Hungariae regem occasione Regni Dalmatiae non composita Budae signa
Venetorum bellica antea in proelio capta Sigismundus iratus conculcat,
nuntiis Venetorum praesentibus*

VENIUNT^e INTERIM biduo^f Venetorum ad Wladislaum Polonie regem in Budam nuncii, videlicet Franciscus Mozenigo^g ¹³⁴, ex post in ducem Venetorum Michaele Steno absumpto promotus, et Antonius de Lauredano ¹³⁵ super Regno Dalmacie cum Sigismundo Romanorum et Hungarie rege Wladislao Polonie rege mediatoris vicem gerente placitaturi. Verum post varias proposiciones, oppositiones^h et responsaⁱ postque varias altercaciones^j in audientia Polonie regis ^k per utramque partem ^k habitas Venetorum

D, O, C, M, S

^{a-a} M ^b danti O, C, M ^c acceptanti O, C, M, S ^d expediendum S ^e venerunt M ^f hi duo D, O, M
^g Moczenigo O; Moczongo C ^h et add. M ⁱ responsu O ^j altricationes O ^{k-k} pro utraque parte S

nunciis nullo pacto ex ^a Dalmacie possessione nuper regi et Regno Hungarie detracta cedere velle asserentibus et nonnisi album equum purpura tectum pro tributo annuo ^b sibi et suis ^c successoribus ^d Hungarie regibus solvi a Venetis pro Regno Dalmacie et eius donacione, si ipsam illis facere contigerit ^e, offerentibus, Sigismundus rex non placitatum se sed irrisum et ludificatum iri dolens, in magnam iram excandescens quinque Venetorum signa bellica per capitaneum suum Pyponem de Florencia ¹³⁶, ceso Venetorum exercitu aput Forum ^f Iulii ante ^g annum unum ^g capta per plateas opidi Budensis et circa edes, aput quas Venetorum legati hospitabantur, legatis ipsis Venetorum inspectantibus, et sancti Marci sub forma leonis imaginem, item ducis sui et aliorum arma recognoscentibus, per terram ignominiose trahi et in gyrum circumferri, ad extremum in Budense castrum referri et in strata magis trita, ut concularentur a transeuntibus et ut ^h opprobrio cunctis fierent ⁱ, iussit. Et dum taliter strata et deformata consisterent, ^j contigit simul ^j utrumque regem illac facere iter. Wladislaus itaque rex Polonie ludibrium signis mutis ^k et innocuis inferre non sustinens, in obliquum cum omni milicia signa pedibus obterere fastidians flectit iter, Sigismundum vero regem illa percalcantem ^l pia correptione ob||iurgat: „Non convenit ^m — inquit ⁿ — frater carissime, tuis insultare hostibus et eorum ignominiose attrahere signa, sed ^o coram Deo humilitatem accione et spiritu gratitudinem referendo ^o monstrare. Ego siquidem documento tibi esse possum, qui infestis hostibus meis cede magna aput Prussiam devictis, omnem benignitatem prestiti signaque ^p eorum in urbem regiam et regni ac populi mei metropolim ^q Cracoviam ^r, pedibus iter cum militibus meis conficiendo, inferens, ad sacras edes pro honore Divino, cuius brachio cepisse me illa profiteor pendere ^s ordinavi, omnem gloriam relati ex Cruciferis triumphis ^t soli Deo ^t atribuens ^u et ab omni me ^v continens superbie ^w fastu ^v”.

HP IV||144

D, O, C, M, S

^a Regno *add.* M ^b anno O ^c om. M ^d -que *add.* M ^e contingit S ^f foris C ^{g-g} ~ M ^h eis C ⁱ desideratur poni (*add.* M) *vel simile quid* ^{j-j} contingit similiter S ^k mutuis S ^l procalcantem S ^m venit S ⁿ inquit M; tibi *add.* D, S ^{o-o} gratitudinem referendo accione et spiritu coram Deo humilitatem M ^p signumque S ^q metropoliensem S ^r Cracoviensem M ^s soli Deo *add.* C ^{t-t} om. C; soli M ^u attribueris M ^{v-v} contineris superbia ab fasto C ^w superbia atque O, M

*Wladislaus rex ex morbo revalescens ac reditum parans
in Poloniam dona accipit
et vicissim dat Sigismundo Hungariae regi*

FERIA QUARTA IN VIGILIA S. Ioannis Baptiste¹³⁷ Wladislaus Polonie rex de^a Buda egressus in Albam Regalem¹³⁸ pervenit^b et die sancti Ioannis Baptiste¹³⁹ cum aliquot sequentibus illic exactis^c in^d Thata^e¹⁴⁰ et die altero in Langdorff villagium¹⁴¹ ad fluenta Danubii situm perveniens, crapulosius caseis ex lacte bubalo^f recenter coagulatis se replens et^g indigesto cibo balnei^h postremoⁱ vero undarum Danubii fomentis^j prope horis duabus se reficiens, febrim acutam tercianam contraxit et nihilominus die altero in Moroth¹⁴² locum venacionum Strigoniensis archiepiscopi, duos illic phisicos a^k Sigismundo rege^{-k} pro^l curando egro^m corpore missos offendensⁿ, ex Moroth Strigoniam venit. Quo^o cum diebus quinque Ioanne Strigoniensi archiepiscopo illum^p omnibus necessariis^{-p} splendide tractante lenimen^q sue egritudinis sumpturus stetisset, sexta demum die navali itinere Vischegradum introiit grassanteque morbo septem diebus illic immorari coactus est, sub quibus Sigismundus Romanorum et Hungariae rex Vischegradum visitandi regis Wladislai et solandi suum languorem gracia perveniens, omnes suos ex castro descendere^r iussos Vischegradum in regis et suorum militum potestatem comisit. Abinde per regem utrumque per Marussam¹⁴³ in Varprim venacionum locum^s¹⁴⁴ itum est et aliquot illic^t dies resumendi virium respectu absumpti. Intelligens autem Sigismundus Romanorum et Hungariae rex animum Wladislai Polonie regis anhelare in reditum (iam siquidem illi pristinae sanitatis refusus erat vigor)^u sibi^v per Andream Roszen de Rosznow militem suum tunc familiarem de domo Grifonum¹⁴⁵ coronam materialem auream Regni Polonie, qua primi regis Polonorum Bo||leslai Magni Ottho imperator tercius tempora insigniverat^w, item gladium sczyrbiecz, quem gruem vocant, ^x-item sceptrum et pomum aureum reddidit et presentavit^{-x}¹⁴⁶. Que omnia et alia plurima Regni Polonie decora Elisabeth senior regina^y¹⁴⁷

HP IV||145

D, O, C, M, S
^a om. M ^b praevenit S ^c exacte C ^d om. D, S ^e Thara D, S ^f bubulo D ^g ac M ^h balneo C ⁱ postremo add. inutiliter C ^j fomentur M ^{k-k} ~ M ^l om. O ^m aegroto M ⁿ offenderis M ^o ubi M ^{p-p} ~ S ^q levimen M ^r discedere M ^s loco M ^t ibi S ^u reddidit M ^v et praesentavit add. M ^w item sceptrum et pomum aureum add. M ^{x-x} om. M ^y om. C, M

germana Casimiri Polonie et mater Ludovici ^a Hungarie regum ^b in Hungariam, Ludovico rege ¹⁴⁸ utrumque regnum administrante ^a verita, ne in filii sui Ludovici regis ^c, negligencius omnia publica Regni Polonie agentis negocia, dedecus ^d Poloni alium sibi regem ordinarent, extulerat ^e. Donat insuper prefatus Sigismundus Romanorum et Hungarie rex Wladislao Polonorum regi varia sanctorum ossa et reliquias in monstrancia argentea deaurata annulo olim Ludovici Hungarie regis signatas; tria stamina axamenti simplicis, item tria stamina panni Florentini, item tres spadones. Portitorem autem huiusmodi munerum Andream Roszen militem Wladislaus Polonie rex duabus villis in Regno Polonie et Sandecensi districtu largicione perpetua sibi inscriptis et centum marcis latorum grossorum remunerat. Sigismundo autem Romanorum et Hungarie regi in vicissitudinem et recompensam dona alia insignia et splendida, schubas videlicet pelliceas et diploides pellibus zebellinis ^f, mardurinis, emerlinis ^g et griseas superbas; item equos ambulatores et gonczy ^h, aves quoque varii generis ad venandum instructas remittit ⁱ.

*Wladislaus rex Cracoviam ingrediens coronam Regni Poloniae,
gladium et pomum, munera Sigismundi Hungariae regis
ante se deferri iubet*

FERIA QUINTA IN DIE BEATE ^j MARIE Magdalene ¹⁴⁹ reges una simul ex Vaprim egressi in monasterium, quod appellamus Nostra ¹⁵⁰, fratrum heremitarum primi heremite ^k, situm in solitudine, perveniunt ^l et sermonibus multifariis atque amplexibus in magna caritate atque dulcedine celebratis, valediccione alter ^m in alterutrum ⁿ impensa, discessionem faciunt. Wladislaus siquidem ^o Polonie rex in Regnum suum Polonie reversurus per Trinczin ^p ¹⁵¹, Myedzyrzecz ¹⁵², Brunow ¹⁵³ et Clobuk ¹⁵⁴ Moraviam perveniens, a Laczkone barone Moravico ^q ¹⁵⁵ submisso et magna devocione exceptus et ^r victualium necessitate biduo procuratus est. Ex Moravia per Hiczin ¹⁵⁶, Przeborow ^s ¹⁵⁷, Theschen ^t in regnum suum perveniens, die Dominico ante ^u sancti Laurentii ¹⁵⁸ Cracoviam ingressurus coronam materialem Regni sui Polonie, gladium, pomum et

^{D, O, C, M, S}
^a ^a ^{om. C} ^b extulerat ^{add. M} ^c dedecus ^{add. M} ^{d, e} ^{om. M} ^f sabellinis ^{O, M} ^g armellinis ^{O;}
amerlinis ^M ^h ad veloces cursus aptos ^M ⁱ remisit ^M ^j sanctae ^M ^k heremiti ^D ^l proveniunt ^S
^m ^{om. O} ⁿ alterum ^M ^o quidem ^M ^p Thranczin ^{O;} Trączin ^M ^q Moravito ^D ^r ac ^M
^s Prziborow ^{O, C} ^t Theschin ^M ^u festum ^{add. M}

HP IV||146 sceptrum apud Hungariam sibi per^a Sigismundum regem^b reddita || ante suum conspectum iussit in patulo deferri. Cui in obviam^c Anna^d Polonie regina^d consors sua processiones quoque^e omnium ecclesiarum effuse redditum suum iocundissima testabantur^f hilaritate. In festo deinde Assumpcionis Sancte^g Virginis^h 159 Marie Wladislaus rex apud parochialem ecclesiam Sancte Marieⁱ in Cracoviaⁱ missarum solennia audiens coronam materialem, gladium, pomum et sceptrum supra locum sue stacionis in stallis publice iussit exponi pro populi leticia et admiracione.

*Wladislaus rex dona ab Hungariae rege accepta Alexandro
duci magno Lithuaniae dat et Petrum Wisch episcopum Cracoviensem
ex sede sua vi eiectum in Posnaniam transfert
et Albertum Iastrzambycz sufficit*

FERIA SECUNDA IN CRASTINO ASSUMPCIONIS Sancte Marie Virginis^j 160 Wladislaus Polonie rex de^k Cracovia egressus apud castra opidaque sua et curias, videlicet Novam Civitatem¹⁶¹, Sandomiriam, Prziszow, Szekarzowicze¹⁶², Lublin, Chelm^m 163, Hrubyeszow¹⁶⁴ transitum faciens feria quarta in die sancti Michaelis¹⁶⁵ supraⁿ flumen Bug^o 166, uno miliari a Chrubyeszow cum Alexandro Withavdo^p duce magno^p Lithuanie personalem tenuit conventum et universa, que cum Sigismundo Romanorum et Hungarie rege^q egerat, queque federa secum iecerat qualesque eventus in Hungaria habuerat, certo ordine exponit et fere singula munera, quibus a Sigismundo rege et Pannoniis^r fuerat honoratus^r sibi largitur. Advenerat in eam dietam Petrus Visch^s Cracoviensis episcopus^s, grandem iniuriam suam satagens posse rescindi. Obtinuerat siquidem Wladislaus Polonie rex apud Ioannem papam^t vicesimum tertium^t (exposito quod^u delirus foret^w et lethargico similis) illum a sede Cracoviensi in Posnaniensem transferri¹⁶⁷ et in Cracoviensem Albertum Iastrzambiecz Posnaniensem episcopum surrogari¹⁶⁸, quasi Posnaniensis ecclesia tam miserabili condicionis existeret, ut a deliro regi posset^x. Et provisionum^y bullis allatis vir optimus Petrus Cracoviensis episcopus

^{D, O, C, M, S}
^a om. C ^b om. C, S ^c obvium O, M ^{d-d} ~ M ^e -que M ^f praestabantur C ^g Beatae M, S
^h om. D, O, C, S ⁱ⁻ⁱ Cracoviae M ^j om. D, O, C, S ^k om. M ^l Szekarzowicze D, C ^m om. S
ⁿ super S ^o Bugk O; Buk C ^{p-p} ~ M ^q om. C ^{r-r} honoraturus M ^{s-s} ~ M ^{t-t} XXIII M
^u quidem O ^w esset M ^x possit S ^y provisionem M

excedere de sua ecclesia brachio regio^a impellente stringebatur. Supplicabat itaque et per se et per necessarios suos, et signanter Andream^b Lyaskarii prepositum Wladislaviensem, Wladislaō regi, ne illum sede sua pelli pateretur faveretque, ut liceret sibi suam iusticiam iuris || remediis defensare. Sed dum Wladislaus rex^c inexorabilem se^d ad sigulorum iustam huiusmodi causam promovencium suffragia ostenderet^e, omnes insuper fratres^f et amicos eiusdem Petri^f Visch episcopi gravi indignacionis atque obiurgacionis correptione percelleret, iuste reprehensionis aculeos apud presentem et succedentem etatem non evasurus^g prefatus^h Petrus Vischⁱ episcopus Cracoviensis desertum se a fratribus cognatis et^j familiarissimis suis iri dignoscens de Cracoviensi episcopatu cum ingenti lacrimarum effusione et tam vehementi amaritudine et dolore, ut singulis circumstantibus fletum excuteret, in Posnaniensem episcopatum discessit, ulcionem districtam sue eieccionis auctori ingeminato clamore frequencius ab ulcionum Domino imprecatus. Que quidem translacio^k magnum in clero et populo parturivit^l scandalum, laicos quoque reddidit plus solito ecclesiasticis infestiores. Sed neque in diem hanc eius poterat ad liquidum amaritudo aboleri, sed et^m Mroczek de Pozsadow, alias de Lapuchow, miles Maioris Polonie propinqua cognacione per lineam directam Petro Vysch episcopo iunctus, deieccionem suam ignominiosam molestius ferens aptum observabat tempus, quo Albertum Iastrzambiecz episcopum occideret. Dieta quoque generali apud Gnesnam instituta pro Pentecostes die¹⁶⁹, ad quam Albertus Jastrzambiecz episcopus certo cercius ferebatur venturus, Mroczek prefatus cum quingentis armatis hospicium illius invadere et Albertum episcopum obruncare iureiurando se astrinxerat, verum Alberto Jastrzambiecz dietam huiusmodi declinante, facinus cogitatum execucioni mandatum non est.

HP IV||147

QUANTUS AUTEM PUDOR FUERIT, quanta Deo iniuria et ecclesie Cracoviensi contumelia, quantum perniciosi et detestabilis res exempli, quantum regie maiestatis et tocius regni dedecus, ut rex alioquinⁿ devotus et catholicus et princeps illustris ac magnificus ad unius episcopi deieccionem sudaverit et contra virum bonum et simplicem (esto verum sit in amenciam lapsus) extenderit, potenciam sue fortitudinis atque^o maiestatis, qui quanto donis pocioribus se a Deo insignitum meminerat, tanto scrupulosiori diligencia et solerciori cura invigilare debuerat, ne gloriam^p sui nominis tam feda

D, O, C, M, S

^a regali M ^b Ioannem M ^c om. S ^d ostenderet add. M ^e om. M ^{f-f} om. C ^g evasit M
^h itaque add. M ⁱ om. C, M ^j om. M ^k translatum S ^l parturit M ^m om. C ⁿ alioqui O ^o et M
^p gloria M

macula cum regnorum suorum atque principatum pernicie atque dedecore fuscaret salutem suam derogaturam atque famem. Maior enim ^a praefato pontifici Petro ^a Visch ^b, si delirus fuerat, debebatur miseratio, sub cuius sacerdotio pax Regno Poloniae et triumphus ille famosus ^c ex Cruciferis apud Grinfeld relatus provenerat ^d, libertas quoque ecclesiis, concordia plebibus, moribus disciplina, eo vero amoto ^e deformitas in clero et populo grassari cepit. Huius tamen deformitatis nullus alius ^f causa fuisse ^f nisi Albertus Iastrzambiecz insimulabatur, qui primus apud Polonos tam pestiferi exempli deponendi pontificis et sibi succedendi auctor extitit, insignem ambitionis titulum occupaturus.

HP IV||148

Legatus Sigismundi Hungariae regis pro repetendis quadraginta milibus sexagenarum promissarum suo regi in pignus terrae Szcepusiensis ad magistrum Prussiae remittitur et templum Ruthenum Latino ritu Premislae consecratur

CONVENCIONE ^g supra fluvium Bug pro die sancti Michaelis ¹⁷⁰ ^h tenta expedita ^h Wladislaus Poloniae rex in Medikam processit ¹⁷¹. Quo illic diebus quindecim comorante Sigismundi ⁱ Romanorum et Hungariae ⁱ regis legati ^j, videlicet Ioannes Strigoniensis archiepiscopus et Michael Kochmeister Nove Marchie advocatus in die sancte Hedvigis ^k ¹⁷² ad suam serenitatem perveniunt ^l. Hi data audientia orant precanturque, quatenus Wladislaus Poloniae rex ad persecucionem ^m imperialis fastigii Sigismundo regi quadraginta sexagenarum latorum grossorum Pragensium millia ⁿ, quae propediem magister et ordo Prussiae Poloniae ^o regi iuxta condemnationem iudiciariam pro pena, dampnis et interesse, quod ^p in constitutis diebus capitalem summam centum videlicet millia solvere neglexerat, soluturus erat, mutuaret ^q. Offerentes in pecuniarum predictarum ^r summa terram Szcepusiensem Regni Hungariae regi et Regno Poloniae dare in obligationem et pignus. Wladislaus autem Poloniae rex participato suorum baronum consilio ^s et ut ^s Sigismundum regem maiori ^t necessitatis et amicitiae vinculo obstringeret et ad implendum fedus de Cruciferorum exterminio iuramento utrinque ^u firmatum

D, O, C, M, S

^{a-a} Petro pontifici praefato M ^b om. M ^c formosus S ^d pervenerat S ^e amoti M ^{f-f} ~ M ^g expedita que add. M ^{h-h} habita est M ⁱ⁻ⁱ ~ C ^j om. C ^k adveniunt add. O ^l om. O ^m prosecutionem D, O, C, M ⁿ mutuo daret add. M ^o Polonorum M ^p qui S ^q om. M ^r om. C ^{s-s} ~ M ^t maioris M ^u utriusque O

arccius obligaret, mutuare Sigismundo regi prefata quadraginta sexagenarum latorum grossorum millia terra Sczepusiensi in pignus recepta consentit¹⁷³. Prefatoque Michaeli Kochmeister Nove Marchie advocato personaliter mandat, ut prefata quadraginta sexagenarum latorum grossorum millia in potestatem et manus Sigismundi regis consignet, magistrum et ordinem Cruciferorum de Prussia specialibus literis quitans de eisdem. Ioannes itaque archiepiscopus Strigoniensis legacione sua votive perfunctus plurimisque^a et notabilibus donis per Wladislaum Polonie regem honoratus^b in Hungariam revertebatur. Ex Medika in^c Premisliam Wladislaus rex, habens in suo comitatu Strigoniensem archiepiscopum et Michaellem Kochmeister^d, processit et sub eorum con||spectu infamie notam^e sue iniuste sibi ab Almanis, quasi^f seismaticorum fautor et precipuus receptator foret, iniustam purgaturus, ecclesiam cathedralem pulcherrimo opere ex petra quadrata fabricatam in Przemisliensis castri medio sitam, ritu Greco hactenus per pontificem Ruthenorum administrari^g et officari solitam^g, eiectione et^h extumulatis primum Ruthenorum cadaveribus et cineribus, consecrari in catholicam et Latini ritus ecclesiam ordinavit¹⁷⁴. Quod ad singularem sui ritus contumeliam et oprobrium Ruthenorum sacerdotes et populus deputantesⁱ, amarum singultibus vociferacione et flentibus eam^j prosequabantur^k. Qua processu temporis, sub anno videlicet Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, sub pontificatu Nicolai Przemisliensis episcopi¹⁷⁵ ruinata^l, singuli eius quadri lapides in fabricam cathedralis ecclesie in civitate site conversi positique sunt.

HP IV||149

*Legatus regis Hungariae terminis Lithuaniae et Prussiae
bene perspectis in Hungariam revertitur*

NUNCIIS SIGISMUNDI ROMANORUM ET HUNGARIE regis licenciatis Wladislaus rex^m exⁿ Przemislia discedens giratis pluribus opidis, castris et curiis suis, videlicet Grodek, Wysznia¹⁷⁶, Leopoli¹⁷⁷, Gliniany, Bobrka¹⁷⁸, Nadzyczicze¹⁷⁹, Miedynicze, Drohobicz¹⁸⁰, Oszimini¹⁸¹, Sambor¹⁸², Medika pro festo Omnium Sanctorum¹⁸³ iterum Przemisliam adiit. Quo illic exacto per Szanok¹⁸⁴, Crosznam¹⁸⁵, Byecz, Bochniam,

^{D, O, C, M, S}

^a plurisque *O* ^b honoratus *M* ^c *om. M* ^d Kochmagister *C, M* ^e *om. S* ^f qui *S* ^g *g* solitam et officari *S* ^h *om. M* ⁱ factum *add. M* ^j illud *M* ^k prosequabatur *O* ^l ruinum *O*
^m *om. D, O, C, S* ⁿ *om. M*

Woynicz¹⁸⁶ pro die sancti Martini¹⁸⁷ in Niepolomicze advenit¹⁸⁸. Ubi diebus quindecim cum prelati et baronibus Polonie, qui ad illum confluerant, exactis per Przemankow^{a189}, Wisliciam, Schydlow, Opatow, Urzandow^{b190}, Lublin, Brzescie, Bielsko^c Lithuaniam adveniens, fere totam hiemem illic absumpsit et residua Hungarica munera, quibus fuerat a Sigismundo Romanorum et Hungarie rege, a Charwen^d Bosznensi rege ceterisque prelati, principibus et baronibus honoratus, in fratrem suum Alexandrum ducem magnum^e Lithuanie et in filiam eius Anastasiam¹⁹¹, ducis Mosquitarum^f Basili consortem, que regem et ducem visitatura^g Lithuaniam accesserat^h, liberalissime erogavit. Nuncius itemⁱ alius Sigismundi Romanorum et Hungarie regis, Benedictus de Makra, Hungarus miles^{j192}, Lithuaniam advenit terminos et limites terrarum Lithuanie et Prussie quibus disterminantur^k fluminibus aut locis, coram con||specturus^l m⁻ et parte^{-m} regis atque Cruciferorum presenteⁿ singulos terrarum predictarum situs diligenter recensens investigans et^o examinans atque^p in scriptum redigens, muneratus a rege Wladislao et Alexandro duce, in Hungariam, viva ferens testimonia, q⁻ rediit pro cause^{-q} que cum Cruciferis agebatur^r decisione faciliori¹⁹³.

HP IV||150

Hussitarum haeresis Pragae oritur

LABEM HERETICAM ET PLURES pestiferos errores a Ioanne Husz natione Bohemo in Pragensi civitate superseminatos Ioannes papa^{s-} vicesimus tercius^{-s} extirpaturus, Ioannem tituli^t sancti Petri diaconum cardinalem^{u194} Bohemiam transmittit. Qui processu legitimo contra Ioannem Husz, synodo^v apud Pragam in die sancti Luce^{w195} indicta instaurato^x, ipsum propter erronea sua dogmata et ad populum frequencius pronunciata et manu sua conscripta, anathematis processibus percellit. A quibus ille ad iudicium Summi Dei provocans appellacionem in valvis pontis Pragensis affigit. Et illa se extunc et deinceps protegens, ferocius in dehonestacionem Sedis Apostolice et suorum cardinalium serendo pestifera dogmata, grassabatur, maius peri-

D, O, C, M, S

^a Przemakow O ^b Vrzandkow O; Vrzantkow C; Vrzedkow M ^c in add. M ^d Tharwen C ^e om. M ^f Moschovitarum M ^g in add. M ^h advenerat M ⁱ iterum M ^j in add. M ^k disterminantur C, M ^l advenit add. D, O, C, S ^{m-m} eo tempore S ⁿ om. S ^o atque M ^p et M ^{q-q} ~ M ^r transigebatur D, S ^{s-s} XXIII M ^t et add. C ^u in add. M, S ^v videlicet add. M ^w Luciae D, C ^x om. M

culum brevi paritura. Quam^a Venceslai Bohemie regis inlibrata ad omnia levitas non secus quam^b calamus ventis succedentibus agitatus roborabat.

Hiems calidissima

ANNI HUIUS HIEMS calidissima et absque exemplo ab omni horrore pruine aliena adeo, ut frigidissima regio Lithuanica circa Purificacionis Sancte Marie Virginis^c 196 festum olera et flores, de quibus usus comunis habebatur, producens, vulgo pene in^d miraculum atque, ut dici solet, in religionem fuerit. ||

Concilium Constantiense indicitur; Ladislaus Siciliae rex dum contra papam bellum parat igne sacro correptus moritur

HP IV||151

IOANNES PAPA^e VICESIMUS TERCIVS^e Florencia egressus Bononiam duodecima mensis Novembris^f intravit. Circa finem vero Novembris cum cardinalibus^g et curialibus suis^h transiens, aput Laudamⁱ 197 et Cremonam^l 198 cum Sigismundo^j Romanorum et Hungarie^j rege conveniens^k, concilium^l generale aput Constanciam, civitatem Germanie^l 199, ad reuniendum^m Ecclesiam Dei multipliciter scissam celebrari consensit. Reges quoque et principes Christianitatisⁿ, ut illi per se vel nuncios suos^o interessent, invitavit. Interim vero Ladislaus Sicilie rex corrupto capitaneo castris sancti Angeli castrum predictum per prodicionem conquirat, maximoque^p exercitu collecto circa principium mensis Iunii persequi^q Ioannem papam et^r aput Bononiam obsidere illum^s disponebat. Verum medio tempore Ladislaus^t ipse, cuius tremor et pavor tam papam et^u cardinales quam suos omnes curiales vehementer pervaserat, igne sacro in membro virili, priusquam dimidiaret dies suos, tactus obiit et extunc Ioannes papa quietus^w in Bononia mansit quiescior²⁰⁰.

D, O, C, M, S

^a sc. haeresim; quae quidem dogmata M^b atque M^c om. D, C, O, S^d om. M^{e-e} XXIII M^f Decembris O^g suis add. M^h om. Mⁱ Landam O^{j-j} ~ C^k convenientes S^l consilium C^m reuniendam Mⁿ Christianorum M^o om. O, C, S^p maximo quoque O, M^q prosequi S^r om. O^s illam C^t Wladislaus C^u om. C^w om. M

COMMENTARI

Annus 1406

¹ Ianussius I Senior dux Masoviae, f. Semoviti III et Euphemiae, circa 1350 natus, in matrimonium Danutam Annam sororem Magni Ducis Lithuaniae Vitoldi duxit, 8 XII 1429 obiit. Caput Ducatus sui ex opp. Czersk Varsoviam transtulit (B. Sobol, PSB X, p. 581–582; M. Wilska, *Książę Janusz Starszy [ok. 1350–1429]*, Warszawa [1986], pp. 51).

² Albertus Jastrzębiec de Łubnice, qui insigni Jastrzębiec utebatur, Derslai f., doctor decretorum, canc. Hedvigis reginae 1397–1399, ep. Posn. 1399–1412, canc. Regni Poloniae 1412–1423, ep. Crac. ab 1412, archiep. Gnesn. ab 1423, obiit 2 IX 1436 (UC, p. 172; J. Krzyżaniakowa, WSB, p. 832–833; Krzyżaniakowa II, p. 51–62; Sułkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 214–216; G. Lichończak-Nurek, *Biskup Wojciech Jastrzębiec (około 1362–1436) i jego rodzina jako przykład kariery w czasach jagiellońskich*, in: *Cracovia, Polonia, Europa*, Kraków 1995, p. 329–342; eadem, *Wojciech herbu Jastrzębiec arcybiskup i mąż stanu (ok. 1362–1436)*, Kraków 1996). Łubnice, villa in palat. Sand., 16 km ad SE ab opp. Stopnica sita.

³ Diploma foundationis ecclesiae collegiatae s. Ioannis a duce Ianussio editum, non est asservatum. Exstat autem diploma ab ep. Posn. Alberto Jastrzębiec 5 I 1406 editum quo haec fundatio confirmabatur (*Acta ecclesiae collegiatae Varsoviensis*, ed. B. Ulanowski, AKP VI, Kraków 1897–1926, p. 7–8; Nowacki, *Archidiecezja* II, p. 600–603; *Rozbiór* I, p. 75; KDW V, nr 86-reg.).

⁴ Czersk, castrum et civitas, nunc villa ad Vistulam in terra Masoviae sita, castellaniae sedes, ab a. 1240 caput ducum Masoviae. De beneficiis Varsoviam transferendis, v. Nowacki, *Archidiecezja* II, p. 298–300.

⁵ Tarczyn, opp. in terra Masoviae situm.

⁶ Warka, nunc Stara Warka, castrum et opp. ad fl. Pilica in terra Masoviae situm.

⁷ Albericus sive Albertus, Alberyk, Jałbrzyk f. Stanislai de Modlna, can. Crusviciensis ab 1401, custos de Kurzelów ad 1401, praepositus Unieioviensis 1402–1403, can. Gnesn. ab 1403, archidiaconus Varsoviensis ab 1405, secretarius regis 1402–1410, a. 1430 vel 1431 obiit (*Bullarium* III, p. 273; IV, p. 571; KDW VII, nr 516 sq.; Korytkowski, *Pralaci* III, p. 34–35; Krzyżaniakowa II, p. 33–34; Sułkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 197). Modlna, nunc Modła, plures eius nominis villae in Polonia inveniuntur.

⁸ Triplex villa Czarnowo: Czarnowo-Wilk, Czarnowo et Czarnowo-Plewina in Masovia, nunc una villa dicta Czarnów, 22 km ad NE ab opp. Sochaczew sita.

⁹ Brwinów, villa, nunc opp. in Masovia, 23 km ad SW ab Varsovia situm.

¹⁰ Kaleń, villa in Masovia, 34 km ad SW ab Varsovia sita.

¹¹ Mroków, villa in Masovia prope opp. Piaseczno, 25 km ad SW ab Varsovia sita.

¹² Borowa, villa in Masovia prope opp. Mińsk Mazowiecki, 40 km ad E ab Varsovia sita.

¹³ Granica, villa in Masovia prope opp. Pruszków, 20 km ad SE ab Varsovia sita.

¹⁴ Święcice, villa in Masovia prope opp. Pruszków, 22 km ad W ab Varsovia sita.

¹⁵ Bieniewice, villa in Masovia prope opp. Błonie, 31 km ad W ab Varsovia sita.

¹⁶ Dobeslaus Sówka dictus de Gulczewo, qui insigni Prawdzie utebatur, f. Ioannis Sówka, can. Ploc. ab 1358, archidiaconus Dobrinensis ab 1366, decanus Ploc. ab 1369, praepositus Ploc. ab 1372, ep. Ploc. ab 1375, obiit 1 XII 1381 (*Bullarium* II, p. 422; Eubel I, p. 402; Z. Kozłowska-Budkowa, PSB V, p. 234–235; cf. *Annales*, liber IX, p. 340; SHGPI, z. 1, p. 100). Gulczewo, nunc Gulczewo Stare, villa in Masovia, 7 km ad E ab opp. Plock sita.

¹⁷ Zakroczym, castrum et opp. Masoviae ad Vistulam infra ostium fl. Narew situm, caput terrae et castellanorum sedes.

¹⁸ Wyszogród, castrum et opp. Masoviae ad Vistulam situm, caput terrae et castellanorum sedes.

¹⁹ Zakroczymiensis et Wischogrodensis cancellariae ad munus et officium cancellarii terrestres in ducatu Ianussii I ducis pertinebant; qui ducatus olim quinque districtibus constabat. Beneficio duorum cancellariorum terrestrium praeposito collegiatae Varsoviensis tradito factum est, ut haec munera cancellarii tollerentur. Beneficium plebani in villa Tarczyn ad cancellarium Zakroczymiensem pertinebat. A. 1406 munus cancellarii Zakroczymiensis ab viginti a. iam vacuum fuit et munere cancellarii Wischogrodensis Derslaus quidam fungebatur (Wolff, p. 70–73, 148–152; A. Radziwiński, *Pralaci i kanonicy kapituły katedralnej plockiej w XIV i I poł. XV w.*, t. II, Toruń 1993, p. 48–49. A. 1387 Czedar canc. Zakroczymiensis et plebanus in Tarczyn in fontibus occurrit; a 1407 dux Ianussius eum praepositum collegiatae s. Ioannis Varsoviensis praesentavit, quam collegiatam beneficiis e cancellaria Zakroczymiensi dotavit).

²⁰ Drahim, castrum, nunc villa Stare Drawsko in angustiis prope Drawsko lacum, in palat. Posn., 5 km ad NW ab opp. Czaplinek sita. Castrum hoc unum ex sedibus Ordinis fratrum s. Ioannis provinciae Brandenburgensis fuit. Hanc provinciam commendatori fratrum s. Ioannis subiectam dando mutuo opp. Tempelburg id est opp. Czaplinek et villam Drahim a. 1366 Casimirus Magnus rex accepit (KWD III, nr 1607).

²¹ Vladislaus Iagello, Iagiello (Iagal, Iagel) f. magni ducis Lithuaniae Olgerdi et ducissae Taverensis Iuliannae, 1362 vel 1363 natus, magnus dux Lithuaniae, rex Poloniae ab 1386, obiit 31 V 1434. (T. Wasilewski, *Daty urodzin Jagielly i Witolda. Przyczynek do genealogii Giedyminowiczów*, „Przegląd Wschodni”, t. I, fasciculus 1, 1991, p. 15–34; Wdowiszewski, p. 14, 216).

²² Santok, castrum in palat. Posn., ubi fl. Noteć in fl. Warta influit, situm, castellanorum sedes. Castrum a marchionibus Brandenburgensibus post mortem Casimiri Magni a. 1370 ademptum et a. 1373 imperatori Carolo IV venditum est. Castrum hoc una cum territorio Novae Marchiae Cruciferi a. 1402 a Sigismundo Luxemburgensi in pignus acceperunt (Z. H. Nowak, *Polityka północna Zygmunta Luksemburskiego do r. 1411*, Toruń 1964, p. 73).

²³ Thomas de Węgleszyn, qui insigni Jelita utebatur, subdapifer Crac. 1386–1407, cast. Sand. ab 1407 (non ab 1406, ut Długossius tradidit) cap. generalis Poloniae Maioris 1389–1409, cap. Bidgostiensis 1408–1409, post 15 VIII 1409 obiit (*Bullarium* III, nr 488–489; UM, p. 371; UW, p. 172, 201). Węgleszyn, villa in palat. Sand., 16 km ad NW ab opp. Jędrzejów sita.

²⁴ Expeditio contra castrum Drahim et ademptio castrum fratrum s. Ioannis Cruciferis subditorum factae sunt a. 1407 et non a. 1406 (SHGP I, p. 394).

²⁵ Vitoldus (Withawdus), f. Kiejstuti ducis et Birutae natu maximus, a. 1354 vel 1355 natus, a. 1383 baptisatus, nomen Alexandri accepit, magnus dux Lithuaniae ab 1401, 27 X 1430 obiit (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 15; T. Wasilewski, *Daty urodzin Jagielly i Witolda*, p. 21–25).

²⁶ Wasilus I magnus dux Vladimiriensis et Moscoviensis f. Dymitri Donensis et Eudoxiae f. Dymitri ducis Susdalensis et Novogardiae Inferioris, gener Vitoldi, circa 30 XII 1371 natus, mense Februario 1425 obiit (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 23). Hic de prima e duabus expeditionibus contra Moscoviam factis agitur.

²⁷ Uhra, Ugra fl., quod in fl. Wolgam a dextra parte influit.

²⁸ Feter Iudaeus trapezita et foenerator, qui a. 1399–1404 occurrit (SPPP VIII, nr 9879, 10318, adnotatio 295/25, 296/55, 308/2; APK Terr. Crac., 3a, p. 272, 405–468; 3b, p. 1 sq.).

²⁹ Feter nummorum adulteratorum causa non a. 1406, sed a. 1405 crematus est (*Najstarsze księgi i rachunki miasta Krakowa*, wyd. F. Piekosiński i J. Szujski, pars II, Kraków 1877, p. 341: Item 1 grossus pro straminibus, quando Iudeus fuit crematus, Vettir [id est Feter] Iudaeus; F. Piekosiński, *O monecie i stopie menniczej w Polsce*, Kraków 1878, p. 198 et adnotatio 1; S. Kubiak, *Monety pierwszych Jagiellonów [1386–1444]*, Wrocław 1970, p. 201).

³⁰ Id est feria secunda 13 IX 1406.

³¹ Seditioes Vratislaviae id effecerunt, ut poena in actores earum a Venceslao Luxemburgensi rege a. 1407 statuta sit (*Codex diplomaticus Silesiae XI*, nr 26).

Annus 1407

¹ Id est 29 III 1407.

² Budislaus, Budek de Cracovia magister artium, notarius regis 1388–1403, can. Visl. ab 1401, professor Academiae Crac. ab 1403; plebanus Ilcussiensis 1410–1425; cantor ecclesiae collegiatae s. Floriani in Clepardia 1421–1425 (Krzyżaniakowa I–II; Sułkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 203: *Cracovia artificum, supplementa 1410–1412, 1421–1424*, wyd. B. Przybyszewski, Wrocław 1985, nr 186; *Dzieje Olkusza i regionu olkuskiego*, t. 1, Warszawa 1978, p. 215; SHGK I, p. 326 sub anno 1425).

³ Ecclesia s. Barbarae prope campum ecclesiae Sanctae Mariae saec. XIV exeunte et saec. XV ineunte stylo gothico aedificata est. Hic homiliae lingua Polona praedicantur.

⁴ Długossius de clade Iudaeorum a. 1389 mense Aprili Pragae facta cogitavit, ubi turba homiliis praedicatorum incitata qui sacerdotem Sanctissimum Sacramentum ad aegrotum ferentem incursum et lapidibus obrutum esse profitebantur, tribus Iudaeorum agressa est et circa tres milia Iudaeorum interfecit. (F. Palacký, *Dějiny narodu českého v Čechách a na Moravě*, Praha 1907, p. 432; W. W. Tomek, *Dějepis města Prahy*, Praha 1893, dil III, 2 vyd.).

⁵ Platea Iudaeorum, nunc platea s. Annae.

⁶ Clemens Moskorzowski de Moskorzów, qui insigni Pilawa utebatur, subcancellarius Regni Poloniae 1387–1402, cast. Visl. ab 1402, cap. Vilmensis 1389; Sanocensis 1398–1400, cap. generalis

Crac. 1405–1406, magister curiae reginae Annae 1408, obiit 22 XI 1408 (*Bullarium* III, IV; UC, p. 188; UR, p. 368; UM, p. 348; Krzyżaniakowa I–II, Sulikowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 237–240; I. Sulikowska-Kurasiowa, PSB XXII, p. 52–54). Moskorzów, nunc Moskorzew, villa in palat. Crac., 27 km ad W ab opp. Jędrzejów sita.

⁷ Svantoslaus (apud Dlugossium perperam Nicolaus) Litwos de Busina, qui insigni Grzymala utebatur, procurator generalis Crac. 1404–1417, obiit ante 1436 (UM, p. 312–313; F. Sikora, *Grzymalowie z Businy w służbie Władysława Jagielly*, in: *Polska, Prusy, Ruś*, pod red. B. Śliwińskiego, Gdańskie studia z dziejów średniowiecza, nr 3, Gdańsk 1995, p. 149–161). Busina, villa in palat. Sir., 18 km ad NW ab opp. Szadek sita.

⁸ Tumultum comprimere profecto cap. Crac. debebat. A. 1407 eo munere cap. non Clemens Moskorzewski fungebatur, sed cast. Crac. Ioannes de Tarnovia, qui hoc munus 1406–1409 implebat. (UM, p. 287). Hic enim una cum procuratore generali Crac. res ad priorem formam restituit post multas seditiones Iudaeorum mense Martio a. 1407 Cracoviae ortas (I. Schipper, *Studia nad stosunkami gospodarczymi Żydów w Polsce podczas średniowiecza*, Lwów 1911, p. 143–146, 327–334; Causa de Iudaeis persecutis in iudicio Crac. a. 1407 acta. Haec excerpta inveniuntur in: *Consularia Crac. a. 1407–1409*; J. Wyrozumski, *Dzieje Krakowa*, t. 1: *Kraków do schyłku wieków średnich*, Kraków 1992, p. 326–327).

⁹ Hic de tribu Iudaeorum inter plateam Szewska et plateam Wiślna patente agitur.

¹⁰ Prima ecclesia s. Annae — parva et lignea — eodem loco sita erat, quo nunc ecclesia arte baroca exstructa exstat.

¹¹ Collegium Artistarum, primum Collegium Maius vel Regium nuncupatum ad plateam s. Annae situm.

¹² Ecclesiae s. Annae eique vicino muro urbis, suburbium Crac. Carbary adiacebat.

¹³ Nysa, opp. in Silesia, ep. Vratislaviensium proprietas. Cf. adn. 14.

¹⁴ Francofortia, urbs in terra Lubucensi ad fl. Oderam sita, tum ad Marchiam Brandenburgensem pertinebat. Quae de cladibus Iudaeorum ibi factis Dlugossius scripsit, in fontibus non inveniuntur. Cf. M. Brann, *Geschichte der Juden in Schlesien*, Bd. I–III, Breslau 1896; J. Drabina, *Kościół wobec Żydów na średniowiecznym Śląsku*. „Sobótka”, 1989, 1, p. 14–33.

¹⁵ Canterbury, opp. Angliae in comitatu Kent situm.

¹⁶ Iacobus Kobylański, Kobyleński de Kobylany et Dukla, qui insigni Grzymala utebatur, aulicus reginae Annae 1407, cap. Lucoviensis 1440, marsalcus aulicus Lithuaniae 1425–1430, cast. Biecensis 1440, obiit 1444 (UCL, p. 215; UM, p. 339; A. Kamiński, PSB XIII, p. 161–162 — ubi erronea quaedam leguntur; SHGK II, p. 639, 664. J. Kurtyka de villa Kobylany in SHGK scribens iuste dicit hunc Iacobum et Iacobum Kobylański cast. Gnesn. a. 1453–1454 eundem et parem non fuisse). Kobylany, villa in palat. Crac., 6,5 km ad NE ab opp. Dukla sita.

¹⁷ Anna regina Poloniae, filia Annae (Casimiri Magni regis Poloniae filiae et Hedvigis ducissae Saganensis) et Vilhelmi comitis Ciliae regionis, 1380 vel 1381 nata, secunda uxor Vladisłai Jagellonis 1402, corona ornata 25 II 1403, obiit 20 vel 21 III 1416 (*Bullarium* III, p. 283; K. Pieradzka, PSB I, p. 121; Wdowiszewski, p. 37–39; F. Sikora, *W sprawie małżeń-*

stwa Władysława Jagielly z Anną Cylejską, in: *Personae, colligationes, facta*, Toruń 1991, p. 93–103).

¹⁸ In civitate Russiae Rubrae Leopoli duo castra lignea a. 1340 incendio deleta sunt et eodem loco Casimirus Magnus rex castrum superius et inferius aedificavit (*Annales* lib. IX, p. 215–216, 349, 416).

¹⁹ Nicolaus Chrzastowski de Chrzastów, qui insigni Strzegomia sive Kościesza utebatur, gladifer Crac. 1426–1437, dapifer Crac. 1431, cap. Sanocensis 1431–1437, tribunus Crac. 1437–1460, obiit circa 1460 (UM, p. 326; UR, p. 320; K. Piotrowicz, PSB III, p. 473 ubi erronea quaedam leguntur). Chrzastów, villa in palat. Sand., nunc non exstans, circa 15 km ad NW ab Tarnovia distabat.

²⁰ Litterae 14–19 XI 1407 editae regem in villa Niepolomice moratum esse confirmant (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 49). Niepolomice, olim villa et castrum in palat. Crac., nunc opp. 20 km ad SE a Cracovia situm. In castro in villa Niepolomice sito Vladislaus Jagello commorari solebat, cum in silvis Niepolomicensibus venationes et in curia iudicium ageret. Hoc loco conventus die festo s. Martini (11 XI) saepe habebantur.

²¹ Nicolaus Kurowski de Kurów, qui insigni Szreniawa utebatur, f. Clementis, circa 1355 natus, magister artium Universitatis Pragensis 1389, notarius regius ab 1391, protonotarius 1393–1399, ep. Posn. ab 1395, Vladislaviensis ab 1399, archiep. Gnesn. ab 1402, obiit 7 IX 1411 (*Bullarium*, III, p. 255; KDW VI, nr 426 sq.; J. Krzyżaniakowa, PSB XVI, p. 261–262; Krzyżaniakowa I–II; Sulkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 223–225). Kurów, villa in palat. Crac., 3 km ad SE ab opp. Bochnia sita.

²² Andreas Tęczyński de Tęczyn, qui insigni Topór utebatur, subdapifer Crac. 1406–1410, cap. Podoliensis, cast. Voiniciensis ab 1410, obiit a. 1411 vel 1412 (UM, p. 369). Tęczyn, castrum, nunc castri ruinae in villa Rudno, in palat. Crac., 25 km ad NW a Cracovia situm.

²³ Długossius iterum false tribuit Clementi de Moskorzew munus cap. Crac., quo ille a. 1405–1406 fungebatur (UM, p. 348).

²⁴ De obtrectationibus in infidam Annam reginam passim factis, v. *Rozbiór* I, p. 76.

Annus 1408

¹ Ulricus de Iungingen, Conradi, Ordinis Cruciferorum magistri frater, commendator Balgae ab 1396, marsalcus Ordinis ab 1404, magister generalis ab 1407, 15 VII 1410 in pugna ad Grunwald commissa, occisus est (Ekdahl, p. 168). Długossius nonnisi constanter nomine Iuningen utitur.

² Id est 6 I 1408.

³ In hoc conventu, ubi de Nova Marchia, praecipue de opp. Drzeń sive Drezdenko agebatur dux Vitoldus arbiter fuit. A. 1365 hoc opp. ditioni Casimiri Magni regis ad tempus subiectum erat, post a. 1402, tamen postquam vasallus opp. huius Ulricus de Osten Cruciferis se submiserat, imperio Ordinis Cruciferorum deditum est. Ulricus de Osten a Cruciferis descivit et dicioni Vladislai Jagellonis se subiecit, a. 1405 iterum defecit ad Cruciferos, qui opp. Drezdenko emerant. In hoc conventu controversia de opp. Drezdenko non diiudicabatur (Z. H. Nowak, *Polityka północna*

Zygmunta Luksemburskiego, p. 85–86, 90; A. Czacharowski, *Polsko-krzyżacki spór o Drezdenko i Santok na początku XV wieku*, ZH, 50, 1985, p. 191–210). Drzeń, Drezdenko, opp. et castrum ad dextram ripam fl. Noteć, in Nova Marchia, situm (SHGP III, p. 312–316). Kowno, opp. ad fl. Niemen, in Lithuania, ad NW ab opp. Vilna situm.

⁴ Dlugossius nomen unicae f. Vitoldi ducis Sophiae, uxoris ducis Vasili ab 1391, 15 VI 1453 defunctae perperam tradidit (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 15).

⁵ Banderium manus 200–300 hominum erat; quodque banderium suum signum habebat.

⁶ Quae expeditio autumnno 1408 facta est.

⁷ Sbigneus de Brzezcie, Włodzisław et Lanckorona, cui Zadora insigne erat, marsalcus curiae regiae 1400–1425, cap. Crac. 1409–1410, Dobrinensis 1410–1413, obiit 1425 (UC, p. 160; UM, p. 324; A. Strzelecka, PSB XVI, p. 457–458; SHGK I, p. 241–245). Brzezcie, villa in palat. Crac., 15 km ad W ab opp. Bochnia sita. Włodzisław, nunc Wodzisław, opp. ad NE partes palat. Crac. situm. Lanckorona, castrum et opp., nunc villa in palat. Crac. ad SW a Cracovia distat.

⁸ Marcuardus de Salzbach, commendator Ragnetiae 1396–1402, et tutor Samogitiae, commendator Brandenburgensis (sive castri Pokarmin) 1402–1410, Vitoldi ducis iussu damnatus securique 22 VII 1410 percussus est (W. Nöbel, *Michael Kuchmeister, Hochmeister des Deutschen Orden 1414–1422*, Quellen und Studien zur Geschichte des Deutschen Ordens, Bad Godesberg 1969, p. 31; Ekdahl, p. 248; Z. H. Nowak, *Protokół z rokowań polsko-krzyżackich w Grabiu i na kępie wiślanej pod Raciążkiem w roku 1414*, in: *Prace z dziejów państwa i Zakonu krzyżackiego*, pod red. A. Czacharowskiego, Toruń 1984, p. 172).

⁹ Id est 25 VI 1408.

¹⁰ Świdrygiello a. 1375 vel 1376 natus, 15 II 1386 baptisatus, nomen Boleslai accepit, Olgerdi ducis et Iuliannae ducissae Taverensis f., dominus terrae Podoliae ab 1400, dux Czernichoviensis, Novogrodiensis, Brianensis ab 1404, magnus dux Lithuaniae 1430–1432, vi amotus ex Lithuania, a. 1437 terras Luceoriensem et Volhynensem accepit, obiit 10 II 1452 (Wdowiszewski, p. 19–20; T. Wasilewski, *Daty urodzin Jagielły i Witolda*, p. 15–34).

¹¹ Briańsk, ad fl. Desna, opp. et castrum in terra Czernichoviensi et Severiensi situm.

¹² Starodub, opp. et fortalitium ad N ab opp. Nowogród Siewierski in terra Czernichoviensi et Severiensi situm.

¹³ Oka fl., quod a dextra in Volgam influit.

¹⁴ Haec ex fontibus Ruthenicis explicat L. Kolankowski, *Dzieje Wielkiego Księstwa Litewskiego*, t. I, Warszawa 1930, p. 86–87.

¹⁵ Anna f. ducis Sviatoslai, ducis Smolensciae Georgii Światosławowicz soror, secunda Vitoldi ducis uxor ab 1383, obiit 31 VII 1418 (H. Łowmiański, PSB I, p. 122; Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 15).

¹⁶ Id est 11 XI 1408.

¹⁷ Regem in villa Niepolomice 10 XI 1408 commoratum esse fontium testimonio comprobatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 30).

¹⁸ Zaclica de Międzygórze, cui Bipennium (Topór) insigne erat, praepositus Sand. 1384–1394, ab 1394 saecularis, canc. Regni Poloniae 1384–1409 (1411?), cap. Cuiaviensis 1398, obiit 1412 (*Bullarium* III, nr 763, 856; UC, p. 186; Krzyżaniakowa I–II; Sulkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 271). Międzygórz, villa cum arce in palat. Sand., 15 km ad NW ab Sandomiria sita.

¹⁹ Ivanus, Ioannes de Obichów, Karmin (false Karnin vel Karwin dictus) et de Gołuchów, qui pro insigni Wieniawa utebatur, procurator generalis Crac. 1398–1400, cast. in Śrem ab 1410 (apud Długosium perperam iam a. 1408), cap. Cuiaviensis 1405–1408, Leopoliensis 1411–1421, obiit 1422 (UM, p. 370; UR, p. 371; UW, p. 184; SHGP II, p. 131; B. Jaśkiewicz, PSB X, p. 192 haec erronea videntur). Obichów, nunc Obiechów, villa in palat. Crac., 32 km ad SW ab opp. Jędrzejów sita. Karmin, villa in palat. Posn., 9,5 km ad SE ab Śmigle sita. Gołuchów, villa in palat. Cal., 15 km ad NW a Calissia sita.

²⁰ Ragneta, hodie Sowieck in Russia, arx in terris Prussiae ad Orientem spectantibus, ad inferiorem fl. Niemen cursum, 40 km ab eiusdem fl. ostio, sita.

²¹ Naves frumento oneratae ab ostio Vistulae per mare ad Fretum Curonense et postea per fl. Niemen usque ad Ragnetam navigare debuerint.

²² Frumentum in Lithuaniam expeditum a Cruciferis non a. 1408, sed post 9 IV 1409 captum est (*Rozbiór* I, p. 78).

²³ Nicolaus Białucha de Michalów, cui insigne Poraj sive Róza erat, ab 1389 cast. Voinicensis, palat. Sand. ab 1410, cast. Crac. ab 1430, cap. Sir. 1406–1418, Crac. 1418–1431 et 1432–1438, obiit 1438 (*Bullarium* IV, nr 152, 216, 748; UŁS, p. 175; UM, p. 345; A. Kamiński, PSB XXI, p. 123–126). Munus cast. Sand., quo nunquam fungebatur, Nicolao a Długosio perperam attribuitur. Michalów, villa in palat. Sand., 22 km ad NW a Vislicia sita.

²⁴ Ianussius de Tuliszkowo, qui insigni Dryja utebatur, ab 1399 succamerarius Posn., cast. Cal. ab 1403, obiit 1426 (*Bullarium* IV, p. 569; UW, p. 200; A. Gąsiorowski, WSB, p. 776; A. Swieżawski, PSB X, p. 585–586). Tuliszków, villa postea civitas in palat. Cal., 15 km ad SE ab opp. Konin sita.

²⁵ Vincentius de Granowo, Granów, cui insigne Łeliwa erat, subdapifer Cal. ab 1386, cast. Naclensis 1387–1410, cap. generalis Poloniae Maioris 1409–1410, obiit 1410 (UW, p. 185–186; Z. Kaczmarczyk, PSB VIII, p. 551–552; A. Gąsiorowski, WSB, p. 229; SHGP II, p. 659–665). Granowo, villa in palat. Posn., 11,5 km ad E ab opp. Grodzisk Wielkopolski sita.

²⁶ De legatis Polonorum ad Cruciferos a. 1408 missis in fontibus nulla mentio occurrit. Qui legati e conventu generali Lanc. a rege a. 1409 missi sunt, de qua re denuo Długosius ad eundem a. narravit, Utroque loco de eadem legatione, non tamen de iisdem legatis agitur. A. 1409 ad Cruciferos hi mittebantur: archiep. Gnesn. Nicolaus Kurowski, palat. Cal. Matthias de Wąsosza et cast. Naclensis Vincentius de Granowo (Kod. Lit., p. 95–96). Ianussius de Tuliszkowo una cum Nicolao Kurowski re vera ad Cruciferos causa Ulrici de Iungingen magistri generalis Cruciferorum eligendi missi sunt (Kod. Lit., p. 93–94). Inter „duarum” legationum (re vera tamen unius legationis) nuntios Nicolaus de Michalów et Ianussius de Tuliszkowo a Długosio utroque loco enumerantur, quod fontibus non comprobatur.

²⁷ Terra Samogitiae occidentalis pars Lithuaniae, quae ex pacto in insula Salin a. 1398 inito a duce Vitoldo Cruciferis tradita est. Dux ille seditioni contra Cruciferos in Samogitia a. 1401 motae favebat, tamen a. 1404 in opp. Raciaz Vitoldus et Vladislaus Iagello conditiones pacis in Salin factae confirmaverunt et omnem terram Samogitiae Cruciferis tradiderunt. A. 1409 iterum seditio in Samogitia orta est, quae a duce Vitoldo favente ad depellendum inde Cruciferos contulit.

²⁸ Rumboldus Wolimuntowicz de domo Zadora, auctoritate ducis Vitoldi cap. Samogitiae 1409, marsalcus magnus (terrestris) Lithuaniae 1412–1432, mense Novembri 1432 obiit (UCL, p. 71, 249).

²⁹ Michael Kuchmeister de Sternberg, advocatus Samogitiae 1405, 1409, advocatus Novae Marchiae 1410, magnus dispensator Ordinis Cruciferorum, marsalcus magnus 1410–1414, magister generalis 1414–1422, magistratu se abdicavit, 15 XII 1423 obiit (W. Nöbel, *Michael Kuchmeister*; KDW VII, nr 700).

³⁰ Seditionem in Samogitia a. 1409 ortam esse in fontibus legi potest (*Rozbiór* I, p. 78–79).

³¹ Gregorius XII, Angelus de Corraria, origine Venetus, magister theologiae, ep. Castellanus 1380, patriarcha Constantinopolitanus 1390, card. nominatus 1405, papa electus 1406, in concilio Pisae facto diademate papali privatus 1409, se potestate papali abdicavit 1415, dignitatem card. in terris Marchae retinuit, 18 XI 1417 obiit (Eubel I, p. 26, 171, 206; Encicl. Ital. XVII, p. 938–939). Caput totum ex chronica Theodorici de Nyem, *De scismate*, pendet, v. *Rozbiór* I, p. 70–81.

³² Lucca, Lukka, civitas Toscaniae in Italia sita.

³³ Senae, civitas Toscaniae ad SW a Florentia sita. Papa 14 VII 1408 Lucca Senam venit.

³⁴ Antonius de Corraria, origine Venetus, f. fratris Gregorii XII, ep. Modon, Bononiae 1407, a Gregorio XII card. 1408 nominatus, ep. Porto ab 1408, ep. Ostiae 1431, obiit 19 I 1445 (Eubel I, p. 31).

³⁵ Gabriel Condulmer origine Venetus, 1383 natus, ep. Senae 1407, card. s. Clementis a Gregorio XII 1408 nominatus, card. s. Mariae Transtiberim 1426, postea papa Eugenius IV electus a. 1431, in concilio Basileae facto diademate papali privatus 1439, obiit 23 II 1447 (Eubel I, p. 31; I, p. 7; Encicl. Ital. XIV, p. 562–564).

³⁶ Arminum, Rimini, opp. ad mare Adriaticum ad N ab Ancona situm. In hoc oppido papa Gregorius XII cum Carolo Malatesta et Vladislao Neapolis rege tractatus agebat.

³⁷ Festum hoc a. 1408 in diem 3 VI incidit.

³⁸ Conventus in opp. Cividale del Friuli (olim Forum Iulii, medio aevo Cividale nominatum) habebatur. Opp. hoc ad patriarcham Aquileiae pertinens ad E ab opp. Utino situm est.

³⁹ Benedictus XIII, Petrus de Luna, praepositus Valentiae, iuris consultus, card. nominatus 1375, papa 1394 (Avenione), in concilio Pisae habito tiara privatus 1409, iterum decreto ep., qui concilio Constanciae a. 1417 habito interfuerunt, dignitate pontificis privatus est, 23 V 1423 obiit (Eubel I, p. 22; Encicl. Ital. VI, p. 612). Nonnunquam a Dlugossio Benedictus XII perperam nominabatur.

⁴⁰ Hic de synodo, quae in opp. Perpeniani, in ducatu Roussillon in Pyrenaeorum montium parte orientali sito locum habuit, agitur.

⁴¹ Id est 8 IV 1408.

⁴² A. 1408 dominica *Vocem iocunditatis* in diem 20 V incidebat, quae erat dominica quinta post festum Paschae. Dominica tertia *Iubilate* dicta hoc a. in diem 6 V incidebat.

⁴³ Petrus Wysz de Radolin, cui insigne Laska erat, Ioannis Maczuda nominati f., doctor utriusque iuris universitatis Patavinae, canc. reginae Hedvigis 1391–1392, ep. Crac. ab 1392, Posn. ab 1412, obiit 31 V 1414 (*Bullarium* III, p. 253; S. Trawkowski, PSB XXVI, p. 422–428). Radolin, nunc Radolina, villa in palat. Cal., 14 km ad W ab opp. Konin sita.

⁴⁴ Inde ab a. 1407 exeunte Petrus Wysz Romae commorabatur, reverti tamen Cracoviam ad filiam regis baptisandum et iterum ad conventum ep. Senae celebrandum proficisci potuit (S. Trawkowski, PSB XXVI, p. 426). Gregorius XII bulla 25 VII 1408 edita ep. Posn. Alberto et ep. Crac. Petro mandavit, ut nomine eius filiam regis baptisarent. Alius dies baptismi filiae Vladislai regis a Dlugossio traditus est. (*Bullarium* III, nr 1196).

⁴⁵ Hedvigis Vladislai Iagellonis et Annae Ciliensis f., 8 IV 1408 nata, Friderico Friderici Hohenzollern marchionis Brandenburgensis f., qui quinque annis aetate minor erat a. 1421 desponsa, inupta obiit 8 XII 1431 (*Bullarium* III, IV; G. Małaczyńska, PSB X, p. 301–304; Wdowiszewski, p. 49, 51).

⁴⁶ Baltassar de Cossa Neapoli natus, doctor decretorum, archidiaconus Bononiae, card. 1391 a Bonifacio IX nominatus, postea 1410 antipapa Ioannes XXIII a concilio Constantiae 1415 celebrato depositus, ep. Tusculanus 1419, obiit 22 XI 1419 (Eubel I, p. 26, 32; Encicl. Ital. XVII, p. 256–257).

⁴⁷ Petrus Philargii Graecus Creta natus, ep. Placentinus 1386, Vicetinus 1388, Novarius 1389, archiep. Mediolanensis 1402, card. 1405 ab Innocentio VII nominatus, 1409 a concilio Pisae habito papa Aleksander V electus, obiit 4 V 1410 (Eubel I, p. 26; Encicl. Ital. II, s. 342). A Dlugossio perperam Alexander IV saepius dictus.

⁴⁸ Ioannes de Migliorati Sulmone natus, archiep. Ravennatensis 1400–1405, card. 1405 ab Innocentio VII (non a Bonifacio IX ut a Dlugossio traditur) nominatus, obiit 16 X 1410 (Eubel I, p. 26).

⁴⁹ Innocentius VII (Cosmatus Gentilis Migliorati de Sulmone), collector apostolicus in Britannia, archiep. Ravennatensis 1387–1400, ep. Bononiae 1389–1400, card. 1389 a Bonifacio IX nominatus, 1404 Innocentius VII papa electus, obiit 6 XI 1406 (Eubel I, p. 26).

⁵⁰ Petrus Thomacellus, de Thomacellis protonotarius apostolicus, card. 1381 ab Urbano VI nominatus, Bonifacius IX papa 1389 electus, obiit 1 X 1404 (Eubel I, p. 25).

⁵¹ Concilium Pisae inde ab 23 III 1409 usque ad 7 VIII 1409 habitum est.

⁵² Ioannes Borsnitz doctor decretorum can. Pragensis, auditor curiae Sedis Apostolicae, ep. Lubucensis ab 1397, ab 1420 archiep. Strigoniensis, obiit 1423 (*Bullarium* III, IV; Eubel I, p. 313, 465; Szostkiewicz, *Katalog*, p. 418).

⁵³ Iacobus Kurdwanowski „de Korzkiew”, cui insigne Syrokomla erat, Floriani de Kurdwanów f., doctor decretorum, can. Crac. et Gnesn. ab 1373, ep. Ploc. ab 1396, auditor Rotae Romanae, obiit 27 V 1425 (*Bullarium* III, IV; A. Swieżawski, PSB X, p. 357–358; J. Kłoczowski, *Biskup Jakub*

z Korzkwi (1396–1425) i próba restauracji kościoła plockiego, *Studia Plockie*, t. 3, Plock 1975, p. 99–118). Cuius legatus Pisae Paulus monialium Plocensium Ordinis Praemonstratensis praepositus erat, a duce Semovito IV missus. Korzkiew, arx in palat. Crac. (cuius hodie nonnisi ruinae exstant) item villa, 13 km ad NW a Cracovia sita. Fontibus illis temporibus conscriptis confirmari non potest Iacobum in Korzkiew ortum esse. Haec arx ad consanguineos eius pertinebat (SHGK II, p. 766–772). Kurdwanów, villa in palat. Crac., 7 km ad S a Cracovia sita, nunc in tribu Podgórze Cracoviae.

⁵⁴ Venceslaus II, Venceslai I et Annae f. ducis Tessinensis Casimiri f., dux Legnicensis, ep. Lubucensis ab 1375, Vratislaviensis ab 1382, de ea dignitate se 1417 abdicavit, obiit 30 XII 1419 (Jasiński, *Rodowód* I, p. 188–189).

⁵⁵ Arnoldus Stapil (Stapel) Ordinis Cruciferorum frater, magistri generalis canc. 1397–1402, ep. Culmensis ab 1402, obiit 31 V 1416 (Eubel I, p. 217; Szostkiewicz, *Katalog*, p. 599; J. Powierski, SBPN I, p. 40–42).

⁵⁶ Mstislaus abbas Tinicensis ab 1386, obiit 6 XI 1410 (*Bullarium* III, p. 296; MPH V, p. 645; P. Szczaniecki, *Katalog opatów tynieckich*, „*Nasza Przeszłość*” XLIX, 1978, p. 76–83).

⁵⁷ De morbo Petri Wysz Stanislaus Kijak scripsit: *Piotr Wysz biskup krakowski*, Kraków 1933, p. 60 adn. 2.

⁵⁸ Re vera Gregorius XII iterum novem cardinales nominavit (Eubel I, p. 31, 32).

⁵⁹ Hic de Antonio Panciera de Portogruaro ep. Concordiae ab 1392, patriarcha Aquileiae ab 1402 agitur. Sollicitatione Sigismundi Luxemburgensis Gregorius XII motus titulo patriarchae eum 13 VI 1408 privavit et Antonium de Ponte loco eius 11 III 1410 nominavit. Panciera tamen oboedientia Pisana approbata dignitatem patriarchae retinuit. A. 1411 ab Ioanne XXIII card. praesbyter tituli s. Susannae nominatus est. A. 1431 ep. Tusculanus electus est, obiit 3 VII 1431. (M. Wakounig, *Dalmatien und Friaul. Die Auseinandersetzungen zwischen Sigismund von Lukseburg und der Republik Venedig um die Vorherrschaft im adriatischen Raum*, Wien 1990, p. 92–93).

⁶⁰ Vladislaus Anjou — Durazzo, Neapolis rex, Caroli III et Margarethae de Durazzo f., 1377 natus, impubes ad regnum 1386 accessit, se regem Hungarorum in Iadera 1401 declaravit, obiit 6 VIII 1414 (A. Cutolo, *Lineamenti di una storia di re Ladislao d. Angio — Durazzio*, Napoli 1927). Qui Gregorii XII partes tenebat.

⁶¹ Abruzzi — provincia ad mare Adriaticum in media Italia sita illo tempore Vladislai Neapolis regis imperio subiecta erat.

⁶² Gaeta, opp. ad mare Tyrrenum ad NW ab Neapoli situm.

⁶³ Sigismundus Luxemburgensis, Caroli IV imperatoris et Elisabeth Pomeranae f., 14 II 1368 natus, marchio Brandenburgensis ab 1378, rex Hungariae ab 1387, Romanorum ab 1411, Bohemiae ab 1419, imperator inde ab 1433, obiit 9 XII 1437 (J. Aschbach, *Geschichte Kaiser Sigmundus*, Bd. I–IV, Hamburg 1838–1834).

⁶⁴ De bello cum bano Bosniae Stephano Twrtko a. 1406–1408 gesto, sermo est. Quo bello finito Bosnia divisa Hungaris subiecta est (*Rozbiór* I, p. 81).

⁶⁵ Zawissius Niger de Garbów et Rożnów, cui insigne Sulima erat, Nicolai cast. Conariensis Sirad. f., miles famosus, qui partes Polonorum in Concilio Constanciensi agebat, vir rerum publicarum peritus, cap. Crusviciensis 1417–1423, Scepusiensis 1422–1428, in pugna cum Turcis ad castrum Golubac commissa 1429 cecidit. (*Bullarium* IV, p. 505; H. Polaczkówna, *Księga bracka św. Krzysztofa na Arlbergu w Tyrolu*, „Miesięcznik Heraldyczny”, X, 1931, p. 126–132; J. Kurtyka, *Polscy starostowie na Spiszu w XV i I połowie XVI wieku*, Acta Universitatis Nicolai Copernici, Historia, XXVI, 1992, p. 204). Garbów, villa in palat. Sand., 10 km ad N ab Sandomiria sita. Rożnów, arx in palat. Crac. (nunc diruta) et villa, 16 km ad N ab opp. Nowy Sącz sita. Quam arcem et villas ad eam pertinentes a. demum 1426 Zawissius emit quare a. 1408, ut Długossius tradit — heres arcis Rożnów, esse non potuit.

⁶⁶ Domaratus de Kobylany, cui insigne Grzymala erat, cast. Biencensis 1410, Voinicensis 1433, Lub. 1435, marsalcus curiae regiae 1427–1430, ante 1449 obiit (UC, p. 83; UM, p. 339; A. Kamiński, PSB XIII, p. 158–159; SHGK II, p. 639–632, 664). Kobylany, villa in palat. Crac., 6,6 km ad NW ab opp. Dukla sita.

⁶⁷ Zawissius Oleśnicki dictus Rubeus de Oleśnica et Ruszków, cui insigne Dębno erat, Sbignei f., incisor reginae Hedvigis ab 1386, cap. Lanc. 1397, tribunus Sand. ab 1403, tribunus Lub., 1407–1416, subiudex Sand. 1414–1433, obiit 1433 (UM, p. 351; M. Michalewicz, PSB XXIII, p. 774–776). Oleśnica, villa in palat. Sand., 9 km ad NW ab opp. Stopnica distat. Ruszków, villa in palat. Sand., 8 km ad NW ab opp. Opatów sita.

⁶⁸ Ioannes Farurej de Garbów, cui insigne Sulima erat, Nicolai cast. Conariensis Sir. f., Zawissii Nigri de Garbów frater, dapifer Crac. 1434–1453 (E. Maleczyńska, PSB VI, p. 375–376; UM, p. 331). Garbów, villa in palat. Sand., 10 km ad N ab Sandomiria sita.

⁶⁹ Iacobus Skarbek de Góra et Szarańczuki, cui insigne Awdaniec erat, legatus ad Turcas 1414 missus, tutor terrae Leopoliensis nomine regis Vladislai IV impuberis, in pugna cum Tartaris 1438 commissa, occisus est (W. Semkowicz, *Ród Awdanów w wiekach średnich*, Poznań 1920, p. 251). Góra et Szarańczuki, villae in Russia Rubra prope Brzeżany sitae.

⁷⁰ De Ioanne Ianussio Warszow, Warszowski vel Warszewski agi videtur, cui insigne Nałęcz erat, cuius nomen a. 1392–1412 occurrit, consulis Crac. Martini Warszow sive Warszowski f., strenuus miles, civis Crac. Una cum matre Constantia de familia Wierzynek dimidiam partem advocatae Vieliciensis possidebat, consul Crac. 1413, ante expeditionem 1410 procuratores matri et suis bonis constituit, ante 1415 obiit (KSN, nr 50, 296, 3119, 3769, 3770; *Najstarsze księgi i rachunki miasta Krakowa*, pars II, p. 82, 117, 143, 146, 195; KDW V, nr 54; Archiwum Państwowe w Krakowie, Acta consularia 427, p. 376; Terr. Crac. 5, p. 295, 298).

⁷¹ Iacobus Plichta ex Ordine Fratrum Minorum sodalis, Ioannis f., ep. Vilnensis ab 1398, obiit 9 II 1407 (Cz. Baran, PSB XXVI, p. 734).

⁷² Ecclesia saec. XII erecta s. Floriano dicata, postea collegiata in Clepardia, suburbio Crac., sita, cum quibusdam praelaturis et beneficiis ad Universitatem Crac. pertinebat.

⁷³ Nicolaus de Gorzków, cui insigne Gieralt sive Osmoróg erat, baccalarius artium liberalium Universitatis Pragensis ab 1370, doctor iuris 1387, can. Crac. ab 1382, decanus collegiatae s.

Floriani ab 1387, rector Universitatis Cracoviensis 1402, ep. Vilmensis ab 1408, obiit 1414 (*Bullarium* III, nr 1164, 1473; PSB VIII, 336–337 — ubi quaedam erronea leguntur; M. Antoniewicz, *O pochodzeniu i rodzinie biskupa wileńskiego Mikołaja zwanego Gorzkowskim*, „Zeszyty Historyczne” II, Częstochowa 1994, p. 137–153). Gorzków, villa in palat. Crac., 15 km ad NE ab opp. Proszowice sita.

⁷⁴ Hedvigis Anjou regina Poloniae Ludovici Magni regis Hungariae et Poloniae et Elisabeth Bosnensis f., verisimiliter 18 II 1374 nata, regina Poloniae ab 1384, uxor Vladislai Iagellonis ab 1386, obiit 17 VII 1399 (A. Strzelecka, PSB X, p. 291–197).

⁷⁵ Andreas de Moszczenica et Zablocie, cui insigne Jastrzębiec erat, Andreas de Cracovia sive Andreas Polonus dictus, religiosus Ordinis Fratrum Minorum, praedicator, ep. titularis Sarethensis in Moldavia ab 1370, tutor dioecesis Haliciensis 1372, ep. suffraganeus Gnesn. 1377–1382, primus ep. Vilmensis ab 1388, obiit 14 XI 1398 (*Bullarium* III, nr 357, 530; KDM III, nr 905; ZDM I, nr 151; K. Pieradzka, PSB I, p. 102–103; Szostkiewicz, *Katalog*, p. 17). Moszczenica, nunc Moszczenica Wyzna, villa in palat. Crac., 13 km ad SW ab opp. Nowy Sącz sita. Zablocie, villa in palat. Crac. olim prope civitatem Casimiriam sita, nunc tribus Cracoviae.

Annus 1409

¹ Oborniki, opp. in septentrionali parte palat. Posn. situm.

² Id est 20 VI 1409. Regem tunc temporis in Polonia Maiore neque in opp. Oborniki commoratum esse fontibus comprobatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 51).

³ Albrechtus de Schwarzburg commendator Thorunensis Ordinis Cruciferorum 1407–1410, initio a. 1410 obiit (*Berichte* II, p. 101).

⁴ Eberhardus de Ippenburg, Nippenburg commendator Antiqui Castri ab 1409, in pugna apud Grunwald 15 VII 1410 commissa, cecidit. Antecessor eius Nicolaus de Melin 1398–1409 fuit (*Berichte* II, p. 90). Starogród (Antiquum Castrum) arx in terra Culmensi 4,5 km ad SW a civitate Culmensi sita (SHGCh, p. 121–122).

⁵ De Cruciferorum legatis, v. *Rozbiór* I, p. 81.

⁶ De diplomate ducis Vitoldi quod ad pacem 22 V 1404 Raciensi factam pertinet, agitur (Cod. Vit., nr 285).

⁷ Id est 17 VII 1409.

⁸ Łęczyca, Lancicia, arx et opp., primo ducatus, postea terrae et palat. caput.

⁹ Casimirus III Magnus f. Vladislai Łokietek et Hedvigis f. Boleslai Pii ducis Poloniae Maioris, 30 VI 1310 natus, rex Poloniae ab 1333, obiit 5 XI 1370 (Z. Kaczmarczyk, PSB XII, p. 264–269; J. Wyrozumski, *Kazimierz Wielki*, Wrocław 1982).

¹⁰ Ludolphus sive Rudolphus Koenig de Weizau magister generalis Ordinis Cruciferorum 1342–1345.

¹¹ De pace Calissiae 8 VII 1343 facta agitur (Dogiel IV, nr 62; Preuss. Urkb. III, 2, nr 567).

¹² De rege Lanciciae commorante in litteris 18–22 VII 1409 editis legimus, sed de conventu ibi celebrato, de quo Dlugossius narrat, non directe haec dicuntur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 51).

¹³ Nicolaus de Michalów adhuc a. 1409 cast. Voiniciensis et a. 1410 palat. Sand. legatus ad Cruciferos non mittebatur, v. adn. 26 sub a. 1408.

¹⁴ De legatione Ianussii de Tuliszkowo ad Cruciferos 1409 facta nulla mentio fit, v. adn. 26 sub a. 1408.

¹⁵ E conventu 22 VII 1409 celebrato ad magistrum generalem Mariaeburgum hi missi sunt: Nicolaus Kurowski archiep. Gnesn. et palat. Cal. Matthias de Wąsosza et Vincentius de Granowo cast. Naclensis (*Rozbiór* I, p. 82). De hac legatione Długossius etiam scribit sub a. 1408, v. adn. 26, sed alii legati hic enumerantur. Quae pactiones Mariaeburgi factae sunt et huc 1 VIII 1409 legati cum magistro generali Cruciferorum congressi sunt.

¹⁶ Enuntiatio Nicolai Kurowski et relatio Długossii fontibus confirmantur. Haec non solum fragmento *Querelae* Cruciferorum mense Octobri 1412 actae (Cod. Vit., nr 498, p. 234–235), sed etiam commentariis, quae ad actionem iuris inter Polonos et Cruciferos 1414 gestam spectant, testificata sunt. Cum magister generalis Cruciferorum Michael Küchmeister Vladislaum regem conveniret, „mentionem fecit pactionis Ulrici de Iungingen cum archiep. Gnesn. Nicolao de Kurów Marieburgi 1 VIII 1409 actae, cum legatus Polonorum dixisset regem Poloniae expeditionem in terras Prussiae facturum esse, si Cruciferi terras Samogitiae invaderent”. His verbis auditis Vladislaus Jagello dixit archiep. potestatem a rege ei concessam neglexisse (Z. H. Nowak, *Akt rozpoczynający „Wielką Wojnę”*. *List wypowiedni wielkiego mistrza Ulryka von Jungingen z 6 sierpnia 1409 roku*, KMW, 1976, nr 1, p. 81–82; idem, *Protokół z rokowań polsko-krzyżackich*, p. 50–52, 73–74).

¹⁷ Id est 14 VIII 1409.

¹⁸ Nova Civitas Korczyn, opp. et arx in palat. Sand., tunc procuratoria, postea capitaneatus sedes. In ea arce rex Jagello libenter commorabatur. De rege die 14 VIII 1409 hic commorante in litteris non legimus, sed itinera a rege facta relationibus Długossii confirmantur. Regem enim 10 VIII in opp. Opatów, 15 VIII Visliciae et 18–23 VIII in Nova Civitate Korczyn fuisse constat (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 51).

¹⁹ Dobrzyń, opp. cum arce ad Vistulam situm, terrae Dobrinensis caput. Epistula magistri generalis 6 VIII 1409 conscripta, qua bellum declarabatur, publice, ut moris erat 8 VIII Thoruniae prope fines terrarum Poloniae Cruciferorumque, edita est. De invasione 16 VIII facta ex fontibus Pruthenorum docemur, scriptores Polonorum diem invasionis 14 VIII tradunt. Regem litteras belli inferendi iam post invasionem Cruciferorum in Regnum Poloniae factam accepisse multis fontibus confirmatur. Ipsum opp. Dobrzyń 18 VIII occupatum est (Z. H. Nowak, *Akt rozpoczynający „Wielką Wojnę”*, p. 79–85).

²⁰ Rypin, arx et opp. in terra Dobrinensi sita, cast. sedes.

²¹ Lipno, arx et opp. in terra Dobrinensi sita.

²² Fontes Polonicos et externos, qui ad Cruciferorum in finitima castra et oppida invasionem pertinent, confert *Rozbiór* I, p. 82–83; v. etiam M. Biskup, *Pogranicze kujawsko-pomorskie w Wielkiej Wojnie z Zakonem Krzyżackim w latach 1409–1411*, in: *Bitwa pod Koronowem 10 X 1410*, Bydgoszcz 1961, p. 20.

²³ Ioannes de Ploniany cui insigne Prusy (Wilczekosy) erat, advocatus hereditarius Dobrinensis a Cruciferis 18 VIII 1409 detruncatus est. Ploniany, nunc Płomiany, villa in terra Dobrinensi, 5 km ad N ob opp. Dobrzyń sita. Privilegio Casimiri Iagelloniis 1455 edito confirmantur ea quae Długossius de miserabili morte Ioannis tradidit. „Długossius Ioannem de Płomiany advocatum Dobrinensem perperam nominavit, quod a viris doctis sine ratione critica acceptum est; eo enim tempore munere cap. Warcislaus de Gotardowice fungebatur, qui in arce in Bobrowniki sita residebat. Arcem Dobrinensem vel burgrabius Ioannes vel advocatus opp. burgrabium adiuvans defendebat” (J. Bieniak, *Wójtowie średniowiecznego Dobrzyńa*, in: *Czas, przestrzeń, praca w dawnych miastach*, Warszawa 1991, p. 224–225, 229–230). De miserabilibus homicidiis a Cruciferis in terra Dobrinensi factis, praesidio arcis interfecto, mulieribus violatis et pueris necatis fontes tunc temporis tradunt (MPH III, p. 83, 312).

²⁴ Bobrowniki, arx Cruciferorum post 1392 aedificata et opp. eiusdem nominis ab 1403 in terra Dobrinensi situm.

²⁵ Warcislaus de Gotardowice, cui Vulpes (Lis) insigne erat, cap. Sir. 1403–1405, Dobrinensis 1406–1409, cast. in Żarnowiec 1405–1410, obiit 1410 vel 1411 (Boniecki III, p. 61–62; UŁS, p. 137; UM, p. 332). Gotardowice, nunc Gartatowice, villa in palat. Sand., 23 km ad SE ab opp. Jędrzejów sita. De exprobrationibus et iudicio contra Warcislaum acto, v. adn. 96.

²⁶ Bartossius, Bartholomaeus Plomykowski de Plomykowo id est Plonkowo de domo Wieniawa, cui 1411 pro meritis aliquot villas in cap. Pyzdry sitas rex ascripsit et donavit (KDW V, nr 171), usque ad 1422 in fontibus occurrit (A. Warschauer, *Stadtbuch von Posen*, Posen 1892, nr 368, p. 128, 376 p. 130). Plomykowo, nunc Plonkowo, villa in Cuiavia in palat. Iuniv., 6,5 km ad W ab opp. Gniewków sita.

²⁷ Miles Nicolaus Ragoszowic de quo nihil scimus.

²⁸ Id est 15 VII 1410. De pugna prope villam Grunwald commitenda agitur.

²⁹ Złotoria, Chrisopolis, villa cum arce a rege Casimiro Magno ante 1370 aedificata, in terra Dobrinensi, 10 km ad SE a Torunio sita.

³⁰ Dobeslaus, Dobek Olewiński de Olewin, cui insigne Ostoja erat, tribunus Stanzicensis ab 1435, pincerna Crac. ab 1437, post 1444 obiit (UM, p. 351; J. Bieniak, PSB XXIII, p. 786). Olewin, nunc Olelin, villa in palat. Crac., 3 km ad E ab Ilcussia sita. Dobek Olewiński in catalogo captivorum Polonorum in Złotoria a Cruciferis comprehensorum primum locum obtinet (Biskup, *Z badań*, s. 694).

³¹ Stanislaus Ebermut vel Obermut de Chrostów, Skarszewo et Winiary, eques aureatus, subpincerna Cal. 1428–1440 (UW, p. 116; ZDM 3, nr 639; *Materiały archiwalne wyjęte głównie z Metryki Litewskiej od 1348 do 1607*, wyd. A. Prochaska, Lwów 1890, nr 69, 106). Villae ad eum pertinentes in palat. Cal. hae erant: Chrostów (Chrusty) 4 km ad NE a Calissia, Skarszew 8 km ad NE a Calissia, Winiary 5 km ad SE a Calissia sita. In catalogo captivorum Ebermut velut Stanislaus Winiarski occurrit (Biskup, *Z badań*, p. 694–695).

³² Ivanus, Ioannes de Góry, cui insigne Odrowąż erat, tribunus Sand. ab 1436, obiit ante 1450 (UM, p. 232, 350 — hic Goly perperam et heres villae Obichów dictus, quae villa ad Ioannem Goly de domo Wieniawa pertinebat. Ivanus in catalogo captivorum non occurrit (Biskup, *Z badań*, p. 694–695). Góry, villa in palat. Sand., 20 km ad SE a Vislicia sita.

³³ Captivorum in Złotoria 2 IX 1409 comprehensorum catalogus a Cruciferis conscriptus asservatus est (Biskup, *Z badań*, p. 695–695).

³⁴ Bidgostia, Bydgoszcz, arx et opp. in Cuiavia, capitaneatus sedes.

³⁵ In annalibus tunc temporis conscriptis legi possunt „Castrum Bidgostia Bernardus quidam tenentarius eiusdem castris Cruciferis tradidit”. Bidgostia recuperata rex consentientibus dominis Bernardum in carcerem in turri arcis Crusviciensis coniecit (MPH III, p. 83, 312).

³⁶ Bidgostia ante 29 VIII 1409 capta est. Fontes Cruciferici de prodicione praesidii arcis nullam mentionem faciunt (Biskup, *Z badań*, p. 679–680; L. Łbik, *Polsko-krzyżackie zmagania o Bydgoszcz w 1409 r.*, „Kronika Bydgoska”, 10, 1986–1988 [ed. 1990], p. 26–39).

³⁷ Thomas de Węgleszyn cap. Poloniae Maioris, ultimum 28 VII 1409 occurrit (UW, p. 172). Vincentius de Granowo, qui munere cap. Poloniae Maioris fungebatur, primum 25 X 1409 occurrit (UW, p. 172).

³⁸ Wolbórz, opp., nunc villa in palat. Lanc., 15 km ad NE ab opp. Piotrków sita. Hic rex 9–12 IX 1409 commorabatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52).

³⁹ Id est 9–16 IX 1409.

⁴⁰ Podoliae terra Russiae Rubrae finitima ad E usque ad ripas f. Dniestr extendebatur. Quae a Dlugossio inter Regni Poloniae terras post a. 1430 adiunctas numerabatur.

⁴¹ Siedlec, villa in palat. Lanc., 16 km ad NW ab Lancicia sita.

⁴² Kocewie, nunc Kocewia Duża et Mala, villae in palat. Lanc., 12 km ad SE a castro Przedecz sitae.

⁴³ Radziejów, opp. in Cuiavia ad E a lacu Goplo situm.

⁴⁴ Szarlej, villa in Cuiavia, 12 km ad SE ab Iunivladislavia sita.

⁴⁵ Tuczno, villa in Cuiavia, 17 km ad NW ab Iunivladislavia sita.

⁴⁶ Iunivladislavia, Inowrocław, opp. in Cuiavia situm, palat. caput.

⁴⁷ Id est 29 IX 1409.

⁴⁸ Bidgostiae obsidium nec non castris oppugnatio in fontibus commemorantur (SRPr. III, p. 304).

⁴⁹ Praesidio (non tamen commendatariae) Cruciferorum Bidgostiae Heinz Borsnitz praefectus stipendiariorum praerat. In eo proelio non ipse sed quidam partes eius agens cecidit (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 147).

⁵⁰ Conradus IV Senior, Conradi III Veteris et ignotae Gutae f., dux Olesniciensis, magister, can. Vratislaviensis ab 1410, praepositus ab 1411, notarius papae 1411, ep. Vratislaviensis 1417, munere ep. 1444 se abdicavit, bulla Eugenii IV munus ep. iterum 1445 accepit, obiit 9 VIII 1447 (*Bullarium* III, IV; R. Heck, PSB XIII, p. 590–591; Jasiński, *Rodowód* II, p. 176–180). De ea legatione, v. Cod. Vit., nr 440.

⁵¹ Venceslaus IV, Caroli IV et Annae f. principis Svidnicensis f., 26 II 1361 natus, rex Romanorum ab 1376, ab electoribus Germaniae regno 1400 pulsus est, sed honore regis Romanorum se non abdicavit, Bohemorum rex ab 1378, obiit 16 VIII 1419 (J. Spěváček, *Václav IV, 1361–1419*, Praha 1986).

⁵² Id est 4 X 1409.

⁵³ Matthias de Labiszyn, cui insigne Laska erat, palat. Gnievoviensis (Iuniv.) ab 1408, Brestensis et Cuiaviensis ab 1412 (apud Dlugossium perperam iam 1409), cap. Bidgostiensis ab 6 X 1409 usque ad ver 1410, cap. Iuniv. 1411–1413, 1419–1423, obiit 1430 (*Bullarium* III, nr 955; IV, nr 1552; J. Bieniak, *PSB* XIX, p. 24–27). Labiszyn, opp. in palat. Cal., castrum tamen in Cuiavia in palat. Iuniv. situm erat.

⁵⁴ Swiecie, opp. et arx Pomeraniae in sinistra ripa Vistulae sita.

⁵⁵ Textus *Querelae* a Dlugossio capiti sequenti insertus est.

⁵⁶ Iacobus Gliniany de Lublin, ducis Vitoldi notarius, 1409 et 1430 occurrit (*Vitoldiana*, ed J. Ochmański, Warszawa 1986, p. 74, 81, 114). M. Kosman, *Kancelaria wielkiego księcia Witolda*, „*Studia Źródloznawcze*”, XIV 1969, p. 107–108; idem, *Orzeł i Pogoń. Z dziejów polsko-litewskich XIV–XX w.*, Warszawa 1992, p. 124–125, ubi perperam Iacobus de Gliniany nominatur, Dlugossius enim eum Iacobum Gliniany de Lublin appellat. V. etiam S. Szybkowski, *Krzyżacki szpieg, lubelski mieszczanin i sandomierski chorąży. Kilka uwag w sprawie badań prozopograficznych personelu kancelarii wielkiego księcia Witolda*, in: *Krzyżowcy, kronikarze, dyplomaci*, pod red. B. Śliwmskiego, Gdańskie studia z dziejów średniowiecza, nr 4, Gdańsk–Koszalin 1997, p. 260–263. De eius cognomine, v. *Słownik staropolskich nazw osobowych*, t. II, 1968, p. 124. De legatione Iacobi v. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 145 adn. 113.

⁵⁷ Jenko, Jenke cap. Svidnicensis et Vratislaviensis (Cod. Vit., nr 440 z 20 V 1410, nr 498, p. 235, sub a. 1412; SRPr. III, p. 304; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 148 — Jan Chotmierz von Kotemitz).

⁵⁸ Id est 24 VI 1410.

⁵⁹ Id est 9 II 1410.

⁶⁰ Quae a Dlugossio tradita litteris Vladislai regis 8 X 1409 editis confirmantur, ubi de iudicio arbitrari et indutiis usque ad 24 VI 1410 factis narratur (Kod. Lit., p. 104; *Rozbiór* I, p. 83). Litterae quibus indutiae comprobantur demum die 26 V 1410 in castro Troki editae sunt (Cod. Vit., nr 441).

⁶¹ Alluditur ad Matth. 7,5.

⁶² Hic de pace Calissiae 8 VII 1343 facta agitur (Dogiel IV, nr 62, p. 68; rectius in: *Preuss. Urkb.* III, 2, nr 567).

⁶³ Opatovia, Opatów, opp. in palat. Sand. situm.

⁶⁴ Id est 10 VIII 1409.

⁶⁵ Litteris a rege 9 IX 1409 in opp. Wolbórz editis singulae querimoniae in Ordinem Cruciferorum illatae enumerantur (Cod. Vit., nr 426). Hic a Dlugossio litterae in opp. Opatów 10 VIII 1409 editae, illatae sunt (*Lites* II, nr 49, s. 436). Diversae enim versiones *Querelae* ad singulos destinatarios missae sunt (*Rozbiór* I, p. 84).

⁶⁶ Sigismundus Kiejstuti et Birutae f., circa a. 1358–1359 natus (T. Wasilewski, *Daty urodzin Jagielly i Witolda*, p. 25–33, aliter — post a. 1363 — J. Tęgowski, *Kilka uwag do genealogii Giedyminowiczów*, „*Studia Źródłoznawcze*”, XXXVI, 1997, p. 115–116), dux Trocensis et in Mozyr ab 1383, in Starodub ab 1406, magnus dux Lithuaniae ab 1432, obiit 20 III 1440 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 15).

⁶⁷ Dzioldów, Dziewałtów, opp. ad SW a Volcomaria situm significari videtur. In opere H. Łowmiański quod *Studia nad początkami społeczeństwa i państwa litewskiego*, t. II, Wilno 1932, p. 111 inscribitur, de opp. Dziwałtowa agitur.

⁶⁸ Thamaw, Tymawa, Tamaw, villa, quae in *Querela* Ordinis in Vladislaum et Vitoldum illata, commemoratur (Cod. Vit., nr 498 sub a. 1412, nr 529 sub a. 1413, nr 570, 276, sub a. 1414).

⁶⁹ Newerken, Newerketten. Ex *Querela* Ordinis intelligi potest villas Tamaw, Newerken et opp. Wystruć (Insterburg) ad ep. Sambiensis pertinuisse. Opp. tamen Wystruć ad fl. Pregola in terra Prussiae situm est.

⁷⁰ Pactionibus inter Polonos et Ordinem Cruciferorum factis dux Vitoldus non intererat et post indutias initas adversus hostes proficisci potuit (*Rozbiór* I, p. 85; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 158).

⁷¹ Grodno, opp. in Magno Ducatu Lithuaniae (nunc in terra Russiae Albae), terrarum caput erat.

⁷² Bielsk Podlaski, opp. in terra Podlasie dicta, situm. Quae infra a Dlugossio villae enumerantur, in locis desertis ad S ab opp. Grodno et ad S ab opp. Białystok sitae erant, in ea regione, ubi fl. Supraśl influit.

⁷³ Fortasse Rzepniewo, villa prope opp. Bielsk Podlaski sita.

⁷⁴ Stoki, villa in Magno Ducatu Lithuaniae, 36 km ad W ab opp. Wolkowysk sita.

⁷⁵ Jaskra, villa hodie non exstans, olim ad fl. Jaskrzanka quod in fl. Narew influit in terra Bielscensi sita.

⁷⁶ Nietupa fl., quod in fl. Świsłocz a sinistra influit.

⁷⁷ Id est 31 III 1409. Hic tamen de rebus festo Dominicæ Palmarum id est 16 III 1410 gestis, agitur, v. adn. 79.

⁷⁸ Wolkowysk, opp. in Magno Ducatu Lithuaniae (nunc Russia Alba) situm.

⁷⁹ Invasio Cruciferorum Dominica Palmarum a. sequentis id est 16 III 1410 facta est (*Rozbiór* I, p. 85, cf. etiam adn. 77). Secundum opinionem S. M. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 324 adn. 25, ea quae de invasione Cruciferorum a Dlugossio tradita sunt ab Ioanne Posilge confirmantur (SRPr. III, p. 313), qui de opp. Brześć ad fl. Bug sito (iam post arbitrium Pragense) spoliatione, multis occisis et a Cruciferis captis scripsit. Cruciferorum banderia tantummodo ad opp. Wolkowysk pervenisse S. M. Kuczyński putat.

⁸⁰ Slonim, opp. in Magno Ducatu Lithuaniae (nunc Russia Alba) situm.

⁸¹ Zdzitów, villa in Magno Ducatu Lithuaniae (nunc Russia Alba) ad S ab opp. Slonim prope opp. Bereza Kartuska sita.

⁸² Conclave 15 VI 1409 haberi coeptum, papa 7 VII electus est. Hoc caput ex opere Theodori de Nyem, *De scismate, liber III, cap. 51–52, p. 319*, pendet.

⁸³ Studium Oxoniense 1214 fundatum est.

- ⁸⁴ Collegium Sorbonum ad universitatem 1299 fundatam, creatum est.
- ⁸⁵ Giovanni Maria Visconti, Gian Galeazzo et Catharinae Visconti f., dux Mediolani ab 1402, obiit 16 V 1412 (Encicl. Ital. XXXV, p. 442).
- ⁸⁶ Ludovicus II Andegavensis, Ludovici I et Mariae de Blois f., 1377 natus, dux Tarenti 1384–1417, qui regno Neapolitano potiri affectabat ab 1384, obiit 29 IV 1417 (Encicl. Ital. XXI, p. 632).
- ⁸⁷ Ludovicus I Andegavensis, Ioannis Boni regis Francogalliae et Iuttae Bonae Luxemburgensis f. Ioannis Bohemorum regis f., 1339 natus, post mortem Ioannae I reginae Neapolitanae, 1382 corona a papa Avinionensi Clemente VII ornatus, de imperio capiendo cum Carolo III contendebat, obiit 1384 (Encicl. Ital. XXI, p. 632).
- ⁸⁸ Pratum, Prato, opp. in Italia ad NW a Florentia situm.
- ⁸⁹ Pistorium, Pistoia, opp. in Italia ad W a Florentia situm.
- ⁹⁰ Rupertus, Ruperti II Palatinatus principis electoris et Beatricis Siciliana f., 1352 natus, ab 1398 Palatinatus elector, post Venceslaum IV dignitate 1400 privatum, Ruppertus I rex Romanorum creatus, obiit 12 V 1410 (*Allgemeine Deutsche Biographie* XXIX, p. 716–726).
- ⁹¹ De rege Bidgostiae commorante in aliis fontibus nulla mentio fit (Gašiorowski, *Itinerarium* p. 52).
- ⁹² Żnin, castrum et opp. in Pałuki in palat. Cal., ad N a Gnesna situm. Commoratio regis in opp. Żnin aliis fontibus confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52).
- ⁹³ Commoratio regis Posnaniae fontibus non confirmatur, v. tamen adn. 94.
- ⁹⁴ Rex in opp. Konin 23 X manebat et postea Calissiae erat, 26 X in opp. Opatówek et 4 XI in opp. Radomsko commorabatur. Antea vero Posnaniae versabatur et inde Cracoviam proficisci potuit (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52).
- ⁹⁵ Id est 11 XI 1409. Commoratio regis in villa Niepolomice 19 XI fontibus confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52).
- ⁹⁶ In annalibus tunc temporis conscriptis traditum est: Item castrum Bobrowniki sub capitaneo Warczislao capiunt, qui, potens se bene defendere, dictum castrum, ut maledictus et perfidus, non expectans dominum regem suum, resignavit et tradidit Cruciferis (MPH III, p. 83, 312). V. adn. 97.
- ⁹⁷ Chęciny, opp. atque arx in palat. Sand. sita, capitaneatus et districtus sedes. Regem dominis consentientibus Wartislaum in carcerem conici et in turri arcis Chanczinensis poni iussisse in Annalibus Cracoviensibus relatum est (MPH III, p. 83).
- ⁹⁸ Id est 9 II 1410.
- ⁹⁹ Ioannes Wycliffe, 1330 natus, Universitatis Oxoniensis professor, theologus, fidei Christianae reformator, Sacrae Scripturae in linguam Britannicam translator, obiit 31 XII 1384 (R. L. Poole, *Wycliffe and the Movements for reform*, London 1911).
- ¹⁰⁰ Ioannes Hus, 1369 natus, professor, postea rector Universitatis Pragensis, fidei Christianae reformator, Constantiae rogo crematus est 1415 (F. Bartoš, *Čechy v době Husově 1378–1415*, Praha 1947).
- ¹⁰¹ Sophia de Bavaria Ioannis II et Catharinae f. Meinhardi VII comitis de Goriciae f., 1376 nata, Venceslai IV secunda uxor, obiit 26 IX 1425 (OSN XXVII, p. 891–892).

¹⁰² Id est Hus, professoris salario privatus est.

¹⁰³ Sanctus Venceslaus de gente Premislii originem ducit, Wratislai I f., post 905 natus, ab 924 imperium tenuit, 28 IX 929 occisus est (OSN XXVI, p. 284–286).

¹⁰⁴ Carthusiensium monasterium Pragense 1341 in tribu Ujezd fundatum, in sinistra Multavae ripa, in ea parte urbis, quae hodie Malá Strana nominatur situm, tempore bellorum Husiensium deletum est.

¹⁰⁵ Picardorum secta a Luzma Picardo sic appellata e secta fratrum Adamitarum, qui II saec. p. Chr. n. floruerunt, originem duxit. Picardi saec. XIV–XV in Francogallia, Batavia et Germania florentes, saec. XV ineunte in Bohemiam venerunt et hic bellorum Husiensium tempore extincti sunt.

¹⁰⁶ Petrus Payne, origine Britannus, Husitarum sectae theologus, Pragam 1417 venit, munere legati in Poloniam 1420 et 1431 fungebatur. Tractatibus cum Concilio Basiliensi 1432 interfuit, obiit circa 1452 (OSN XIX, p. 370–371).

¹⁰⁷ Conventus in villa Niepołomice a rege in 11 XI 1409 convocatus est (v. adn. 95).

¹⁰⁸ Nicolaus de Wołów, ecclesiae s. Aegidii Vratislaviensis praepositus et archidiaconus Vratislaviensis ante 1404, nuntius et collector apostolicus in Germania et Hungaria ab 1406, legatus ex parte papae Alexandri V in Poloniam 1409 missus. Qui uti clericus camerae Sedis Apostolicae et comes palatinus Lateranensis Concilio Constantiensi interfuit. Obiit 1418 (*Berichte* I, p. 163; J. Drabina, *Kontakty papiestwa z Polską 1378–1417 w latach wielkiej schizmy zachodniej*, Kraków 1993, p. 101). Wołów, opp. in Silesia situm.

¹⁰⁹ Diploma Vladislai Iagellonis (sine data) quo rex oboedientiam suam Alexandro V papae promittebat editum est postquam rex res in concilio gestas ab ep. Petro Wysz cognovit (*Cod. epist.* I, nr 39, nr 38–39).

¹¹⁰ Una solummodo bulla papae Gregorii XII ad regem Vladislaum Iagellonem 15 V 1408 missa nota est, quae ad duas praebendas in capitulo Gnesn. conferendas spectat (*Bullarium* III, nr 1186).

¹¹¹ Quae Dlugossius de commercio Petri de Creta (postea papae Alexandri V electi) cum Vladislao Iagellone refert aliis fontibus confirmatur (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 285).

¹¹² Ex villa Niepołomice rex Cracoviam venit et ibi 21 XI manebat, inde in opp. Opatów advenit, ubi 25 XI commorabatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52). Itinerarium hoc Dlugossii relatu de rege in Lithuaniam proficiscente confirmatum esse videtur.

¹¹³ Brześć Ruski id est Litewski, opp. ad fl. Bug in Lithuania (nunc Russia Alba) situm.

¹¹⁴ Id est 25 XI 1409.

¹¹⁵ Id est 30 XI 1409.

¹¹⁶ Vladislaum regem tunc in opp. Brześć et in Lithuania commoratum esse aliis fontibus non confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 52–53; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 283).

¹¹⁷ Nicolaus Trąba, cui insigne Trąby erat, naturalis f. decani Sand. Iacobi et Annae uxoris Guillelmi de domo Trąby sculteti de Okalina, procuratoris generalis Crac. et Sand., a quo adoptatus est. Notarius regis ab 1391, protonotarius et canc. Cuiaviensis ab 1402, subcancellarius Regni

Poloniae 1404–1409, can. Sand. ab 1399, Crac. ab 1400 Gnesn. ab 1405, archiep. Haliciensis ab 1410, Gnesn. ab 1412, obiit 4 XII 1422 (*Bullarium* III, IV; UC, p. 106, 210; S. M. Kuczyński, PSB XXI, p. 97–99; Krzyżaniakowa I–II; Sulowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 264–266).

¹¹⁸ Dzelal-ed-Din, Saladyn, Tochtamysz f., Tartarorum Ordae Aureae dictae princeps ab 1411, ab ipso fratre Kerin — Birdej 1412 occisus est (L. Kolankowski, *Dzieje Wielkiego Księstwa Litewskiego za Jagiellonów*, Kraków 1930, p. 126, 318).

¹¹⁹ Dobrogostius Niger de Odrzywól et Wysokin de domo Nałęcz cap. Radomiensis 1410–1420 (UM, p. 299). Opp. Odrzywól a. 1409 nondum exstabat, rex enim Dobrogostio pro meritis villas Wysokin et Studzianna in palat. Sand. sitas 1411 donavit. Dobrogostius regis permissu in agris ad villam Wysokin pertinentibus a. 1418 opp. postea Odrzywól appellatum, condidit (ZDM V, nr 1297; VI, nr 1754). Wysokin, villa 26 km ad NE ab opp. Opoczno distat. Odrzywól, opp., nunc villa, 25 km ad NE ab opp. Opoczno sita. Studzianna, villa 19 km ad NE ab Opoczno sita.

¹²⁰ Kozienice, opp. in palat. Sand. ad Vistulam situm.

¹²¹ Idem est atque carpentarius Iarossius, qui 14 II 1410 pro multis meritis a rege privilegium molendini cum serra construendi ad fl. Wieprz prope Krasnystaw in palat. Lub. accepit (KDM IV, nr 1118; ZDM VI, nr 1753).

¹²² Kamieniec Litewski, opp. ad N ab opp. Brześć Litewski in Lithuania prope viam antiquam versus Wołkowysk et Vilnam, situm.

¹²³ Bulla haec die 23 I 1410 data est (Cod. epist. I, nr 40).

¹²⁴ Id est in silvam Białowieża. Białowieża, opp. ad fl. Narew os situm, fl. autem Leśna (Lśna) a dextra in fl. Bug influit.

¹²⁵ Narew fl., ubi a dextra in Vistulam influit, Bugo-Narew appellatur.

¹²⁶ Plocia, Plock, arx et opp. in Masovia, ducatus et terrae caput.

¹²⁷ Terra Chelmensis ab 1366 ad Regnum Poloniae pertinebat.

¹²⁸ Kobryń, opp. in Magno Ducatu Lithuaniae (nunc Russia Alba) ad E ab opp. Brześć Litewski situm.

¹²⁹ Laski, villa in Magno Ducatu Lithuaniae (hodie Russia Alba) prope opp. Kobryń sita.

¹³⁰ Luboml, opp. in terra Chelmensi (nunc Ucraina), 42 km ad E ab opp. Chelm situm.

¹³¹ Gregorius de Buczków, monasterii Luceoriensis Ordinis Fratrum Praedicatorum prior, ep. Vladimiriensis ab 1400, obiit 1425 (*Bullarium* III; J. Kłoczowski, PSB IX, p. 82). Ubi villa Buczków sita fuerit, ignotum manet.

¹³² Landulfus Maramaldi archiep. Barenis 1378–1384, card. a papa Urbano VI a. 1381 nominatus, obiit 16 X 1415 (Eubel I, p. 24, 129).

¹³³ Id est 6 I 1409. Concilium magnum Francoforti ad Moenum celebrandum in diem 13 I 1409 prolatum est.

¹³⁴ Landulfus Pisam 5 XI 1408 reliquit. Hoc caput ex opere Theodorici de Nyem (liber III, cap. 39) pendet.

¹³⁵ Ioannes de Nassau, archiep. Moguntiae ab 1397, legatus apostolicus in Germania ab 1409, obiit 23 IX 1419 (Eubel I, p. 322).

¹³⁶ Fridericus de Saarverden, archiep. Coloniae Agrippinae ab 1370, obiit 9 IV 1414 (Eubel I, p. 198).

¹³⁷ Henricus dux Brunsviciensis, ducis Magnusi f., 1355 natus, a. 1388–1400 una cum fratre Bernardo ducatum Brunsviciensem et Luneburgensem, inde ab 1400 solus ducatum Brunsviciensem et Guelferbytelensem regebat, obiit 2 X 1416 (*Allgemeine Deutsche Biographie* XI, p. 486–488).

¹³⁸ Hermannus I comes provinciae Hessiae, Ludovici et Elisabeth f. comitis de Spanheim f., circa 1342 natus, ab 1370 comitis Henrici II adiutor, ab 1376 eius successor, obiit 29 VI 1413 (*Allgemeine Deutsche Biographie* XII, p. 125–128).

¹³⁹ Fridericus Bellicosus dictus, marchionis Misnensis Friderici III f., 1369 natus, ab 1411 dominus maioris partis marchiae Misnensis, ab 1423 dux et elector Saxoniae, obiit 4 I 1428 (*Allgemeine Deutsche Biographie* VII, p. 776–778).

¹⁴⁰ Fridericus I (VI) Hohenzollern, burgrabii Norimbergensis Friderici V f., 1371 natus, ab 1398 burgrabius Norimbergensis in Ansbach, ab 1411 marchiae Brandenburgensis praefectus, ab 1415 marchio et elector Brandenburgensis, obiit 21 IX 1440 (*Allgemeine Deutsche Biographie* VII, s. 464).

¹⁴¹ Ioannes de Wallenrode archiep. Rigensis 1393–1418, 1418 in episcopatum Leodiensem translatus, obiit 28 V 1419 (B. Jahnig, *Johann von Wallenrode O. T.*, Bonn — Bad Godesberg 1970).

¹⁴² Matthaeus de Cracovia, notarii Crac. Stadtschreiber dicti f., philosophus et theologus, professor universitatis Pragensis et Heidelbergensis, universitatis Heidelbergensis rector 1396, ep. Wormatiae ab 1405, card. presbyter a. 1408 a papa Gregorio XII nominatus, legatus Sedis Apostolicae in Germania ab 1409, obiit 5 III 1410 (W. Seńko, PSB XX, p. 196–198).

¹⁴³ Ulricus de Albeck, ep. Werdinensis ab 1407, hac dignitate a papa Gregorio XII a. 1409 privatus, 1417 in episcopatum Secoviensem (Stiria) translatus, obiit 1431 (Eubel I, p. 441, 522; II, p. 232).

Annus 1410

¹ Lubochnia, Lubochiny, opp. in terra Chelmensi ad NE ab opp. Luboml situm.

² Tur, opp. in terra Chelmensi, 15 km ad W ab opp. Ratno situm.

³ Szack, opp. in terra Chelmensi inter opp. Włodawa et Luboml situm.

⁴ Ratno, opp. in terra Chelmensi ad S ab opp. Kobryń situm.

⁵ Parczów, nunc Parczew, opp. in palat. Lub., ubi inde ab 1413 conventus procerum Poloniae et Lithuaniae celebrari solebant.

⁶ Kazimierz Dolny, opp. ad Vistulam in palat. Lub. situm.

⁷ Sieciechów, opp. ad Vistulam, nunc villa in palat. Sand., monasterii Ordinis Sancti Benedicti sedes.

⁸ Id est 30 I 1410. Itinera regis a Dlugossio descripta aliis fontibus non confirmantur (v. Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 53).

⁹ Jedlnia, villa regia in palat. Sand., ubi rex saepe commorabatur et iudicium curiale celebrabatur, 13 km ad NE a Radomia sita, ubi regem 6 II 1410 commoratum esse aliis fontibus comprobatur (Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 53).

¹⁰ Hermannus II comes Ciliae, Hermanni I et Catharinae de Bosnia f., ante 1371 natus, comes Ciliae ab 1385, obiit 30 X 1435 (H. Pirchegger, *Die Grafen von Cilli, ihre Grafschaft und ihre untersteierischen Herschaften*, Ostdeutsche Wissenschaft, Bd. II, München 1959). Is frater patris Annae reginae Guillelmi et eius patruus (non fratruelis, ut perperam Dlugossius tradit) fuit.

¹¹ Ilza, opp. in palat. Sand., ad N a Sandomiria situm.

¹² E diplomatibus conici potest regem 11–14 II 1410 Sandomiriae commoratum esse (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 53).

¹³ Kieżmark, Kežmarok, opp. in terra Scepusiensi in Slovacia situm.

¹⁴ Premislius I Noszak dictus, Casimiri I ducis Tessinensis et Euphemiae f. ducis Masoviae f., dux Tessinensis, Severiensis, Osviencimiensis etc., obiit 23 V 1410 (K. Jasiński, PSB XXVIII, p. 736–737; Jasiński, *Rodowód III*, p. 140–144).

¹⁵ De Premislio I litium inter Polonos et Cruciferos conciliatore nihil in fontibus traditur.

¹⁶ Cieszyn, Tessinum, opp. in Silesia ad fl. Olza situm, ducatus caput.

¹⁷ Nec dux Bregensis Boleslaus filiam Catharinam — ut Dlugossius narrat — nec Premislius I Noszak dictus uxorem eiusdem nominis habuerunt. De Elisabeth ducis Boleslai Coseliensis-Bythomiensis f., agitur, v. adn. 18 (Jasiński, *Rodowód I*, p. 181–182; III, p. 41–142).

¹⁸ Boleslaus III Largus dictus, Henrici V Pinguis dicti et Elisabeth f. Boleslai Pii f., dux Bregensis, obiit 21 IV 1352 (A. Klodziński, PSB II, p. 272–274; Jasiński, *Rodowód I*, p. 149–174). Hic autem non de eo duce, sed de Boleslao duce Coseliensi-Bythomiensi, Vladislai et Ludgardae Meclenburgensis f., agitur (Jasiński, *Rodowód III*, p. 47–49, 55–56, 142).

¹⁹ Boleslaus I, Premislii I Noszak dicti et Elisabeth f. ducis Coseliensis-Bythomiensis f., dux Osviencimiensis et aliorum ducatum, obiit 6 V 1431 (K. Piotrowicz, PSB II, p. 277–278 ubi nonnulla corrigenda videntur; Jasiński, *Rodowód III*, p. 152–157).

²⁰ Premislius ducis Tessinensis Premislii I Noszak dicti et Elisabeth f. ducis Coseliensis-Bythomiensis f., dux Osviencimiensis, obiit 1406 (K. Jasiński, PSB XXVIII, p. 737; Jasiński, *Rodowód III*, p. 149–152).

²¹ Glogovia, Głogów, opp. Silesiae ad fl. Oderam (Viadrum) situm, ducatus caput.

²² Góra, opp. Silesiae ad E a Glogovia situm.

²³ Siewierz, opp. terrae et ducatus caput in confinio palat. Crac. et Silesiae situm.

²⁴ Bytom, opp. Silesiae, ducatus caput.

²⁵ De ducis homicidio a Martino Bohemo Chrzan dicto perpetrato Dlugossius ad a. 1400 narravit. Quod re vera a. 1406 factum est (Jasiński, *Rodowód III*, p. 149–152: *Annales*, liber X, p. 241).

²⁶ Oświęcim, opp. primum ducatus, postea districtus Silesiae caput.

²⁷ Strzelin, opp. in Silesia situm.

²⁸ Toszek, opp. in Silesia, ducatus caput.

²⁹ Zator, opp. in ducatu Osviencimiensi, postea ducatus caput, exinde opp. in districtu Silesiae situm.

³⁰ Kęty, opp. in ducatu Osviencimiensi situm.

³¹ Żywiec, opp. in ducatu Osviencimiensi situm.

³² Andreas Brochocki de Brohocice vel Grochocice et Bychawa, cui insigne Ossoria erat, marsalcus reginae Annae 1414, vicemarsalcus regis 1415, tribunus Lub. 1419—1430, marsalcus curiae 1416—1429, cap. Cuiaviensis 1419, cap. Lub. 1430—1431, obiit 1431 (UC, p. 170; UM, p. 324; SHGL, p. 41 — Bychawa). Brohocice, recte Grochocice, villa in palat. Sand., 17 km ad NW a Sandomiria distat. Bychawa, villa, postea opp., in palat. Lub., 29 km ad S a Lublin sita.

³³ Dunin, Donin de Skrzywno, qui insigni Łabędź utebatur, Andreae Rzeszotko marsalci ducis Masoviae Semoviti IV f., can. Sand. ab 1404, Crusviciensis, Gnesn. et Iuniv. ab 1410, decanus Crac. ab 1412, can. Posn. ab 1416, secretarius et protonotarius regius ab 1410, subcancellarius Regni Poloniae ab 1412, obiit 22 VII 1418 (*Bullarium* III; UC, p. 203; M. Friedberg, PSB V, 471—472; Krzyżaniakowa I—II, Sułkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 471—472). Skrzywno, nunc Skrzyńsko, villa in palat. Sand., 5,5 km ad NW ab opp. Skrzywno distat.

³⁴ Ioannes Butrym de Żyrmuny, nobilis Lithuanicus, qui inde ab 1413 insigni Topór utebatur, marsalcus curiae ducis Vitoldi 1412—1420, cap. Smolenscensis 1422, post 1426 obiit (UCL, p. 202). Żyrmuny, villa, postea opp. in Lithuania.

³⁵ Nicolaus Cebulka, Czechowski de Czechowa, cui insigne Cielepala erat, can. Sand. ab 1412, post 1415 saecularis, secretarius ducis Vitoldi 1407—1430, notarius terrestres Lub. 1419—1448, ante 1456 obiit (UCL, p. 202; UM p. 324; K. Piotrowicz, PSB III, p. 212—213 ubi nonnulla corrigenda videntur; SHGL, p. 57—58; M. Kosman, *Orzeł i Pogoń. Z dziejów polsko-litewskich XIV—XX wieku*, Warszawa 1992, p. 122—124; S. Szybkowski, *Kariera Mikołaja Cebulki z Czechowa w służbie wielkiego księcia Witolda 1407—1430*, in: *Władcy, mnisi, rycerze*, pod red. B. Śliwińskiego, Gdańsk 1996, p. 253—320). Czechów, villa in palat. Lub., 3 km ad NW a Lublino, nunc eius opp. pars.

³⁶ Stiborius de Sąhocin et Pilichów, cui insigne Rogala erat, marsalcus curiae ducis Masoviae Ianussii I 1401—1429, succamerarius Zakroczymsis ab 1406, obiit post 1431 (*Bullarium* III, nr 1447; Wolff, p. 74, 295; A. Wolff, A. Borkiewicz-Celińska, *Słownik historyczno-geograficzny ziemi wyszogrodzkiej w średniowieczu*, Wrocław 1971, p. 40; informationes K. Pacuski, de Instituto Historico Academiae Scientiarum Polonae Varsoviae). Sąhocin, nunc Sochocin, opp., postea villa Masoviae in terra Ciechanoviensi. Pilichowo, villa Masoviae in terra Wyszogrodensi, 17 km ad N ab opp. Wyszogród sita.

³⁷ Paulus Plichta de Skotniki, cui insigne Półkozic erat, marsalcus ducis Masoviae Semoviti IV ab 1402, vexillifer Sochaczoviensis ab 1413, obiit 1425 (A. Swieżawski, PSB XXVI, p. 737—738). Skotniki, villa in Masovia 9,5 km ad SE ab opp. Sochaczew sita.

³⁸ Masoviae dux Semovitus IV, Semoviti III et Euphemiae f. ducis Oppaviensis f., dux Czirnensis, Plocensis, Ravensis, Sochaczoviensis, obiit 1425 vel 1426 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 4); de duce Ianussio I ad a. 1406 sermo erat.

³⁹ Iodocus, Jošt, Ioannis Henrici Luxemburgensis et Margarethae f. ducis Oppaviensis Nicolai f., fratris f. imperatoris Caroli IV, 1351 natus, marchio Moraviae ab 1375, princeps elector

Brandenburgensis ab 1397, ab electoribus rex Romanorum electus est 1410, obiit 18 I 1411 (OSN XIII, p. 634–637).

⁴⁰ Procopius Ioannis Henrici Luxemburgensis et Margarethae f. ducis Oppaviensis Nicolai f., Iodoci frater, fratris imperatoris Caroli IV f., ante 1358 natus, marchio Moraviae ab 1375, obiit 24 IX 1405 (OSN XX, p. 749–750).

⁴¹ Venceslaus Luxemburgensis arbitrium Germanice conscriptum 15 II 1410 edidit (*Lites* II, appendix, nr 55; *Die Staatsverträge des Deutschen Ordens in Preussen im XV. Jahrhundert*, hrsg. von E. Weise, Bd. I, Königsberg 1938, nr 80). Autographum non asservatum, textus documenti e transumpto 1412 conscripto notus est (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 318–319 adn. 5).

⁴² Boček de Kunštád, Bočekii f., iudex terrestris, Regni Bohemorum ab 1387 camerarius supremus, notarius supremus ab 1408, arcem Poděbrady aliaque bona a patre accepit, Ioannis Hus defensor, obiit 1416 (OSN XV, p. 376).

⁴³ Hradec Králové, Reginae Gradecium, opp. ad fl. Albim ad E a Praga situm.

⁴⁴ Kłodzko, opp. Silesiae, ducatus caput.

⁴⁵ Świdnica, Svidnicium, opp. Silesiae, ducatus caput.

⁴⁶ Georgius de Poděbrady, Victorini de Kunštád et Poděbrady f. et non supra dicti Bočekii, ut perperam Długossius tradit, 23 IV 1420 natus, praefectus Utraquistarum Bohemorum, gubernator Bohemiae 1452–1457, rex Bohemorum ab 1458, obiit 22 III 1471 (J. Macek, *Jiří z Poděbrad*, Praha 1967).

⁴⁷ Ladislaus Postumus dictus, Alberti II Romanorum regis et Elisabeth Luxemburgensis f., 22 II 1440 natus, dux Austriae, rex Bohemiae et Hungariae ab 1453, obiit 23 XI 1457 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 47).

⁴⁸ Albertus, Albrecht II (V) Austriae dux, Alberti IV et Ioannae de Bavaria f., 1397 natus, ut Albertus V munere ducis Austriae ab 1404 fungebatur, rex Hungariae ab 1437, Bohemiae ab 1438, Romanorum ab 1438, obiit 27 X 1439 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 47).

⁴⁹ Id est 18 II 1410.

⁵⁰ Przyszów, vicus in palat. Sand., 28 km ad SE a Sandomiria distans, ubi rex venationem in silvis Sandomiriensibus agens commorabatur. Commoratio regis 11–14 II 1410 Sandomiriae et in vico Przyszów 16–19 1410 litteris editis confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 53). Hic Długossius erravit.

⁵¹ Leżajsk, opp. in terra Premisliensi situm.

⁵² Kopki, villa in palat. Sand., 19 km ad NW ab opp. Leżajsk sita.

⁵³ Jarosław, Iaroslavia, opp. in terra Premisliensi situm.

⁵⁴ Id est 2 III 1410.

⁵⁵ Id est 9 III 1410.

⁵⁶ Commoratio regis post 9 III Leopoli litteris confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 53).

⁵⁷ Petrus Włodkowiec de Charbinowice, de domo Sulima, Podoliae gubernator 1405–1411, subdapifer Sand. 1401–1427, cap. Haliciensis 1401–1405, in Śniatyń 1401, Podoliae 1410–1411, in Trembowla 1410–1411, Leopoliensis 1425–1427, post 1430 obiit (UM, p. 325; UR, p. 317; K.

Przyboś, *Urzednicy województwa podolskiego XV–XVIII wieku. Spisy*, Kraków 1994, p. 108). Charbinowce, villa in palat. Sand., 9,5 km ad SW a Vislicia sita.

⁵⁸ Kamieniec Podolski, opp. et arx in Podolia, palat, caput.

⁵⁹ Id est 16 III 1410.

⁶⁰ Halicz, Halicia, opp. et arx in Russia Rubra, terrae caput, castellanatus, et capitaneatus sedes.

⁶¹ Id est 23 III 1410.

⁶² Commoratio regis Leopoli 26 III iterum litteris confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 53).

⁶³ Gródek Jagielloński, opp. in terra Leopoliensi ad W a Leopoli situm.

⁶⁴ Medyka, villa in terra Premisliensi, 12 km ad NW a Premislia sita.

⁶⁵ Łańcut, opp. in terra Premisliensi situm.

⁶⁶ Id est 1 IV 1410.

⁶⁷ Rzeszów, Resovia, opp. in terra Premisliensi situm.

⁶⁸ Ropczyce, opp. in palat. Sand. situm.

⁶⁹ Pilzno, opp. in palat. Sand., districtus sedes.

⁷⁰ Biecz, opp. cum castro in palat. Crac., castellanatae, districtus et capitaneatus sedes.

⁷¹ Grybów, opp. in palat. Crac. situm.

⁷² Id est 6 IV 1410.

⁷³ Nowy Sącz, Nova Sandecz, Sandecia, opp. in palat. Crac., castellanatae, districtus et capitaneatus sedes. Commoratio regis hic confirmatur litteris 18 IV 1410 editis, ubi nonnulli nobiles Poloni, qui ibi aderant, enumerantur (ZDM VI, nr 1737; Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 54).

⁷⁴ Gerzdorf civis Sandecensis de quo nihil certi scimus.

⁷⁵ Conventus in opp. Kieżmark, Kežmarok in Scepusia inter 9–18 IV 1410 celebrabatur (Z. Nowak, *Polityka północna*, p. 98–99).

⁷⁶ Indutiae sedecim annorum cum Hungaris tempore conventus in Nova Villa, Spišská Nova Ves vel in Antiqua Villa, Spišská Stará Ves in terra Scepusensi celebrati, factae sunt. Quas indutias 13 VII 1397 factas esse Ioannes Posilge putavit (SRPr. III, p. 214). Sigismundus rex litteris 14 VII 1397 editis magistrum generalem Ordinis imploravit, ut mandatarios pacis cum Polonis faciendae causa Cracoviam mitteret (Cod. Vit., nr 158). Mense Aprili 1410 ad indutias finiendas tres a. et tres menses (non quattuor a.) restabant (Z. Nowak, *Polityka północna*, p. 67–69).

⁷⁷ Hic de Ruperto I rege Romanorum agitur, cuius cognomen Klem a voce clemens originem duxit, de quo ad a. 1409 dicitur.

⁷⁸ Quae litteris ducis Vitoldi ad dominos Polonos mense Iunio 1429 missis confirmantur (Cod. Vit., nr 1358).

⁷⁹ Biała Spiska, Spišská Belá opp. in Scepusia situm.

⁸⁰ Quae ad subitam profectionem ducis Vitoldi propter insidias contra eum faciendas nec non ad incendium opp. Kieżmark, Kežmarok, pertinent a S. M. Kuczyński collecta sunt (*Wielka wojna*, p. 309–310, v. etiam *Rozbiór I*, p. 90).

⁸¹ Ducem Vitoldum in opp. Brześć Litewski moratum et hic cum Masoviae et Lithuaniae ducibus congressum esse et exercitus Lithuanorum in unum contraxisse a Cruciferorum speculatore discimus. Quae tamen parum accurate relata sunt, quoniam Jagello in opp. Nowy Sącz commorans, vere 1410 in opp. Brześć pervenire non potuit (Biskup, *Z badań*, p. 682, 696; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 324).

⁸² Ioannes Hieronymus Silvanus de Praga Adalberti f., universitatis Pragensis professor, Vladislai Jagellonis poenitentarius ab 1394, operum mysticorum et praedicationum auctor, primus abbas conventus Ordinis Praemonstratensis in opp. Nowy Sącz, 1413 Poloniam reliquit et se ad Congregationem Eremitarum Camaldulensium applicavit, obiit 17 VII 1440 (ZDM VI, nr 1714; J. Zathay, PSB IX, p. 507–509).

⁸³ Rex iam Calissiae 10 IV 1409 litteris editis conventum Ordinis Praemonstratensis una cum hospitali Spiritus Sancti fundavit, quem viginti marcis census annui nec non viginti centenariis salis e zuppis Bochnensibus et Vieliciensibus provenientis dotavit praefatumque Ioannem conventus abbatem et hospitalis rectorem nominavit (ZDM VI, nr 1724; B. Kumor, *Archidiakoniat sądecki*, Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne, 8, 1964, p. 107). Dąbrowa, nunc Dąbrówka Polska, villa in palat. Crac., 4 km ad S ab opp. Nowy Sącz, ei inserta est. Litteris in opp. Nowy Sącz 18 IV 1410 editis ea villa a rege conventui Ordinis Praemonstratensis donata est (ZDM VI, nr 1737).

⁸⁴ Ioannes de Szczekociny, cast. Lub. Petri f., cui insigne Odrowąż erat, subdapifer reginae 1397–1399, cap. Sand. 1390, cap. Brestensis et Cuiaviensis 1402–1403, dapifer Sand. ab 1405, cast. Zawichostiensis ab 1407, Visl. ab 1409, Lub. ab 1410, cap. generalis Poloniae Maioris 1415–1419, cap. Dobrinensis 1429–1433, obiit 1433 (*Bullarium* III, nr 876 — alia hic relata ad Ioannem f. fratris eius pertinent; UM, p. 365; UW, p. 199; K. Górski, PSB X, p. 483 — quae corrigenda videntur). Utrum Ioannes cap. in opp. Nowy Sącz fuerit aliis fontibus non confirmatur. Szczekociny, opp., nunc villa in palat. Crac. sita.

⁸⁵ Districtus Sandecensis in meridionali parte palat. Crac. terras quas fl. Dunajec permeat, continebat et ab E finitimus districtui Montis Sancti Ioannis fuit. Districtus iisdem atque castellaniam et terra Sandecensis finibus continetur. Quem districtum J. Laberschek, *Mapa województwa krakowskiego* (additamenta ad SHGK I) delineavit.

⁸⁶ Districtus Czyrzyczensis, Szczyrzyczensis seu Montis Sancti Ioannis „post Vandalum et penes Rabam” terram ad S a Vistula spectantem in palat. Crac. et terras quas fl. Raba permeat, continebat. In eo districtu saec. XV tantummodo administratio reddituum publicorum, nulla tamen iudicia agebantur. Fines eius districtus delineavit J. Laberschek, cf. adn. 85. Szczyrzyc, villa, ubi saec. XIII monasterium Ordinis Cisterciensium conditum est.

⁸⁷ Terra Biecensis non solum districtum Biecensem cum iudiciali magistratu et administratione reddituum publicorum, sed etiam capitaneatum cum iurisdictione continebat. Quae terra in regione ad meridiem et orientem spectante in palat. Crac. sita est. De eius finibus, v. adn. 85.

⁸⁸ Thomas de Ludanice (Ludonc, Laudan, Ludanyi) Petri f., ep. Sirmiensis (Szerém) ab 1397, ep. Agriensis 1400–1403, episcopatu privatus, titulum ep. servavit et una cum fratre Vladislao capitaneatum Biecensem 1410–1420 tenuit. Fraternalitati apud ecclesiam Crac. s. Stephani florenti

indulgentiam 5 XII 1409 concessit (Eubel I, p. 78; UM, p. 279–280; *Bullarium* III; ZDK I, nr 179; Engel, p. 24, 380–381, 383, 500–501). Concilio Constantiae, cui intererat, finito episcopatum Agriensem olim amissum iterum recuperavit. Ludanice, castrum in Slovacia ad opp. Nitra situm. Eger, Agria, Erlau, Jagier, opp. in Hungaria situm. Cf. adn. 89.

⁸⁹ Vladislaus vel Ladislav dictus Ungarus de Ludanice et fratres eius Stephanus et ep. Agriensis Thomas Vladislao regi Neapolitano favebant. A. 1403 Sigismundus Luxemburgensis eos adversarios superavit et Thomam episcopatu privavit. Cap. Transilvaniae Stiborius de Ściborzyce castrum Ludanice expugnavit. Dignitatem ep. in Eger Stiborius filiaster Stiborii obtinuit. His rebus factis fratres primum in Transilviam, deinde in Poloniam se receperunt. Vladislaus et Thomas capitaneatum Biecensem 1410–1420 tenuerunt (UM, p. 279–280). Cf. adn. supra.

⁹⁰ Id est 19 IV 1410.

⁹¹ Litteris a rege 18 IV editis commoratio eius in opp. Nowy Sącz, Nova Sandecz, confirmatur (ZDM VI, nr 1737).

⁹² Czchów, opp. cum arce, nunc villa, in palat. Crac. situm.

⁹³ Bochnia, opp. et salis fodina in palat. Crac. situm.

⁹⁴ Id est 22 IV 1410.

⁹⁵ Litteris editis commoratio regis Cracoviae 22–30 IV et demum 7–21 V 1410 in Nova Civitate Korczyn confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 54).

⁹⁶ Ioannes, Ješek Sokol de Lamberk in Moravia, cui insigne Kozieglowy erat, sub Venceslao Luxemburgensi ab 1400 militabat, heres terrae Skalici 1403, Lavu 1407, obiit 1410 (OSN 23, p. 615; J. Pilnáček, *Staromoravští rodové*, Wien 1930, p. 383; F. Šmahel, *Husitská revoluce* I, Praha 1993, p. 275; *Srovnání i jednotlivosti* v. F. Hoffmann, *Bojové družiny na Moravě a v Čechách před husitskou revolucí a za revoluce*, in: Tábořský archiv, 6, 1994, p. 47–144). Eum primum ducem expeditionis 1410 factae fuisse viri docti Bohemi existimabant (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 208–211).

⁹⁷ Ioannes, Ješek Solawa (Zolawa) de Tovačov, de quo nihil certi scimus.

⁹⁸ Qui Sbislavek dicitur, re vera Stanislavek de Dobra Voda est (Goll, p. 119) Apud Elbingam Stanislaus de Gutenwasser a Cruciferis captus est (Biskup, *Z badań*, p. 687, 700). Cf. adn. 100.

⁹⁹ Guillelmus Kostka de Postupice, Zdeňek f., succamerarius Regni Bohemiae 1423, ductor supremus in Litomeřice 1432, legatus ad Concilium Basileae 1434 celebratum, ductor Husitarum, cecidit 15 XI 1436 (OSN 14, p. 946).

¹⁰⁰ Dlugossium perperam duos viros enumeravisse, re vera tantummodo unum Stanislavek de Dobra Voda dictum fuisse Goll (p. 119) putat. Cf. adn. 98.

¹⁰¹ Ioannes de Tarnów, cast. Crac. Ioannis f., cui insigne Leliwa erat, decanus Crac. 1398–1409, postea vir saecularis, palat. Crac. ab 1410, obiit 1433 (*Bullarium* III, IV; Dworzaczek, *Leliwici*, p. 304; Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 121; UM, p. 368). Tarnów, Tarnovia, opp. cum arce in palat. Sand. situm.

¹⁰² Stanislaus Ciolek de domo Ciolek, Andreae palat. in Czersk f., secretarius regis ab 1410, subcancellarius Regni Poloniae ab 1423, ep. Posn. ab 1428, vir rerum politicarum peritus et scriptor,

obiit 10 XI 1437 (*Bullarium* III, IV; E. Maleczyńska, PSB IV, p. 82, 83 — haec perperam leguntur; Krzyżaniakowa I-II; Sulowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 204-206; Z. Kowalska, *Stanisław Ciołek* (†1437). *Podkanclerzy królewski, biskup poznański, poeta dworski*, Kraków 1993).

¹⁰³ De syngrapho Sigismundo Luxemburgensi 27 IV 1410 dato (*Lites* II, nr 56, appendix p. 446; *Rozbiór* I, p. 92).

¹⁰⁴ Nicolaus Garai de Gara, palat. Hungariae 1402-1433, comes multorum comitatum, banus in Maczva, Macsó (Engel, p. 3. 53, 73, 118, 129). Gara in comitatu Valkó, nunc Gorjani in Slavonia (Chorwata).

¹⁰⁵ Stiborius de Sciborzyce vel Sciborze, cui insigne Mościc-Ostoja erat, Moscicii palat. Gnievcoviensis f., comes nonnullorum comitatum Hungarorum, palat. Transilvanus, ductor exercitus et vir rerum politicarum peritus, qui sub Sigismundo Luxemburgensi militabat, obiit 1414 (J. Bieniak, PSB XXII, p. 137 — de gente et origine familiae Stiborii; D. Dvořáková, *Stiborovci v Uhorsku*, „Historický časopis”, 41, 1993, p. 3-21; eadem, *Polacy na dworze węgierskim za panowania Zygmunta Luksemburskiego. Scibor ze Sciborzyc i jego krewni*, in: *Genealogia. Rola związków rodzinnych i rodowych w życiu publicznym w Polsce średniowiecznej na tle porównawczym*, pod red. A. Radziwińskiego i J. Wroniszewskiego, Toruń 1996, p. 171-180; A. Gaşiorowski, *Zygmunt Luksemburski i Sędziwój z Szubina, czyli o węgierskich apanażach rodziny Scibora ze Sciborza*, in: *Cracovia, Polonia, Europa*, Kraków 1995, p. 493-503; A. Prochaska, *Scibor ze Sciborzyc*, *Roczniki Towarzystwa Naukowego w Toruniu*, 19, 1912, p. 137-208; G. Wenzel, *Stibor vajda*, Budapest 1874). Sciborze, villa in Cuiavia, 7,5 km ad N ab Iunivladislavia distat.

¹⁰⁶ Hic non de Georgio sed de Christophoro Gersdorf Silesiano legato a Sigismundo Luxemburgensi misso agitur. Qui per Poloniam transitum faciens mense Maio exeunte 1410 una cum Nicolao Gara in Prussiam advenit (Cod. Vit., nr 395, 443; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 391-392 adn. 233).

¹⁰⁷ De duobus legatis primum missis scripsit Ioannes Posilge (SRPr. III, p. 314 et adn. 7). V. *Cronicam conflictus*, p. 18, ubi de his legatis et de Christophoro (non Georgio) Gersdorf mentio fit.

¹⁰⁸ Diebus 22-30 IV 1410 rex Cracoviae commoratus est (Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 54).

¹⁰⁹ Id est 8 V 1410. Regem iam 8 V in Nova Civitate Korczyn fuisse et eodem die iudicio in curia praefuisse tradidit Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 54. Tamen 9 V iudicium coram regia maiestate celebratum esse constat. Possibile est regem Cracoviam 8 V reliquisse et integro iudicio ibi celebrato non praefuisse.

¹¹⁰ Mogiła, Clara Tumba, villa, ubi monasterium Ordinis Cisterciensium saec. XIII in palat. Crac. fundatum est, 9 km ad E a circulo Crac. sita, nunc pars eius urbis.

¹¹¹ Proszowice, opp. in palat. Crac., districtus sedes.

¹¹² Wiślica, Vislicia, arx et opp., nunc villa, in palat. Sand. sita, castellaniae et districtus sedes.

¹¹³ Id est 11, 18 et 22 V 1410.

¹¹⁴ Anna, filia Casimiri Magni et Hedvigis filiae ducis Glogoviensis, 1366 nata, Guillelmo Ciliae comiti (a. 1394 mortuo) nupta, iterum 1394 Ulrico duci de Teck (Wittenbergia) nupsit, obiit 1425 (K. Pieradzka, PSB I, p. 122-123). Quae exeunte a. 1409 Cracoviam ad reginam Annam f. suam venit et hue usque ad 1410 commorata est (F. Sikora, *W sprawie małżeństwa Władysława Jagielly*, p. 100-101).

¹¹⁵ Id est 22–29 V 1410. Regem 27–29 V 1410 Cracoviae commoratum esse fontibus confirmatur, quod a Dlugossio non est traditum (Gąsiorowski, *Itinerarium*, p. 54). Integra octava Corporis Christi rex in Nova Civitate Korczyn non manebat, quia eodem tempore tres dies Cracoviae transegit.

¹¹⁶ Id est 14 VI 1410. Die 9 VI in opp. Szydłów iudicium in curia celebrabatur (Gąsiorowski, *Itinerarium*, p. 54; Gąsiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 71). An ibi ipse rex fuerit, incertum manet. Regem ex Nova Civitate Korczyn 14 VI profectum esse Dlugossius recte tradidit.

¹¹⁷ Stopnica, opp. regium, nunc villa, in palat. Sand., 17 km ad E ab opp. Busko distat.

¹¹⁸ Szydłów, opp. regium, nunc villa, in palat. Sand., 15 km ad W ab opp. Staszów sita.

¹¹⁹ Nowa Słupia, civitas monasterii Sanctae Crucis, nunc villa, in palat. Sand., 36 km ad E ab opp. Kielce sita.

¹²⁰ Monasterium Benedictinorum Sanctae Crucis in Calvo Monte in palat. Sand., ubi rex saepe morabatur, v. Gąsiorowski, *Itinerarium*, index. Regem ibi usque ad 19 VI 1410 commoratum esse Dlugossius narravit, cf. infra. Święty Krzyż, mons 4 km ad W a villa Nowa Słupia distat.

¹²¹ Thomas Kalski, Skalski de Kały et Prawęcın, cui insigne Róża erat, pugnae ad Nicopolim cum Turcis 1396 commisae particeps, tenutarius in Brzeziny ab 1412, cast. Visl. ab 1437, obiit 1438 (UM, p. 337; J. Wyrozumski, PSB XI, p. 501; ZDM VI, nr 1643). Kały, villa, nunc pars opp. Łódź, in palat. Lanc., 9 km ad S ab opp. Zgierz sita. Prawęcın, villa in palat. Sand., 15 km ad NE a villa Nowa Słupia distat.

¹²² Albertus Malski, cui insigne Nałęcz erat, cap. Coninesis 1412–1413, Dobrinensis 1414–1418, Lanc. 1420–1429, in Nova Civitate Korczyn 1424–1435, generalis Poloniae Maioris 1443–1447, succamerarius Lanc. ab 1419, cast. ab 1430, palat. ab 1436, palat. Sir. ab 1454, locumtenens regis Poloniae in terra Poloniae Maioris 1440–1447, obiit 1454 (*Bullarium* IV, nr 2143; UŁS, p. 175; UM, p. 343; UW, p. 191; A. Gąsiorowski, PSB XIX, p. 383–385).

¹²³ Dobeslaus Puchała de Wegry, cui insigne Wieniawa erat, ductor Husitarum, cap. Gnievoviensis 1418, Bidgostiensis 1433, obiit 1435 (Z. H. Nowak, PSB XXIX, p. 323–325). Wegry, villa in palat. Cal., 10 km ad SW a Calissia distat.

¹²⁴ Ianussius Brzozłowy, recte Brzozogłowy, cui insigne Grzymała erat, cap. Bidgostiensis 1410–1425, cast. Landensis 1422–1425 (UW, p. 181; G. Malaczyńska, PSB X, p. 445 haec erronea leguntur; A. Czacharowski, *Janusz Brzozogłowy — na straży granicy polsko-krzyżackiej 1410–1425*, in: *Acta Universitatis Nicolai Copernici, Historia XXVI: Nauki pomocnicze historii, nauki humanistyczno-społeczne*, z. 240, Toruń 1992, p. 115–123).

¹²⁵ V. adn. 60 ad a. 1409.

¹²⁶ Nicolaus Borowiec de Złotowo et Dalestowice, cui insigne Ogończyk erat, aulicus regius 1389, cap. Iuniv. 1402–1412, Gnievoviensis 1411, obiit 1415 (KDW VII, nr 769: *Dzieje Inowroclawia*, pod red. M. Biskupa, t. 1, Warszawa 1978, p. 200, 207–208 — hic Dalestów; Gąsiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 121). Złotowo, opp. in Cuiavia situm. Dalestowice, villa de qua nihil certi scimus.

¹²⁷ Arces Iunivladislaviae et opp. Brześć Kujawski praesidiis munitas esse fontibus confirmatur (*Rozbiór* I, p. 93).

- ¹²⁸ Brześć Kujawski, opp. et arx, palatinatus Brestiae et Cuiaviae sedes. V. adn. 127.
- ¹²⁹ Id est 24 VI 1410.
- ¹³⁰ Hic de silvis inter opp. Służew et Torunium situs agi videtur.
- ¹³¹ Nessoavia, Nieszawa, opp. in Cuiavia in sinistra Vistulae ripa situm.
- ¹³² Murzynów, recte Murzynno, villa in Cuiavia in palat. Iuniv., 7 km ad SE ab opp. Gniewków sita.
- ¹³³ Litteris commendatoris de Człuchów editis indutiae in decem dies prolatae confirmantur (Cod. Vit., nr 446). Cf. etiam *Cronicam conflictus*, p. 16–17, de legatorum Sigismundi Luxemburgensis muneribus.
- ¹³⁴ Id est 19 VI 1410.
- ¹³⁵ Bodzentyn, opp. ep. Crac., nunc villa in palat. Sand., 29 km ad NE ab opp. Kielce sita.
- ¹³⁶ Id est 21 VI 1410.
- ¹³⁷ Bliżyn, villa in palat. Sand., 15 km ad SW ab opp. Szydłowiec distat.
- ¹³⁸ Id est 22 VI 1410.
- ¹³⁹ Żarnów, arx et opp. capituli Sand., castellaneatus sedes, nunc villa in palat. Sand., 20 km ad SW ab opp. Opoczno sita.
- ¹⁴⁰ Id est 23 VI 1410.
- ¹⁴¹ Sulejów, opp. et monasterium Cisterciensium in palat. Sir., ad fl. Pilica situm.
- ¹⁴² Id est 24 VI 1410.
- ¹⁴³ *Cronica conflictus*, p. 15, de colloquio generali in opp. Wolbórz a rege et dominis Polonis (dominis Poloniae Maioris absentibus) celebrato narravit.
- ¹⁴⁴ Id est 24 VI–3 VII 1410. Indutiae iam 8 X 1409 factae, postea usque in 4 VI 1410 prolatae sunt.
- ¹⁴⁵ Id est 26 VI 1410.
- ¹⁴⁶ Litteris 26 VI editis commoratio regis in opp. Wolbórz confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 54).
- ¹⁴⁷ Lubochnia, villa in palat. Lanc., 15 km ad NW ab opp. Inowłódz distat. *Cronica conflictus*, p. 15, de regis adventu 26 VI in campum ad villam Lubochnia pertinentem, narravit.
- ¹⁴⁸ Id est 27 VI 1410.
- ¹⁴⁹ Wysokienice, villa in Masovia in terra Ravensi, 9 km ad NW ab opp. Rawa sita.
- ¹⁵⁰ Id est 28 VI 1410.
- ¹⁵¹ Sejmicze Kuźnica, nunc Samice, villa in Masovia in terra Ravensi, 7,5 km ad E ab opp. Skierniewice sita.
- ¹⁵² Dobeslaus de Oleśnica, cui insigne Dębno erat, ep. Crac. Sbignei Oleśnicki patruus, magister culinae regiae ab 1394, cast. Voinicienis ab 1411, Lub. ab 1433, Sand. ab 1435, palat. Sand. ab 1435, obiit 13 IX 1440 (*Bullarium* III; UC, p. 190; UM, p. 351; F. Kiryk, PSB XXIII, p. 762–763). Oleśnica, villa in palat. Sand., 9 km ad NE ab opp. Stopnica distat.
- ¹⁵³ Id est 29 VI 1410.
- ¹⁵⁴ Kozłów, villa ep. Posn. sive Kozłowo Biskupie in Masovia, 8 km ad SW ab opp. Sochaczew sita.

- ¹⁵⁵ Bzura fl. quod a sinistra in Vistulam influit.
- ¹⁵⁶ Narew fl. a dextra in Vistulam uti Bugo-Narew influens.
- ¹⁵⁷ Duodecim numero Polonorum banderia ad exercitus Lithuanorum fl. Narew transeuntes servandos missa esse verisimile non videtur.
- ¹⁵⁸ Id est 30 VI 1410.
- ¹⁵⁹ Czerwińsk, villa Masoviae cum Canonicorum Regularium coenobio in dextra Vistulae ripa, 7 km ad NE ab opp. Wyszogród sita.
- ¹⁶⁰ De transvectione per pontem mirabili structura facta, v. *Cronicam conflictus*, p. 16. V. etiam Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 341–342.
- ¹⁶¹ Id est 2 VI 1410.
- ¹⁶² In vulgari Polonico — id est Polonorum lingua.
- ¹⁶³ Quae Paulus Włodkovic in suis operibus, Stanislaus autem de Skalbmierz in suis sermonibus saepius tractaverunt.
- ¹⁶⁴ Die 19 VIII 1409 ep. Ploc. Iacobus declaravit se duci Masoviae Ianussio in bello cum Cruciferis auxiliari nolle et subditis sui duci illo subvenire interdixit. Tamen legati ep. eodem a. coram magistro generali prope villam Bobrowniki questi sunt propter terras episcopatus Ploc. devastatas (Biskup, *Z badań*, p. 690–692). A. 1410 ep. Iacobus bellum cum Cruciferis suscepit. Cuius multi subditi eius belli participes a Cruciferis capti sunt.
- ¹⁶⁵ Dobeslaus Skoraczowski de Skoraczewo, miles Polonus sub signis Hungarorum meruit, in fontibus Polonicis 1402–1408 occurrit (Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 122). Skoraczewo, villa in palat. Posn., 6 km ad N ab opp. Śmigle distat.
- ¹⁶⁶ *Cronica conflictus*, p. 16, ad 2 VII de legatis Hungarorum regis scilicet Nicolao de Gara, Stiborio de Šeiborzyce et Christophoro de Gersdorf ad Poloniae regem missis narravit. De legatis et de Gersdorf eorum comite Długossius iam supra scripsit.
- ¹⁶⁷ Id est 3 VII 1410.
- ¹⁶⁸ Żochowo Kościelne, villa in Masovia, 19 km ad S ab opp. Raciąż distat.
- ¹⁶⁹ Henricus de Plauen commendator Gedanensis 1399–1402, commendator Nessoviensis 1402–1407, commendator in Świecie 1407–1410, magistri generalis adiutor 1410, magister generalis Ordinis 1410–1413, munere hoc privatus, commendator in Pokrzywno 1413–1414, obiit 1429 (*Berichte* II; Joachim, Hubatsch I/1).
- ¹⁷⁰ Jezewo, villa in Masovia, 14 km ad SE ab opp. Sierpc sita.
- ¹⁷¹ Hic de Christophoro Gersdorf postea praefecto banderii s. Georgii Cruciferorum agitur (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 391–392, adn. 233).
- ¹⁷² Wkra fl. quod a dextra in Narew fl. influit. De villa Biezuń in dextra fl. Wkra ripa in Masovia, 19 km ad NE ab opp. Sierpc sita, agi videtur.
- ¹⁷³ Bądzyn, villa in Masovia, 4 km ad S ab opp. Lubowidz distat.
- ¹⁷⁴ Pro certo haberi potest terram ad fl. Wkra sitam a Semovito IV Masoviae duce pro 4600 sexagenis grossorum Polonorum Cruciferis pignori datam esse (*Iura Masoviae* II, nr 29, v. tamen nr 51–52 ad a. 1399 et nr 57 ad a. 1402 de pignore redimendo).

¹⁷⁵ *Cronica conflictus*, p. 17, de crudeli vastatione terrarum Cruciferis a duce Semovito pignori datarum iussu regis facta narrat.

¹⁷⁶ Ep. Posn. Albertus Jastrzębiec Posnaniam revertit. Post pugnam ad Grunwald commissam rex ei litteras victoriam significantes misit (MPH II, p. 865–867; KDW V, nr 163).

¹⁷⁷ Regni Poloniae insigne cum aquila depicta terrae Crac. proprium erat, v. infra.

¹⁷⁸ Bogurodzica pervetus carmen religiosum lingua Polonorum scriptum, usque ad saec. XV ante pugnam a militibus cantatum (MPH II, p. 901 — pugnae descriptio ad Dąbrowno commissae; *Cronica conflictus*, p. 24). De carmine *Dei Genitrix* Polonice a militibus decantato regis legatus Andreas Lascarius in oratione coram Ioanne XXIII autumno 1411 habita commemoravit (Ekdahl, *Tannenberg*, p. 304).

¹⁷⁹ Zindramus de Maszkowice, cui insigne Slońce erat, advocatus de Jasło et gladifer Crac. 1388–1414, iustitiarius Crac. 1401–1403, obiit 1414 (UM, p. 344; ZDM V, nr 1543; W. Semkowicz, *Zyndram z Maszkowic*, „Przegląd Historyczny”, 11, 1910, p. 261–287). Maszkowice, villa in palat. Crac., 12 km ad SW ab opp. Stary Sącz sita. Ea de muneribus et officiis quibus vir ille fungebatur dicta sunt copiose S. M. Kuczyński (*Wielka wojna*, p. 179–235) disputavit. Zindramum unum ex praefectis banderii Crac. fuisse et a rege velut ductore exercitus generali praefectum castrorum nominatum esse Kuczyński existimabat. Ille Zindramus castris ponendis et movendis curam dabat nec non vexilla ducebat. Cf. etiam Nadolski, *Grunwald*, p. 100–104. In hac re versatus est vir doctus J. Garbacik, sed nihil praecipui addidit, *Zyndram z Maszkowic*, „Rocznik Jasielski”, 2, 1970–1971, p. 3–14.

¹⁸⁰ Nomina lacuum Trzezinne et Chelst fontibus non confirmantur. Ad SW ab opp. Lidzbark nunc lacus Jezioro Lidzbarskie dictus patet (qui 1415 Magnus appellabatur), cui eo tempore nomen Trzezinno erat. Alter lacus parvus ad S ab eo lacu situs est. Castra autem ad SW ab opp. Lidzbark in sinistra fl. Wel ripa ponebantur.

¹⁸¹ Lidzbark Welski, Lutenberg, opp. cum arce commendatoriae Brodnicensis in terra Lubaviensi situm.

¹⁸² Antea Dlugossius de praedatoribus et violatoribus morte puniendis commemorabat. Similiter *Cronica conflictus*, p. 18 de spoliatis ecclesiis, invito rege, poena capitis damnatis et manu propria suspensis narrat.

¹⁸³ Rubkowo lacus (cuius nomen fontibus non confirmatur) vere prope villam Kurzętnik, qui a villa Mroczna usque ad villam Tylice directe fl. Wel patet, situs esse videtur.

¹⁸⁴ Kurzętnik, arx et opp. capituli Culmensis, nunc villa in sinistra fl. Drwęca ripa, in terra Lubaviensi sita. Illo tempore arx Cruciferorum praesidio iam firmata erat.

¹⁸⁵ *Cronica conflictus*, p. 18, de Polonorum exercitus itinere 10 VII circa 2 miliaribus facto, scribit.

¹⁸⁶ Cristinus de Ostrów, cui insigne Rawa erat, magister curiae reginae 1387–1394, cast. Sand. ab 1392, palat. Sand. ab 1406, cast. Crac. ab 1410, cap. Sand. 1407–1409, cap. Crac. 1411–1418 (*Bullarium* III; UM, p. 252; J. Wyrozumski, PSB XXIV, p. 564–566; J. Wroniszewski, *Ród Rawców*, pars 1–2, Toruń 1992, 1994). Ostrów, villa, nunc opp. Ostrowiec Świętokrzyski, in palat. Sand., 16 km ad NW ab opp. Opatów situm.

¹⁸⁷ Sandivogius de Ostroróg, cui insigne Nałęcz erat, vexillifer Posn. ab 1400, palat. Posn. 1406–1441, cap. in Międzyrzecz 1403, cap. generalis Poloniae Maioris 1411–1415, 1419–1426, 1432–1434, cap. Brestensis 1426–1431, obiit 1441 (*Bullarium* III–IV; UW, p. 194; A. Gašiorowski, PSB XXIV, p. 519–523). Ostroróg, opp. in palat. Posn. situm.

¹⁸⁸ Petrus Senior Szafranec de Pieskowa Skala, cui insigne Strykoń erat, subdapifer Crac. ab 1398, succamerarius Crac. ab 1406, palat. Sand. ab 1431, Crac. 1433–1437, cap. Podoliensis 1404–1406, Lanc. 1406–1418, Sir. 1418–1436, Chanczinensis 1410, 1418–1421, Scepusensis 1431, Crac. 1431–1432, obiit 1437 (*Bullarium* IV; ULS, p. 181; UM, p. 364–365). Pieskowa Skala, arx ad NW a Cracovia sita.

¹⁸⁹ Troianus de Grąbiec dictus Szyroki, cui insigne Bolesta erat, ab 1408 in fontibus occurrit, obiit 1437. A. 1419 rex pro meritis eius, quia exercitus Polonos et Lithuanos in terras Cruciferorum ducebat, villam Orlów in terra Chelmensi sitam ei donavit (ZDM VII, nr 1882, 1883; SHGPI. z. 1, p. 93–94: Grąbiec; z. 2, p. 125–126: Kisielewo). Grąbiec, villa in Masovia in palat. Ploc., 9 km ad SE ab opp. Sierpc distat. Troianus non e Prussia — ut Dlugossius tradidit — originem duxit, nam certe in civitate regia Krasnystaw in terra Chelmensi sita, advocatus erat et ita nomen eius a Dlugossio traditum est. Troianus advocatus Parczoviensis in litteris publicis occurrit, quamquam munere advocati non fungebatur.

¹⁹⁰ Ioannes Grinwald advocatus Parczoviensis — ut Dlugossius tradit — e Prussia ortus. Eum eundem atque a. 1402–1417 in fontibus occurrentem Ioannem Grinwald, Grunwald, Griswald e familia nobili prope Działdów collocata fuisse suspicatur S. M. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 360 adn. 149. Qui Ioannes advocatus de opp. Parczow fortasse advocatiam 1448 vendidit (ZDM III, nr 788). V. etiam adn. supra. Parczów, nunc Parczew, opp. regium in palat. Lub. situm.

¹⁹¹ Petrus Korczbok, Korczbok de Trzebaw, cui insigne Korczbok erat, subdapifer Posn. ab 1421, succamerarius Posn. ab 1426, obiit 1438 (UW, p. 200; A. Gašiorowski, PSB XIV, p. 159–160). Trzebaw, villa in palat. Posn., 4 km ad E ab opp. Stęszew sita.

¹⁹² Fridericus II de Wallenrode, advocatus Dersoviensis 1392–1393, commendator Rhenensis 1394–1396, commendator Brodnicensis 1396–1404, commendator Gnevensis 1404–1407, magnus marsalcus Ordinis ab 1407, cecidit 15 VII 1410 (Joachim, Hubatsch I/1: Jähmig, *Johann von Wallenrode*, p. 23, 48, 64, 71, 168, 180).

¹⁹³ Conradus de Lichtenstein magnus commendator Ordinis ab 1404, cecidit 15 VII 1410 (*Berichte* II, Joachim, Hubatsch I/1).

¹⁹⁴ Vernerus de Tettingen, commendator Christburgensis et Radinensis, magnus vestiarius, magnus marsalcus 1392–1404, magnus hospitalarius Ordinis et commendator Elbingensis 1404–1412, magistri generalis locumtenens 1407, obiit 1412 (*Berichte* II).

¹⁹⁵ Hic Dlugossius erravit, nam commendator Torunensis ab 4 IV 1410 Ioannes de Seyn infra a Dlugossio enumeratus prius commendator Graudentiensis 1398–1404 et Balgae 1404–1410 fuit, Albrechtus de Schwarzburg autem commendator Torunensis usque ad 1410, postea commendator

Memlensis et magnus vestiarius Ordinis, commendator Christenburgensis, 15 VIII 1410 cecidit (*Berichte* II).

¹⁹⁶ 1407–1410 Sigismundus de Ramungen commendator Gneviensis, cecidit 15 VII 1410. Ioannes de Wende a Dlugossio commemoratus idem est atque Fridericus de Wende advocatus de Rogożno 1407–1410, occisus 15 VII 1410 eodem tempore (*Banderia*, p. 298, 306; B. Śliwiński, *O tzw. chorągwi gniewskiej w bitwie pod Grunwaldem*, in: *Krzyżowcy, kronikarze, dyplomaci*, pod red. B. Śliwińskiego, Gdańskie studia z dziejów średniowiecza, nr 4, Gdańsk—Koszalin 1997, p. 285–293 et infra adn. 357).

¹⁹⁷ Godefridus de Hatzfeld, commendator Nessoiviensis ab 1407, cecidit 15 VII 1410 (*Berichte* II, p. 111, Ekdahl, p. 200, *Banderia*, p. 297).

¹⁹⁸ Henricus de Schwelborn, commendator Gnevensis 1402–1404, Tucholiensis ab 1404, cecidit 15 VII 1410 (*Berichte* II, p. 55; *Banderia*, p. 119).

¹⁹⁹ Commendator Antiqui Castri erat Eberhardus (non Gulielmus) de Ippenburg, Nippenburg ab 1409, cecidit 15 VII 1410 (Ekdahl, p. 192; *Banderia*, p. 296 adn. 36). Antiquum Castrum, Starogród arx in terra Culmensi, 4,5 km ad SW a civitate Culmensi distat.

²⁰⁰ Nicolaus Viltz, Filz commendator de Kowalewo Pomorskie, Schönsee ab 1399, cecidit 15 VII 1410 (*Banderia*, p. 296 adn. 32). Kowalewo Pomorskie, opp. cum arce in terra Culmensi situm (SHGCh, p. 59).

²⁰¹ Gulielmus de Elfenstein, Helfenstein magnus commendator Ordinis 1391–1404, commendator Graudentiensis ab 1404, cecidit 15 VII 1410 (*Berichte* II, p. 53; Ekdahl, p. 184, *Banderia*, p. 295).

²⁰² Burchardus Wobeke, Wolcze, Wobek subthesaurarius Ordinis 1397–1404, magnus vestiarius 1404–1410, commendator de Pokrzywno a mense Martio 1410, cecidit 15 VII 1410 (Ekdahl, p. 208; *Banderia*, p. 298). Engelsberg sive Pokrzywno, arx et villa in terra Culmensi, 8 km ad NW ab opp. Radzyń Chełmiński distat (SHGCh, p. 100–101).

²⁰³ Balduinus Stal, Stael, Stahel advocatus Novae Marchiae 1403–1408, commendator Brodnicensis ab 1409, cecidit 15 VII 1410 (Ekdahl, p. 210; *Banderia*, p. 299 adn. 52). Brodnica, opp. et castrum in terra Culmensi situm (SHGCh, p. 12–13).

²⁰⁴ Arnoldus de Baden, Gothlandiae advocatus, Novae Marchiae advocatus 1408–1410, commendator Slochoviensis ab 11 IV 1410. Utrum in pugna ad Grunwald commissa ceciderit, incertum manet, cf. disputationem Ekdahli cum Germanorum viris doctis (Ekdahl, p. 228). Człuchów, opp. et castrum in Pomerania situm.

²⁰⁵ Conradus de Pinzenau commendator Slochoviensis, Osterodensis ab 13 IV 1410, cecidit 15 VII 1410 (Ekdahl, p. 232; *Banderia*, p. 301 adn. 73–74).

²⁰⁶ Opp. Szczytno commendatoriae sedes non erat, in arce tamen procurator Albertus de Eczborn residebat, Cf. K. Górski, *Banderia*, p. 301. Nomen Eczborn Albrechti de Schwarzburg commendatoris Christburgensis ab 30 III 1410 et 15 VII 1410 occisi deformatum fuisse putat Ekdahl (p. 234). Szczytno, Ortelsburg, opp. in Prussia orientali situm.

²⁰⁷ De Marcuardo de Salzbach ad a. 1408 sermo erat. Hic de Brandeburgo sive Pokarmin, ad Magnum Lacum in Prussia orientali sito, nunc Uszakow nuncupato, agitur.

- ²⁰⁸ Ioannes de Seyn commendator Torunensis ab 4 IV 1410, cecidit 15 VII 1410, Cf. supra. adn. 195.
- ²⁰⁹ Secundum *Cronicam conflictus*, p. 18 et 19, rex exercitum Drwęca fl. transire prohibuit, ut damna certa vitaret. Deinde loco idoneo electo exercitum prope fluminis fontem ad alteram ripam traiecit.
- ²¹⁰ Exercitum 11 VII (ad opp. Lidzbark) reversum esse et iter porro continuavisse commemorat *Cronica conflictus*, p. 18.
- ²¹¹ Działdowo, arx Cruciferorum et opp. in Prussia orientali situm. Exercitus Polonorum praeter opp. Działdowo nullis defendentibus etiam opp. Nidzica una cum arce cepit (Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 80).
- ²¹² Wysoka, villa in Prussia orientali prope opp. Działdowo sita.
- ²¹³ E *Cronica conflictus*, p. 19 scimus regem castra ad tria milliaria ab opp. Dąbrówno poni iussisse.
- ²¹⁴ Fricz de Repty, de quo nihil certi scimus. Repty, villa in Silesia, nunc opp. Tarnowskie Góry pars.
- ²¹⁵ Litterae diffidatoriae a rege Sigismundo re vera die quarto (non octavo) ante festum s. Ioannis Baptistae, id est 21 VI 1410 editae sunt (SRPr. III, p. 402). De quadraginta milibus florenorum, v. *Rozbiór* I, p. 98.
- ²¹⁶ Utrum nobiles et domini Hungari litteras diffidatorias mense Aprili editas ex Hungaria portaverint et secum habuerint, an eas postea acceperint, incertum manet. Qui nobiles et domini inter 22 IV et 7 V 1410 Cracoviae regem convenerunt. V. Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 54.
- ²¹⁷ Id est 11 VII 1410.
- ²¹⁸ E *Cronica conflictus*, p. 18, docemur exercitum se recipientem (prope Kurzętnik) aliquot globos lapideos bellicis tormentis aptos reliquisse. Speculatores globos reperientes arbitrati sunt exercitum regis festine terga vertisse.
- ²¹⁹ Bratian, arx cum praedio ad fl. Drwęca in terra Lubaviensi, 4 km ad NE ab opp. Nowe Miasto Lubawskie, sita. Tunc temporis advocatus de Bratian magistrum generalem rogabat, ut praesidium arcis augetet, quia cum militibus octoginta nullo modo arcem et opp. defendere potuit (SHGCh, p. 11).
- ²²⁰ Vladislaus Iagello et Sigismundus Luxemburgensis affinitate coniuncti erant, quia primae uxores eorum, illius Hedvigis, huius Maria sorores et secundae uxores illius Anna, huius Barbara consobrinae erant.
- ²²¹ In pugna die 25 IX 1396 ad Nicopolim commissa Sigismundus Luxemburgensis a Turcis non est captus, sed scapha per Danubium fugit, deinde nave Veneta terras Balcanicas circumvectus exeunte mense Decembri in Dalmatiam pervenit (F. Šišić, *Die Schlacht bei Nikopolis 25 September 1396*, Wissenschaftliche Mitteilungen aus Bosnien und der Hercegovina, VI, Wien 1899, p. 317).
- ²²² Hungarorum domini Sigismundum regem 28 IV 1401 Budae in vincula coniecerunt. Una factio (Slavorum) in conventu in Topolčany celebrato regnum Iagelloni assignare conata est (legati venerunt 14 VI 1401), sed Iagello diadema regni Hungarorum accipere noluit (Z. H. Nowak, *Polityka północna*, p. 71).

²²³ Haec mentio nonnisi apud Dlugossium occurrit. De expeditione bellica Iagellonis in Hungariam facta nihil scimus, tamen de legatis Sigismundi Luxemburgensis liberandi causa intervenientibus quaedam in fontibus narrantur (*Elementa ad fontium editiones* II, ed. E. Winkler, Roma 1960, nr 53, 55).

²²⁴ Id est 13 VII 1410.

²²⁵ Dąbrówno, Gilgenburg opp. et arx Cruciferorum in Prussia orientali inter duos lacus sita. Exercituum statio ad opp. Dąbrówno multis fontibus confirmatur, cf. *Rozbiór* I, p. 99.

²²⁶ Lacus Dąbrowskie ad E ab opp. Dąbrówno situs.

²²⁷ Opp. Dąbrówno nocte inter 13 et 14 VII iussu regis captum est (*Cronica conflictus*, p. 16–19). Cf. etiam *Dopelnienie szamotulskie* (MPH II, p. 865) nec non Cruciferorum fontes, ubi de opp. munito nec non de trucidatione et multis spoliis ab exercitu Polonorum captis scribitur (SRPr. III, p. 315, 724; Cod. Vit., p. 1031; Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 80–81; W. Majewski, *O zdobyciu Dąbrówna i rozpoznaniu w armii Jagielly w 1410 r.*, „Zapiski Historyczne”, 36, 1971, p. 141–143.

²²⁸ Id est 13 VII 1410.

²²⁹ Matthias de Wąsosz, cui insigne Paluka erat, succamerarius Cal. ab 1384, iudex ab 1400, palat. ab 1406, cap. Naclensis 1410, obiit 1424. Dlugossius ei insigne Topór tribuit, quod non est erroneum, nam eius temporibus insignia Topór et Paulka similia esse videntur (UW, p. 201; A. Gąsiorowski, PSB XIX, p. 41–42). Wąsosz, villa in parochia Słupy in Paluki, in palat. Cal., 7 km ad S ab opp. Szubin distat.

²³⁰ Welna fl. a dextra in fl. Warta influens.

²³¹ Iaroslau de Iwno, cui insigne Grzymała erat, vexillifer Posn. ab 1406, succamerarius Cal. ab 1415, cap. Wschoviensis 1409, cap. Naclensis 1414–1422, miles notabilis Hispanicus, certe legatus in Britannia 1410, pactionis cum Dacorum rege Erico particeps, obiit 1423 (UW, p. 187; A. Gąsiorowski, WSB, p. 293; SHGP II, p. 9, 11). Iwno, villa in palat. Posn., 3,5 km ad E ab opp. Kostrzyn sita. „Incolarum Poloniae Maioris contentio cum Novae Marchiae copiis atque ea quae a Dlugossio de captivis Polonis, imprimis de vexillifero Posn. Iaroslao de Iwno narrantur litteris regis Vladislai ad Henricum de Plauen 25 X 1410 missis (Kod. Lit., p. 118) partim confirmantur” (A. Gąsiorowski, *Wielkopolska w ostatnich księgach Roczników Jana Długosza. Do rozbioru krytycznego Annalium z lat 1385–1480*, „Studia Źródloznawcze” XV, 1971, p. 176).

²³² Quae tempestas nocte ante pugnam commissam fuerit confirmat *Cronica conflictus*, p. 19. Quae de casibus coelestibus relata sunt investigat J. Mietelski, *Ścisłe odtworzenie momentów i warunków niektórych zjawisk astronomicznych w czasie bitwy pod Grunwaldem*, „Studia Historyczne”, XIV, 1971, p. 419–427.

²³³ Bartholomaeus, cui insigne Wieniawa erat, plebanus in Kłobuck 1410–1434, Ioannis Dlugossii patruus obiit 1434 (M. Bobrzyński, S. Smolka, *Jan Długosz, jego życie i stanowisko w piśmiennictwie*, Kraków 1893, p. 315; SHGK II, p. 574). Kłobuck, opp. in palat. Crac. situm.

²³⁴ *Cronica conflictus*, p. 19–20, de tempestate omnino narrat et tradit turbinem magnum facultatem missae s. audiendae regi ademisse.

²³⁵ Tannenberg, nunc Stębark, villa inter opp. Dąbrówno et Olsztynek, in Prussia orientali sita.

²³⁶ Grunwald, Grunfelde, villa in Prussia orientali inter opp. Dąbrówno et villam Stębark sita.

²³⁷ Lacus Lubian, Łubień, per quem rivulus Marózka fluit, ad SE a villa Stębark situs. De tabernaculo regis statuendo et collocando, v. Nadolski, *Grunwald*, p. 126–137, et disputationem J. Sikorski, *Grunwald — problemy wybrane. (Uwagi o pracy prof. Andrzeja Nadolskiego, Grunwald. Problemy wybrane, Olsztyn 1990)*, KMW, nr 2–3, 1994, p. 354–357.

²³⁸ Hanco, Hanek de Chelm, cui insigne Ostoja erat, a. 1404–1443 occurrit (K. Piotrowicz, PSB III, p. 281 — que erronea videntur; SHGK I, p. 334–336; II, p. 353–354). Chelm, villa in palat. Crac., 6,5 km ad W a medio urbis Crac. sita, nunc eius pars.

²³⁹ Derslaus Włostowski de Włostowice, qui insigni Oksza utebatur, cap. Sandecensis 1430–1432, cap. Podoliensis 1433–1441, in pugna ad Varnam 1444 commissa occisus est (UM, p. 361; K. Przyboś, *Urzednicy województwa podolskiego XV–XVIII wieku. Spisy*, Kraków 1994, p. 209; ZDM VII, nr 2017; VIII, nr 2319). Włostowice, villa in palat. Crac., 8 km ad SW ab opp. Bochnia distat.

²⁴⁰ Iaroslau praepositus Cal. 1418–1430, officialis Cal. 1430, obiit ante 1436 (KDW V nr 350, 447, 569, 575; VIII, nr 868; *Acta capitulorum ... selecta*, ed. B. Ulanowski, t. I, Kraków 1894, nr 1618; I. Skierska, *Oficjalat kaliski w XV wieku*, „Rocznik Kaliski”, XXV, 1995, sub prelo est).

²⁴¹ Claudius Claudianus, poeta, qui (saec. IV/V) floruit. Hoc distichon a Długossio allatum e Panegyrico de tertio consulatu Honorii Augusti, versus 96–98, sumptum est (*Rozbiór I*, p. 100–101). Textum integrum, v. *Rozbiór I*, p. 101.

²⁴² Omnia vexilla Regni Poloniae in *Clenodiis* Długossii ample describuntur.

²⁴³ Vexillum terrae Crac. etiam vexillum regis et Regni Poloniae erat (Kuczyński, *Polskie herby*, p. 41, 44, nr 1).

²⁴⁴ Marcissius, Martinus de Wrocimowice, cui insigne Półkozic erat, vexillifer Crac. ab 1410, cap. Loviciensis 1414, rerum publicarum peritus, obiit 1442 (UM, p. 372; S. M. Kuczyński, J. Wiśniewski, PSB XIX, p. 577–588). Wrocimowice, villa cum arce in palat. Crac., 12 km ad NW ab opp. Proszowce distat. A. 1399 ea villa ad Marcissium non pertinebat, is tamen eiusque filii atque heredes de Wrocimowice titulo utebantur.

²⁴⁵ Florianus de Dziaduszyce (et Korytnica), cui insigne Jelita erat, subpincerna curiae regiae ab 1394, subpincerna Crac. ab 1403, obiit 1432 (UC, p. 166; UM, p. 329; SHGK I, p. 643). Cui rex Iunivladislaviae 29 XI 1410 pro meritis ducentas et triginta marcas census in villa Maloszyce inscripsit. Dziaduszyce, villa in palat. Crac., 10,5 km ad SE ab opp. Książ Wielki distat. Korytnica, villa in palat. Sand. 16 km ad SE ab opp. Chęciny sita, cuius heredem Florianum fuisse Długossius perperam tradit. Qui tamen affinitate cum possessoribus eius villae coniunctus erat et propterea perperam idem atque cast. Florianus de Korytnica, qui banderio gentilicio Jelita praeerat, putabatur. Quare Długossius arguebatur quod uni militi varia munera officiaque in pugna ad Grunwald commissa tribuit. (K. Mosingiewicz, *Chorągwie rodowe i ich dowódcy w bitwie pod Grunwaldem*, in: *Prace z dziejów państwa i Zakonu krzyżackiego*, Toruń 1984, p. 122, 124). Hic enim de duobus diversis militibus agitur (SHGK I, p. 643).

²⁴⁶ Paulus, Paszek Złodziej de Biskupice, qui insigni Niesobia utebatur, gladifer Crac. ab 1416, cast. Malogostiensis ab 1426, Zawichostiensis ab 1440, cap. Bięcensis 1426–1430, 1434–1435, obiit

1445 (UM, p. 375; S. Szczur, PSB XXV, p. 372–374; T. Jurek, *Krąg rodzinny starosty wielkopolskiego Wierzbięty (1352–1369), czyli początki rodu Niesobiów, Genealogia. Studia i materiały historyczne*, 1, 1991, p. 11–42). Biskupice Melsztyńskie, villa in palat. Crac., 4 km ad NE a villa Czchów sita.

²⁴⁷ Stanislaus de Charbinowice et Ogrodzieniec, cui insigne Sulima erat, vexillifer Crac. ab 1429, obiit 1437 (UM, p. 325; K. Piotrowicz, PSB III, p. 263 — quae ad Bartossium fratrem eius spectant; W. Semkowicz, *Nieznana zapiska o bitwie pod Koronowem w r. 1410*, „Kwartalnik Historyczny”, XXIV, 1910, p. 528–529). Charbinowice, villa in palat. Sand., 9,5 km ad SW a Vislicia sita. Ogrodzieniec, castrum et opp. ad septentrionem et orientem palat. Crac. sita.

²⁴⁸ Wrochen dictus Jaks a heres de Snellwalde (Szybowice in Silesia) et tenutarius de Targowiska, cui insigne Lis erat, ab a. 1404 occurrit, ante 1421 obiit (B. Śliwiński, *Lisowie Krzelowscy w XIV–XV w. i ich antenaci*, Gdańsk 1993, p. 163–164; Terr. Crac. 5, p. 296). Targowiska, villa regia in terra Sanocensi, 7 km ad SE ab opp. Krosno sita.

²⁴⁹ Cohors „gończa” dicta ad hostes persequendos et veloces excursiones faciendas olim destinata erat (*Rozbiór* I, p. 102). Nadolski, *Grunwald*, p. 65–69 putat hanc cohortem ad proelium parvum vel certamen incipiendum destinatam fuisse etiam primi agminis loco positam esse. Cf. etiam Ekdahl, p. 13, 133.

²⁵⁰ Ioannes Sumnik de Nabroże, qui ignoto insigni utebatur, a. 1394–1415 occurrit (A. Swieżawski, *Erekcja parafii w Nabrożu i jej losy w XV wieku*, „Nasza Przeszłość”, 63, 1985, p. 97–110; A. Szymczakowa, *Krąg rodzinny Jana Sumnika z Nabroża*, „Zeszyty Historyczne” II, Częstochowa 1994, p. 129–135). Nabroże, villa in terra Belsensi, 9 km ad SE a Tyszowce sita.

²⁵¹ Bartossius de Plomyków sive Plonkowo, de quo ad a. 1409 sermo erat. Iaroslauus, Iarosz de Plomyków, de quo nihil certi scimus.

²⁵² De Dobeslao Okwia, qui insigni Wieniawa utebatur, nihil certi scimus.

²⁵³ Sigismundus Pykna, origine Bohemus de Lichtemburk et Chocnia, a. 1406–1410 occurrit, 15 VII 1415 ut videtur, occisus est (Goll, p. 120; A. Sedláček, *Hrady, zámky a tvrže království českého*, díl 2, Praha 1931, p. 250–251; *Hrady, zámky a tvrže v Čechach, na Moravě a ve Slezsku*, VI, Praha 1989, p. 154).

²⁵⁴ Insigne banderii cubiculariorum fontibus non confirmatur.

²⁵⁵ Andreas Ciolek de Żelechów, cui insigne Ciolek erat, cap. Haliciensis 1412, dapifer Sand. ab 1420, succamerarius Sand, et Lub. ab 1423, cap. Sand. 1425–1429, cap. generalis Poloniae Maioris 1434–1436, obiit 1436 (UM, p. 326; UR, p. 66, 410; UW, p. 203; K. Piotrowicz, PSB IV, s. 77–78, ubi nonnulla erronea leguntur). Żelechów, opp. in palat. Sand. situm.

²⁵⁶ Ioannes de Sprowa, cui insigne Odrowąż erat, cap. Sand. 1411–1420, 1425, iudex Sand. ab 1427, obiit 1440 (UM, p. 362–363; K. Górski, PSB X, p. 478–479 — quae corrigenda videntur). Sprowa, villa in palat. Crac., 30 km ad SW ab opp. Jędrzejów sita.

²⁵⁷ Mszczugius de Skrzynno, cui insigne Łabędź erat, cap. de Opoczno ab 1440, obiit 1446 (UM, p. 362; A. Swieżawski, PSB XXII, p. 234–235). Skrzynno, nunc Skrzyńsko, villa in palat. Sand., 5,5 km ad NW ab opp. Skrzynno sita.

²⁵⁸ Alexander Gorajski de Szczebrzeszyn, cui insigne Korczak erat, venator Lub. 1410, obiit 1428 (UM, p. 331; S. M. Kuczyński, PSB VIII, p. 282, ubi nonnulla erronea leguntur; SHGL, p. 78, 126). Szczebrzeszyn, opp. in terra Chelmensi, districtus sedes.

²⁵⁹ Nicolaus Powala de Taczów, cui insigne Powala sive Ogończyk erat, dapifer Sand. ab 1426, succamerarius Sand. ab 1439, obiit 1451 (UM, p. 367; S. M. Kuczyński, F. Sikora, PSB XXI, p. 142–143). Taczów, villa in palat. Sand., 11 km ad NW a Radomia sita.

²⁶⁰ Sasinus, Sasin de Wychudz, cui insigne Powala erat, a. 1395–1438 occurrit (quae K. Pacuski de Instituto Historico Academiae Scientiarum Poloniae Varsoviae tradidit). Wychudz, nunc Wychódźc, villa in Masovia, 17 km ad NE ab opp. Wyszogród sita.

²⁶¹ Vexillum Sancti Georgii idem est atque vexillum Helvetiorum pro Cruciferis pugnantium. Dlugossius perperam vexillum hoc pro insigni Bohemorum et Moraviensium mercede conductorum habuit. *Cronica conflictus* p. 24 commemorat Vexillum Sancti Georgii magnum ducem Vitoldum duxisse. (J. Łojko, *Chorągwie polskie i litewskie w bitwie pod Grunwaldem*, in: Lituano-Slavica Posnaniensia. Studia Historica III, Poznań 1989, p. 151–152).

²⁶² Ioannes Sarnovski, origine Bohemus ignotus est (Goll, p. 119).

²⁶³ V. *Clenodia*, p. 53. A vexillo Posn. descriptio quindecim banderiorum terrestrium incipit, alio tamen ordine atque in *Clenodiis* enumeratorum. Pro certo haberi potest insignia banderiorum prius in *Annalibus*, postea in *Clenodiis* descripta esse. In *Clenodiis* viginti quinque banderia terrestria describuntur, in *Annalibus* pauciora enumerantur. Insignium descriptiones quae in *Annalibus* et *Clenodiis* exstant a S. K. Kuczyński collatae sunt, *Polskie herby*, p. 44–45, nr 1–17. Insignis terrae Posn. descriptio ibidem, p. 44.

²⁶⁴ *Clenodia*, p. 53; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 44, nr 3.

²⁶⁵ *Clenodia*, p. 53; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 44.

²⁶⁶ *Clenodia*, p. 54; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 44, nr 5.

²⁶⁷ *Clenodia*, p. 54; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 44, nr 6.

²⁶⁸ Insigne terrae Lanciencis aliter in *Clenodiis* descriptum est, p. 54; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 44.

²⁶⁹ Insigne terrae Cuiaviensis aliis coloribus distinctum esse in *Clenodiis* (p. 5) traditur; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷⁰ Insigne terrae Leopoliensis aliter in *Clenodiis*, p. 53–54 descriptum est; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷¹ Insigne terrae Vielunensis in *Clenodiis*, p. 56 descriptum, agnum parvulum vexillum tenentem in campo rubeo habet; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷² *Clenodia*, p. 54. Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷³ In *Clenodiis*, p. 55 insigne terrae Dobrinensis campum rubeum habet; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷⁴ In *Clenodiis*, p. 55, insigne terrae Chelmensis campum viridem habet, Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

²⁷⁵ *Clenodia*, p. 55; Kuczyński, *Polskie herby*, p. 45.

- ²⁷⁶ *Clenodia*, p. 55; Kuozyński, *Polskie herby*, p. 45.
- ²⁷⁷ Insigne Semoviti ducis Masoviae, idem est atque insigne Masoviae in *Clenodiis*, p. 56, descriptum.
- ²⁷⁸ Insigne Ianussii I ducis Masoviae in *Clenodiis* non est descriptum.
- ²⁷⁹ Insigne Szreniawa, *Clenodia*, p. 58.
- ²⁸⁰ Insigne Jastrzębiec, *Clenodia*, p. 63.
- ²⁸¹ Jarandus Brudzewski de Brudzewo, cui insigne Pomian erat, subpincerna Brestensis ab 1402, dapifer 1403–1407, vexillifer Iuniv., Gniewcoviensis 1407–1426, cap. Iuniv. 1415–1418, palat. Iuniv. 1426–1438, Sir. 1439–1452 (UŁS, p. 161; K. Piotrowicz, PSB III, p. 6–8; PSB X, p. 612 — ubi quaedam corrigenda esse videntur). Brudzew, opp. in palat. Cal., 11 km ad SW ab opp. Koło situm.
- ²⁸² Insigne Rawa, *Clenodia*, p. 59 — hic in flavo fundo depictum.
- ²⁸³ Insigne Leliwa, *Clenodia*, p. 65.
- ²⁸⁴ Insigne Nałęcz, *Clenodia*, p. 58.
- ²⁸⁵ Insigne Róża seu Poraj, *Clenodia*, p. 57–58.
- ²⁸⁶ Iacobus, Iacussius de Koniecpol, cui insigne Pobóg erat, palat. Sir. 1393–1430, magister curiae reginae 1424–1425, cap. Cuiaviensis 1409–1418, obiit 1430 (UŁS, p. 170; A. Strzelecka, PSB XIII, p. 516–517). Insigne Pobóg, Pobodze, *Clenodia*, p. 72. Koniecpol, castrum et opp. in palat. Sir. in confinio palat. Crac. sita.
- ²⁸⁷ Insigne Wieniawa, *Clenodia*, p. 63.
- ²⁸⁸ Ioannes Ligeza de Bobrek et Niewiarów, cui insigne Pólkożic erat, cap. Lanc. 1370–1374, 1388–1390, palat. 1374–1418 (UŁS, p. 178; J. Wyrozumski, PSB XVII, p. 316–317). Insigne Pólkożic, Połukoza, *Clenodia*, p. 62. Bobrek, arx cum praedio, nunc villa, in palat. Crac. in sinistra Vistulae ripa, 4 km ad NE ab opp. Oświęcim sita. Niewiarów, villa in palat. Crac., 13 km ad SW ab opp. Bochnia sita.
- ²⁸⁹ Insigne Topór, *Clenodia*, p. 57.
- ²⁹⁰ Insigne Zadora, *Clenodia*, p. 68.
- ²⁹¹ Insigne Starykoń, *Clenodia*, p. 73.
- ²⁹² Insigne Pilawa, *Clenodia*, p. 75.
- ²⁹³ Insigne Leliwa, *Clenodia*, p. 65.
- ²⁹⁴ Insigne Dębno, *Clenodia*, p. 66.
- ²⁹⁵ Spitco de Tarnów et Jarosław, cui insigne Leliwa erat, cap. Leopoliensis 1422–1425, palat. Sand. 1433–1434 (UM, p. 368; UR, p. 149; W. Dworzaczek, *Leliwici*). Insigne Leliwa, *Clenodia*, p. 65. Tarnów, Tarnovia, castrum et opp. in palat. Sand. situm. Jarosław, opp. in terra Premisliensi situm.
- ²⁹⁶ Martinus de Sławsko, cui insigne Zaremba erat, subdapifer Cal. 1407–1419, succamerarius Posn. 1420–1425, cast. Cal. 1426–1428, Posn. 1428–1436, cap. generalis Poloniae Maioris 1428–1430, palat. Cal. ab 1437, obiit 1453 (UW, p. 198; A. Gąsiorowski, PSB XIX, p. 572). Insigne Zaremba, *Clenodia*, p. 70. Sławsk, villa in palat. Cal., 8 km ad SW ab opp. Konin sita.

²⁹⁷ Dobrogostius Świdwa de Szamotuły, cui insigne Nałęcz erat, succamerarius Cal. 1423–1436, cap. generalis Poloniae Maioris 1430–1432, cast. Posn. 1436–1450 (UW, p. 199; A. Gašiorowski, WSB, p. 726). Insigne Nałęcz, *Clenodia*, p. 58. Szamotuły, opp. in palat. Posn. situm.

²⁹⁸ Cristinus de Kozięglowy (senior), cui insigne Lis (Vulpes) erat, cast. Sandecensis 1386–1417, iudex Sandecensis 1387–1388, 1397–1412, obiit 1417 (UM, p. 340; B. Śliwiński, *Lisowie Krzelowscy*; idem, *Dziedzice Kozięglów*, in: *Siewierz, Czeladź, Kozięglowy. Studia i materiały z dziejów Siewierza i księstwa siewierskiego*, Katowice 1994, p. 259–277; SHGK III, p. 83–84, 89). Insigne Lis, *Clenodia*, p. 65. Kozięglowy, castrum et opp. in ducatu Sievieriensi situm.

²⁹⁹ Ioannes Mężyk de Dąbrowa, cui insigne Wadwicz erat, subpincerna et postea pincerna curiae regiae ab 1403, secretarius regis 1405–1431, cap. Leopoliensis 1427–1431, palat. Leopoliensis ab 1432, obiit 1437 (UR, p. 324; F. Kiryk, PSB XX, p. 513–514; Sułkowska-Kurasiowa, *Dokumenty*, p. 234). Insigne Wadwicz, *Clenodia*, p. 74. Dąbrowa, villa in terra Wielunensi, 2 km ad NW ab opp. Wieluń sita.

³⁰⁰ Insigne Trąby, *Clenodia*, p. 60.

³⁰¹ Nicolaus Kmita de Wiśnicz, cui insigne Szreniawa erat, cast. Premisliensis 1433–1447 (UR, p. 348). Insigne Szreniawa, *Clenodia*, p. 58. Wiśnicz, arx et opp. in palat. Crac. sita.

³⁰² Insigne Gryf vel Świeboda, *Clenodia*, p. 58. Sigismundus de Bobowa, cui insigne Gryf erat, burgrabius Crac. 1430–1444, subiudex Crac. 1431–1436, iudex Crac. 1436 — ob res politicas gerendas munere iudicis mox privatus est (UM, p. 321; Fed., p. 128; A. Kamiński, PSB II, p. 157). Bobowa, opp. in parte meridionali palat. Crac. situm. K. Mosingiewicz, *Choraqwie rodowe*, p. 123–124, negat Sigismundum a. 1410 munere ducis fungi potuisse cum vix viginti annos natus esset. Quod tamen nobis verum esse non videtur.

³⁰³ Zaclica Korzekwicki de Korzkiew, cui insigne Syrokomla erat, cap. Sandecensis 1404–1405, Lub. 1409, 1415, subiudex Crac. ab 1418, obiit 11 IV 1420 (UM, p. 340, SHGK II, p. 767–771). Insigne Syrokomla, *Clenodia*, p. 75 — hic aliter descriptum. Korzkiew, arx cum praedio, nunc arcis ruinae in villa eiusdem nominis exstant, in palat. Crac., 13 km ad NW ab opp. Kraków sita.

³⁰⁴ Florianus de Korytnica, qui insigni Jelita alias Kozle Rogi utebatur, subpincerna Sand. 1404–1408, cap. Podoliensis 1405, Leopoliensis 1406–1411, cast. Visl. 1410–1436, cap. de Przedecz 1426–1434 (UM, p. 339; UR, p. 350; B. Włodarski, PSB VII, p. 40–41 que erronea sunt). Quem eundem fuisse atque Florianum de Dziaduszyce (et Korytnica), sub vexillo Regni Poloniae militantem perperam putatur, cf. adn. 245. Korytnica, villa in palat. Sand., 16 km ad SE ab opp. Chęciny sita.

³⁰⁵ Ioannes Jančikovič de Jičín in Moravia de gente Benesovci, Jančik f., frater patruelis Jančik de Jičín secundi mariti Elisabeth de Pilca, Pilica (postea tertiae uxoris Vladislai Jagellonis) f. A. 1423 rex privignam Euphemiam Granowska Ioanni in matrimonium dedit et pro meritis, donec vixerit, bona terrestria Tyczyn in terra Premisliensi sita, ei donavit (ZDM VII, nr 1945, 1946; Terr. Crac. 7, p. 256). In *Clenodiis*, p. 62, insigne aliter descriptum est.

³⁰⁶ Helm miles origine Moravus, de quo nihil certi scimus.

³⁰⁷ Jančik Jančikovič Jičinsky de Jičín, Lačkonis f., secundus maritus Elisabeth de Pilica, ante 1404, verisimiliter etiam ante a. 1398 obiit (A. Strzelecka, PSB VI, p. 249).

³⁰⁸ Gnievossius de Dalewice, cui insigne Strzegomia sive Kościesza erat, succamerarius curiae regiae 1408, subdapifer Crac. 1410–1426 (UM, p. 327; SHGK I, p. 493; S. Szybkowski, *Gniewosz Młodszy z Dalewic i Elżbieta Warszówna. Szkic z życia małopolskiej elity pierwszej połowy XV w.*, in: *Polska, Prusy, Ruś*, pod red. B. Śliwińskiego, Gdańskie studia z dziejów średniowiecza, nr 2, Gdańsk 1995, p. 163–174). Insigne Strzegomia, *Clenodia*, p. 68. Dalewice, villa in palat. Crac., 6 km ad NW ab opp. Proszowice distat. Gnievossius eam villam regi a. 1414 vendidit et in opp. Ćmielów in palat. Sand. se transtulit, porro tamen heres de Dalewice (vel olim de Dalewice) se nominabat (SHGK I, p. 493).

³⁰⁹ Trzy Góry, Strzeglów, Strigau, nunc Strzegom, opp. in Silesia situm.

³¹⁰ De quadam forma insignis Pogoń Litewska agi videtur. Sigismundus Korybutowicz, Coributi Dimitri fratris Iagellonis ducis Novogrodensis et Sevieriensis et Anastasiae f. Olegi ducis Rhesaniensis f., circa 1394 natus, praefectus Bohemiae 1422–1423 a duce Vitoldo institutus, „candidatus ad regiam potestatem capiendam” 1424–1427, fautor Hussitarum, dux exercitus in pugna ad Wilkomierz 30 VIII 1435 commissa cecidit (J. Grygiel, *Życie i działalność Zygmunta Korybutowicza. Studium z dziejów stosunków polsko-czeskich w pierwszej połowie XV wieku*, Wrocław 1988).

³¹¹ V. J. Łojko, *Chorągwie polskie i litewskie*, p. 148–153.

³¹² Hoc insigne parum accurate describitur. Copiae magni ducis Vitoldi columnis Lithuanicis, id est columnis Gedimini ducis Lithuaniae in arte heraldica nuncupatis pro signis utebantur. *Clenodia*, p. 56 (J. Łojko, *Chorągwie polskie i litewskie*, p. 148–152).

³¹³ De banderio Miednicensi, S. M. Kuczyński, *Chorągiew miednicka Jana Długosza*, in: *Europa, Słowiańszczyzna, Polska*, Poznań 1970, p. 437–446.

³¹⁴ Lingwen, Simon, Olgerdi et Iuliannae Taveriensis f., a. 1364 vel 1365 natus, Iagellonis frater, praefectus Novogardiae 1389–1391, 1407–1411, dux de Mścisław 1392, in pugna ad Grunwald commissa a Cruciferis captus, obiit 1431 (T. Wasilewski, *Daty urodzin Jagielly i Witolda*, p. 30–34; Wdowiszewski, p. 16–17; Biskup, *Z badań*, p. 699).

³¹⁵ S. M. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 394 adn. 240, opinionem L. Kolankowski secutus argumentis confirmat Georgium a Długosio memoratum Georgium Włodzimierzowicz Nos dictum duce Pincensem vel Georgium Michalowicz f. olim magni ducis Lithuaniae Iawnuthae, Michaelis f. patrum regis fuisse non filium Lingwen duce de Mścisław 1422–1456.

³¹⁶ Quinquaginta duorum vexillorum Cruciferorum descriptio incipit. Quae vexilla in *Banderiis* alio quodam ordine disposita sunt, uniuscuiusque banderii longitudine latitudineque accuratius definita; haec omnia in singulis adnotationibus, quae infra sequuntur, docuimus.

³¹⁷ Magister generalis duo, sicut et Polonorum rex, vexilla habuit, quorum in uno magna crux cum aquila diademate ornata, in altero minore etiam crux et aquila nigra depicta erat — apud regem Poloniae vexillum „gończa”, v. adn. 249 (*Banderia*, nr 1 et 2 — aquila velut capite privata. Eum defectum in effigie decidentis pigmenti nigri et repercutientis pigmenti aurei causa factum esse apud Ekdahlum p. 171 conspici potest. Cf. Nadolski, *Grunwald*, p. 67 et adn. 282).

³¹⁸ *Banderia*, nr 3 — Ordinis banderium.

³¹⁹ Hic duo duces Olesnicenses, Conradi III et cuiusdam Gutae f., videlicet Conradus VII Albus in pugna ad Grunwald commissa a Polonis captus et 14 II 1452 mortuus atque Conradus V Kantner 10 IX 1439 mortuus a Dlugossio confusi sunt (R. Heck, PSB XIII, p. 593–594; Jasński, *Rodowód* II, p. 180–186). *Banderia*, nr 4 — banderium Conradi VII Albi.

³²⁰ *Banderia*, nr 42. In *Annalibus* de gryphonis colore rubeo eiusque positione in insigni nihil traditur. Casimirus dux Stetinensis et Stolpensis, Svantoborii I et Annae f. Albrechti burgrabii Norimbergensis f., obiit 13 IV 1436 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 18). In pugna ad Grunwald commissa a Polonis captus est.

³²¹ *Banderia*, nr 5 — colores banderii Cruciferorum, s. Georgii dicti, recte describuntur. Quod banderium Bernense fuit. Dlugossius Helvetiorum banderium cum s. Georgii banderio confudit, propterea quod hoc banderium in ecclesia cathedrali Cracoviae depositum (uti viri docti *Banderia* recensentes tradunt) non erat.: Z. Wdowiszewski, in: „*Studia Źródłoznawcze*” VII, 1962, p. 173 sqq.; S. M. Kuczyński, in: „*Rocznik Olsztyński*” II, 1959, p. 309–313). Ei banderio Christophorus (non Georgius) Gersdorf praefuit, de quo supra sermo erat.

³²² *Banderia*, nr 8. In *Annalibus* campi color, aureola circa aquilae caput et fascia inscriptione ornata omittuntur. De Marcuardo de Reschenburg nihil certi scimus (Ekdahl, p. 182).

³²³ *Banderia*, nr 14 et 35, ubi idem banderium civitati et commendatoriae Regnetae tribuitur. Tres mitrae in episcopatus Culemnensis banderio pro insigni erant, unde editor varia signa a Dlugossio confusa esse conicit. *Banderium*, nr 23, episcopatus Sambiensis est, banderium nr 14 alterum Regnetae banderium esse videtur (*Banderia*, p. 296). Henricus de Kamenz Misenus a. 1416–1446 in fontibus occurrit (Ekdahl, p. 194).

³²⁴ Dlugossius episcopatus Culmensis sedem cum opp. Riesenburg perperam coniunxit. Riesenburg sive Prabuty opp. ad episcopatum Pomesaniensem eo tempore pertinebat; *Banderia*, p. 299 — episcopatus Culmensis banderium pugnae ad Grunwald commissae non interfuisse editor opinatur. Fortasse de parte episcopatus Pomesaniensis ep. Culmensi subditi agitur. Theodoricus de Sonnenburg secundum opinionem Ekdahli, p. 212, est idem atque de Schaumberg, qui a. 1417–1418 advocatus ep. Sambiensis occurrit.

³²⁵ *Banderia*, nr 46, cf. commentarium editoris (campus rubeus in summa imaginis parte erat). Opp. autem Lidzbark Warmiński (Heilsberg) aliud insigne habuit, scilicet — agnum pastorale floribus ornatum tenentem.

³²⁶ *Banderia*, nr 16, hoc insigne advocatae Stumensis fuisse editor opinatur.

³²⁷ *Banderia*, nr 6. Nicolaus, Niksz Ryński de Ryńsk, cui insigne Rogala erat, conditor et praefectus Societatis Viperarum, vexillifer Culmensis 1410–1411, de loco pugnae deserto accusatus, sine sententia iudicum medio mense Maio 1411 detruncatus, de quo Dlugossius ad eundem a. narrat (M. Biskup, PSB XXI, p. 136–138; Ekdahl, p. 178; SHGCh, p. 111; A. Czacharowski, *Opozycja rycerstwa ziemi chełmińskiej*, in: *W kręgu stanowych i kulturowych przeobrażeń Europy Północnej w XIV–XVIII wieku*, pod red. Z. H. Nowaka, Toruń 1988, p. 77–96). Ryńsk, villa in terra Culmensi, 10 km ad SW ab opp. Wąbrzeźno distat.

³²⁸ Ianussius, Hans Orzechowski de Orzechowo, qui insigni Rogala? utebatur, excursionis in Gothlandiam 1405 factae particeps, medio mense Maio 1411 a Cruciferis detruncatus (*Banderia*, p. 294; SHGCh, p. 90). Orzechowo, villa in terra Culmensi, 7 km ad NW a opp. Kowalewo Pomorskie sita.

³²⁹ Conradus de Ropków sive Robaków, medio mense Maio 1411 a Cruciferis detruncatus est (*Banderia*, p. 294). Robakowo, villa in terra Culmensi, 16 km ad NE a civitate Culmensi distat.

³³⁰ *Banderia*, nr 7. Thomas de Merheim subthesaurarius Ordinis ab 1407, cecidit 15 VII 1410 (Ekdahl, p. 180; *Banderia*, p. 294).

³³¹ *Banderia*, nr 9, ubi insigne perperam describitur; vexillo commendatoriae Graudentiensis caput bisontis cum cruce inter cornua posita — ut in sigillo civitatis, sine cruce — pro insigni fuisse editor opinatur. Gulielmus de Helfenstein commendator Graudentiensis ab 1404, de quo sermo supra erat, cecidit 15 VII 1410. Grudziądz, Graudentium, opp. in terra Culmensi situm.

³³² *Banderia*, nr 10. Balam non nisi arcem commendatorum sedem in Prussia orientali tunc fuisse constat.

³³³ *Banderia*, nr 11. Commendator de Schönsee sive Kowalewo Pomorskie, Nicolaus, Nikosz Viltz ab 1399, de quo supra sermo erat, 15 VII 1410 cecidit (*Banderia*, p. 296).

³³⁴ *Banderia*, nr 12. Hannum de Heydeck vicecommendatorem Regiomontii fuisse constat (Ekdahl, p. 190, v. etiam *Banderia*, p. 296). Regiomontium, Królewiec, opp. in Prussia orientali situm.

³³⁵ *Banderia*, nr 13. Cui banderio non Gulielmus, sed Eberhardus de Ippenburg, Nippenburg, praeerat (*Banderia*, p. 296 adn. 35 et 36).

³³⁶ *Banderia*, nr 15 — ubi campi colores alio atque in *Annalibus* ordine dispositi sunt. Tuchola, opp. in Pomerania Gedanensi situm.

³³⁷ *Banderia*, nr 17. Hic non Conradus, sed Gotefridus de Hatzfeld erat — ut supra Dlugossius recte tradidit.

³³⁸ *Banderia*, nr 18. Hoc non insigne Vestvaliae, sed signum militare fuisse constat (*Banderia*, p. 297).

³³⁹ *Banderia*, nr 19 et p. 298, ubi legimus de eis, quibus *Annales* et *Banderia* hac in re inter se differunt. Fridericus de Wenden advocatus de Rogoźno ab 1407, cecidit 15 VII 1410. Rogoźno, arx et villa in terra Culmensi, 8, 5 km ad NW ab opp. Łasin distat (SHGCh, p. 108–109).

³⁴⁰ Dlugossius banderium Gedanense cum Elbingensi hic confudit (*Banderia*, nr 20). *Banderia*, nr 44, ubi insigne Gedanense recte descriptum invenitur. Ioannes de Schönfeld commendator Gedanensis ab 1407, in pugna ad Grunwald commissa vitam fuga servavit, a. 1412–1413 magister piscatorum in civitate Pucensi. (*Banderia*, p. 304–305; Ekdahl, p. 258).

³⁴¹ *Banderia*, nr 21. Koprzywno, postea Pokrzywno appellata, non opp. sed arx et villa erat.

³⁴² *Banderia*, nr 22.

³⁴³ Nowe Miasto, Neumarkt, nunc Nowe Miasto Lubawskie, opp. ad fl. Drwęca in terra Culmensi situm (SHGCh, p. 87–88).

³⁴⁴ *Banderia*, nr 24. Hoc insigne nec oppidi nec advocati fuit. Ioannes de Redern vicecommendator Elbingensis ab 1403, advocatus de Bratian a mense Iulio 1410, cecidit 15 VII 1410 (*Banderia*, p. 299).

³⁴⁵ *Banderia*, nr 25. In *Annalibus* alii atque in *Banderiis* colores et signa describuntur. Hoc banderium opp. Braniewo proprium non erat. (*Banderia*, p. 299 adn. 58). Braniewo, Brunsberg, opp. in Prussia orientali situm.

³⁴⁶ *Banderia*, nr 26. Insigne banderii idem est ac banderium Gnevense, fortasse de altero banderio Gnevensi quod militibus mercennariis constabat agitur (*Banderia*, p. 300 adn. 59), tamen in vexillo Gnevensi colores aliter dispositi sunt.

³⁴⁷ *Banderia*, nr 27 — ubi colores sursum deorsum versi exstant. De hoc insigni nihil certi scimus (*Banderia*, p. 300 adn. 60).

³⁴⁸ *Banderia*, nr 29. Hic Dlugossius opp. Łasin ad commendatoriam in Rogoźno pertinens, in quo nulla arx erat, cum villa Łaski in Żuławy sita, ubi advocatus Cruciferorum residebat, confudit. Conradus de Kunseck, Königsegg ab 1407 advocatus in Żuławy, antea in villa Łaski residebat (*Banderia*, p. 300 adn. 63–64).

³⁴⁹ *Banderia*, nr 31. Opp. et commendatoria Czluchów diversa insignia habebant. Insigne a Dlugossio descriptum insignibus episcopatus Varmiensis (*Banderia*, nr 46) atque commendatoris Radinensis (*Banderia*, p. 300 adn. 68) simile est.

³⁵⁰ *Banderia*, nr 32. Insigne tamen opp. Bartoszyce duas secures habuit (*Banderia*, p. 301 adn. 70–71). Bartenstein, Bartoszyce, opp. in Prussia orientali situm.

³⁵¹ *Banderia*, nr 33 — ubi camporum quadratorum colores aliter dispositi sunt. Osterrode, Ostróda opp. ad cursum fl. Drwęca superiorem in Prussia orientali situm.

³⁵² *Banderia*, nr 43 — ubi undarum ordo mutatus est. Huius banderii insigne idem est atque insigne civitatis Culmensis (*Banderia*, nr 6).

³⁵³ Dlugossius insigne civitatis Gedanensis perperam banderio Elbingensi tribuit. Vexillum Elbingense, v. *Banderia*, nr 20, 28, 30 — ubi colores aliter dispositi sunt.

³⁵⁴ *Banderia*, nr 45 et 49 — vexilla commendatoriae Gedanensis cum Cruciferis et militibus mercennariis. Insigne commendatoriae Gedanensis imaginem Cruciferi scutum et vexillum tenentis habuit (*Banderia*, p. 305 adn. 102). Cf. infra adn. 356.

³⁵⁵ *Banderia*, nr 48 — hic arcis valvae flavae sunt. A. 1407 Nicolaus Röder vicecommendator Torunensis fuit. De ductore vexilli, v. *Banderia*, p. 305 adn. 111–112.

³⁵⁶ *Banderia*, nr 45 et 49. Unum ex his banderiis Dlugossius quibusdam militibus de Germania inferiore tribuit. In *Banderiis* autem ambo vexilla commendatoriae Gedanensi perperam tribuuntur, cf. adn. 354.

³⁵⁷ *Banderia*, nr 50. Civitatis Gnevensis et vicecommendatoris insignia diversa erant. Inde ab 1407 Sigismundus de Ramungen commendator Gnevensis fuit, qui 15 VII 1410 cecidit. Ioannem de Wende eundem ac Fridericum de Wenden advocatum de Rogoźno fuisse accipi potest (Ekdahl, p. 170; *Banderia*, p. 306 adn. 113–114; B. Śliwiński, *O tzw. chorągwi gniewskiej w bitwie pod Grunwaldem*, p. 285–293 et supra adn. 196).

³⁵⁸ *Banderia*, nr 51. Święta Siekierka sive Heiligenbeil, postea Świętomiejsce, nunc Mamonowo, opp. ad SW a Balga in Prussia orientali (nunc in finibus Russiae) situm.

³⁵⁹ *Banderia*, nr 52. De vexillo et civitate Brunsviciensis nihil certi scimus, cf. *Banderia*, p. 306 adn. 120. His rebus explicandis operam dedit Ekdahl, p. 272, cuius viri docti argumenta acceptanda non videntur. Fortasse de vexillo militum voluntariorum Brunsvicensium agitur. Brunsvik, civitas in Saxonia inferiore sita.

³⁶⁰ Dlugossius vexilla commendatoriae Gedanensis et Elbingensis confudit, v. *Banderia*, nr 20, 28, 44, 45 et 49, et etiam p. 298 adn. 47, 300 adn. 61, 304 adn. 98–99, 305 adn. 102. A. 1409 Kunz de Vesta Misnensis vicecommendator Gedanensis fuit (*Banderia*, p. 304 adn. 98).

³⁶¹ Hoc banderium a Dlugossio in *Banderiis* nr 30 descriptum idem est ac banderium Elbingense. Banderium militum Misnensium in *Banderiis* nr 40 descriptum est.

³⁶² *Banderia*, nr 34 — ubi colores aliter dispositi sunt. V. adn. 206.

³⁶³ *Banderia*, nr 35. Hic Dlugossius erravit. Fridericus de Zollern commendator Ragnetae 1402–1407 et ab 13 IV 1410 usque ad 14 XI 1412 commendator Balgae fuit. Munere commendatoris Ragnetae Eberhardus de Wallenfels ab 1407 usque ad 7 III 1410 et a fine a. 1410 usque ad 15 XI 1412 Helferichus de Drahe fungebatur. (Ekdahl, p. 236; *Banderia*, p. 301 adn. 77–78).

³⁶⁴ *Banderia*, nr 36. Quod Regiomontii, non opp. Knipawa vexillum erat (*Banderia*, p. 301–302 adn. 79). Knipawa, Knipow, Kneiphof, opp. prope Regiomontium in una ex insularum fl. Pregola, situm. Hic Dlugossius opp. Knipawa cum Regiomontio confudit.

³⁶⁵ *Banderia*, nr 37 — ubi hoc vexillum militibus Rhenensibus tribuitur (*Banderia*, p. 302 adn. 81).

³⁶⁶ *Banderia*, nr 38. Insigne civitatis aliud erat. Matthias de Bebern, advocatus Dersoviensis ab 1402, in pugna ad Grunwald commissa 15 VII 1410 cecidit (Ekdahl, p. 242; *Banderia*, p. 302 adn. 82–84). Tczew, Dersovia, opp. in Pomerania Gedanensi in sinistra Vistulae ripa situm.

³⁶⁷ *Banderia*, nr 39. Dlugossius perperam opp. Olstinum et Melsak sive Pieniężno in Prussia eadem esse putavit. Insigne in vexillo descriptum neque insigne opp. Olstini neque opp. Pieniężna proprium erat (*Banderia*, p. 302–303 adn. 85).

³⁶⁸ *Banderia*, nr 40 — hoc militum Misnensium banderium fuisse traditum est, cf. *Banderia*, p. 303 adn. 87.

³⁶⁹ *Banderia*, nr 41. Brandenburg in Prussia sive Pokarmin, opp. in Prussia orientali, cf. adn. 207.

³⁷⁰ De hoc vexillo in *Banderiis* nulla mentio fit, cf. *Banderia*, p. 308 adn. 136.

³⁷¹ Id est 15 VII 1410.

³⁷² Fortasse de utriusque partis militum concursationibus agitur.

³⁷³ De colle in meridionali et occidentali lacus Łubień ripa sito agi videtur.

³⁷⁴ Sollemnis in militum ordinem cooptatio apud plurimos Europae populos ante pugnam celebrari solebat.

³⁷⁵ *Cronica conflictus*, p. 22, de nuntiis copiose narrat; ubi traditum est regem eis nuntiis per legatos respondisse, v. alios fontes et *Rozbiór* I, p. 112. V. etiam Biskup, *Grunwaldza bitwa*, p.

92–93; Z. Spieralski, *O mieczach krzyżackich spod Grunwaldu*, Zapiski Towarzystwa Naukowego Toruńskiego, 39, z. 2, 1974, p. 23–29; J. Wenta, *O dwóch mieczach z bitwy grunwaldzkiej*, in: *Balticum. Studia z dziejów polityki, gospodarki i kultury XII–XVII wieku*, Toruń 1992, p. 381–388. Qui nuntii duos gladios regi Jagelloni et duci Vitoldo destinatos portabant. Ex quibus unus Sigismundi Luxemburgensis veluti „tutoris” Ordinis, alter ducum Stetinensium, qui Cruciferorum socii erant, partes agebant. De duobus gladiis a Cruciferis missis late scripsit Ekdahl, *Tannenberg*, p. 156–168.

³⁷⁶ Semovitus V, Semoviti IV et Alexandrae f. Olgierdi magni ducis Lithuaniae, f., dux Ravensis, Sochaczoviensis et Gostiniensis, circa 1389 natus, obiit 17 II 1442 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 4).

³⁷⁷ Dobeslaus Kobyla de Żarki, vicemarsalcus curiae Jagellonis Vladislai regis inde ab 1413, cap. de Pobiedziska 1404–1424, de Tuszyn 1416–1431, Chelmemis 1419 (*Bullarium III*; UB, p. 236; Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 123; A. Gašiorowski, *Starostowie wielkopolskich miast królewskich w dobie jagiellońskiej*, Warszawa 1981, p. 56; J. Laberschek, *Początki miasta Żarki i pierwszy wiek jego istnienia*, „Studia Historyczne” XXIX, 1986, p. 342, 344). Żarki, opp. in septentrionali et occidentali parte palat. Crac. situm.

³⁷⁸ Petrus Wolczek Rokutowicz, Rokucki de Klodno, nobilis Lithuanus, tempore unionis in opp. Horodlo factae ad gentem de domo Działosza acceptus, succamerarius Leopoliensis 1434–1451, cap. Chelmemis 1443–1444 (UB, p. 276; UR, p. 347). Klodno, villa in terra Leopoliensi, 26 km ad SE ab opp. Żółkiew distat.

³⁷⁹ Fortasse de Boguphalo cubiculario regis 1393–1394 et camerario regio 1394 agitur. A. 1408 in curia regis Jagellonis dominus Boguphalus quidam versabatur (RD, p. 119, 179, 203, 347, 565). Nicolaus Wężyk de Rębowo magister coquinae regiae 1390–1415 fuit (UC, p. 68, 212).

³⁸⁰ Sbigneus Czajka de Nowy Dwór, cui insigne Dębno erat, subiudicis Sand. Zawissii Rubri de Oleśnica et Ruszków f., notarius terrestris Sand. 1441–1458 (UM, p. 327). Nowy Dwór, villa in palat. Sand., 18 km ad NE ab opp. Sienna distat.

³⁸¹ Nicolaus Morawiec de Konaszówka, cui insigne Powala erat, 1410–1447 occurrit, post pugnam commissam legatus a rege Cracoviam cum vexillo ep. Pomesanensis missus (*Banderia*, p. 92; SHGK II, p. 743–744, 746). Konaszówka, villa in palat. Crac., 1,5 km ad NW ab opp. Książ Wielki distat.

³⁸² Danilko origine Ruthenus idem ac Daniła de Zaderwacz esse videtur, qui a. 1371–1425 occurrit (L. Wyrostek, *Ród Dragów–Sasów*, Kraków 1932, p. 79). Zaderwacz, villa in Russia Rubra, 24 km ad NW a opp. Dolina distat.

³⁸³ Vladislaum regem et Vitoldum gladios a legatis accepisse tradidit *Cronica conflictus*, p. 23. Hic *Annales* a *Cronica conflictus* minime discrepant. Cf. Ekdahl, *Tannenberg*, p. 162, 166; Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 92–93.

³⁸⁴ Duo gladii in thesauro regio Wawel depositi erant usque ad a. 1795, deinde e thesauro a Pruthenis spoliato in arcem Pulawy ducissae Isabellae translati, post insurrectionem mense Novembri a. 1830 exortam abdit, a. 1853 a Ruthenis confiscati et irrevocabiliter deperditi sunt (Z. Żygulski junior, *Dzieje zbiorów puławskich. Świątynia Sybilli i Dom Gotycki*, Rozprawy i Sprawo-

zdania Muzeum Narodowego w Krakowie, 1954, t. 2, p. 246–247; Z. Spieralski, *O mieczach krzyżackich spod Grunwaldu*, p. 23–29).

³⁸⁵ Dzivissius Marzęcki de Marzęcin, cui inisigne Jelita erat, curialis regis, qui 1394–1416 occurrit (RD, p. 196; SPPP II, nr 979, 1047, 1110, 1333, 1446; MSHG Cracoviae). Marzęcin, villa in palat. Sand., 8 km ad SE ab opp. Pińczów distat.

³⁸⁶ In *Cronica conflictus*, p. 23, oratio ad milites habita refertur, quae incipit a verbis — „O milites mei”.

³⁸⁷ Fortasse Fieduszko Lubartowicz sive Fiodor, Lubarti et Olgae f. ducis Rostoviensis Constantini f., circa 1351 natus, dux Vladimiriensis et Luceoriensis 1400–1430, obiit 1431 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 15).

³⁸⁸ Bieniassius Wierusz de Biała, cui insigne Wieruszowa erat, vexillifer Wielunensis 1413–1419, cuius nomen occurrit in tabulis militum Polonorum a. 1411 in Prussia captorum, qui pro captivis Cruciferorum commutati sunt (ULS, p. 159; Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 124; Biskup, *Z badań*, p. 702). Biała, villa in terra Wielunensi, 10 km ad NW ab opp. Wieluń sita.

³⁸⁹ Henricus, Hincza de Rogów, cui insigne Działosza erat, incisor curiae regiae 1413–1417, subthesaurarius Regni Poloniae ab 1419, obiit 1426 (UC, p. 199; J. Senkowski, PSB IX, p. 424). Rogów, villa in palat. Sand., 3 km ad SW ab opp. Opatowiec distat.

³⁹⁰ Petrus Mediolański, cui insigne Larysza erat, subthesaurarius Regni Poloniae 1412–1418, thesauri regii custos 1420, ante 1463 obiit (UC, p. 185; F. Kiryk, PSB XX, p. 373). Qui primum duos cultros ad vitem succidendam aptos et deinde a tempore, quo a Długossio descriptum est, duos vomeres pro insigni habebat (W. Semkowicz, *O pierwotnej postaci herbu „Larysza”*, „Miesięcznik Heraldyczny” III, 1910, p. 129–131).

³⁹¹ V. *Cronicam conflictus*, p. 24. De Bogurodzica carmine, v. *Nowy Korbut* I, p. 189 n.

³⁹² Vallis inter opp. Stębark et Łodwigowo sita. Regionis Grunwald et Stębark descriptio a viris doctis, qui chartographicis manuscriptis saec. XVIII/XIX confectis innitebantur, facta est, cf. Kuczyński, *Wielka wojna, plany i szkice sytuacyjne bitwy grunwaldzkiej*, v. etiam Nadolski, *Grunwald*, p. 35–41 et tabulas; Ekdahl, *Tannenberg*, Abb. 1–3, 37–41, 57–61; M. Biskup, *Stan badań nad bitwą grunwaldzką*, in: *Studia grunwaldzkie*, t. I, Olsztyn 1991, p. 14–15.

³⁹³ De inefficaci tormentorum ictu a Cruciferis ad Grunwald contra exercitus Polonos factu etiam in *Cronica conflictus*, p. 25 narratur.

³⁹⁴ Quae narratio fortasse e Livii opere hausta est, pugna apud lacum Trasumenum vel pugna ad Zamam, Livius XXII 5, XXX 34 (W. Madyda, *Wzory klasyczne w „Historii Polski” Długosza*, EOS 49, 1957–1958, p. 182).

³⁹⁵ Id est fere 1,5 km.

³⁹⁶ De exercitibus Lithuanorum receptis *Cronica conflictus*, p. 26 refert. Alterum fontem haec illustrantem edidit S. Ekdahl, *Die Flucht der Litauer in der Schlacht bei Tannenberg*, „Zeitschrift für Ostforschung”, 12. Jahrgang, H. 1, 1963, p. 11–19, cf. etiam existimationem M. Biskup, KMW, nr 2, 1963, p. 296–297, qui putat Lithuanos fugam tantum simulavisse. V. etiam Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 94–98.

³⁹⁷ De vexillis Smolnensibus solus Dlugossius narravit. De summa imperii tradenda v. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 394 et adn. 240.

³⁹⁸ In *Cronica conflictus*, p. 26–27, narratur partem quandam Lithuanorum revertisse atque cum vexillis Polonorum se coniunxisset; fortasse de vexillis Smolnensibus hoc loco agitur. Dlugossius de reditu in aciem vexillorum Lithuanorum non narrat, duorum tamen vexillorum Smolnensium reditum refert. Cf. M. Biskup, *Stan badań nad bitwą grunwaldzką*, p. 20.

³⁹⁹ V. *Rozbiór* I, p. 114. Hoc loco Dlugossius de mercennariis Bohemis et Moravis, qui ex acie effugere voluerunt, iterum mentionem facit; etiam multis verbis de Moravis et Ioanne Sarnowski narravit. Cf. *Rozbiór* I, p. 114; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 399–400 et adn. 258.

⁴⁰⁰ Čajdran de Javor de terra Pilsnensi nobilis Bohemus (non Moravus) fuit. (Goll, p. 119).

⁴⁰¹ Hic non fuit Sigismundus, sed Ioannes Rakovec de Rakov opp. prope Bechyně in terra Pilsnensi sito (Goll, p. 119).

⁴⁰² Hoc pugnae discrimen fuit, unde Poloni praevalere coeperunt; quod in *Cronica conflictus*, p. 27–28, recte post mentionem Cruciferi Köckeritz factam enarratur, qui Köckeritz speculatum, ubi rex esset, missus esse videtur. Postea Cruciferi hoc extremum agmen subsidiarum magna vi a latere in banderium Regni intulerunt, fortasse eo loco regem esse rati. Cum Cruciferi vexillum cum aquila alba depictum cadens viderent, carmen triumphale „Crist ist enstandin” canere coeperunt et omnes persuasum habuerunt se cornu militum Polonorum vicisse (SRPr. III, p. 316; Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 98–99).

⁴⁰³ Fortasse de eodem colle sermo est, in quo rex initio pugnae stetit.

⁴⁰⁴ Sedecim banderia Cruciferorum fuisse Dlugossius narrat. In *Cronica conflictus*, p. 27, quindecim vel plura banderia Cruciferorum fuisse traditum est, inter quae etiam magister generalis Ordinis et commendatores enumerantur.

⁴⁰⁵ Nicolaus Kielbasa de Tymieniec, qui insigni Nałęcz utebatur, subpincerna Posn. 1418, cast. Bidgostiensis 1426, obiit 1435 (UW, p. 200; ZDM VIII, 2083 adn. 21). Tymieniec, villa in palat. Cal., 21 km ad SE a Calissia distat.

⁴⁰⁶ Dipoldus sive Lupoldus de Köckeritz, de Ecber. Ekdahl, p. 74, tradit Dipoldi Köckeritz manum abscisam brevi gladio regis feriendi causa armatam servatam esse.

⁴⁰⁷ Jakka — a Germanorum voce Jacke nominata, qua iam saec. XIV milites lorica tegere solebant, Cf. etiam Nadolski, *Grunwald*, p. 56–57.

⁴⁰⁸ In *Cronica conflictus*, p. 27, traditum est regem mortiferum vulnus in faciem Köckeritz inflixisse, alios vero milites regem circumstantes Dipoldum ex equo praecipitavisse. V. Nadolski, *Grunwald*, p. 176–177.

⁴⁰⁹ Sbigneus Oleśnicki mense Februario 1423 ep. Crac. creatus, a mense Maio titulo ep. electi ornatus, 9 VII provisione canonica a papa accepta, 18 XII sacerdos creatus et 19 XII ep. consecratus est (*Bullarium* IV; MPH II, p. 924; M. Koczarska, PSB XXIII, p. 777).

⁴¹⁰ Quae narrata sunt in diplomate, quo Martinus V papa a Vladislao rege rogatus 1 VII 1423 Sbigneum ab irregularitate dispensavit (*Bullarium* IV, nr 1175).

⁴¹¹ Hoc loco Długossius, quae supra retulit recto rerum ordine iterum enarrat: primum Dipoldum Köckeritz mortuum esse, deinde autem copias Cruciferorum contra banderia regia conversas esse.

⁴¹² Kropierz (a voce Gallica croupière) equi armati tegumentum e panno confectum.

⁴¹³ Długossius solus Dobeslai Olesnicki de Olesnica merita extollit. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 406–407, affirmat ea a Długossio relata vera fuisse.

⁴¹⁴ Et in *Cronica conflictus*, p. 28 et apud Długossium legimus magistrum generalem et principes Ordinis eo pugnae momento cecidisse.

⁴¹⁵ Fortasse de Christophoro Gersdorf agitur, v. supra.

⁴¹⁶ Predpelcus, Pelka Kopydlowski de Kopydłowo, cui insigne Dryja erat, cast. Zbarensis, de Zbar 1413, subdapifer Cal. 1414, cast. Landensis 1427, obiit 1451 (UW, p. 189; A. Gašiorowski, PSB XXVIII, p. 703–704). Kopydłowo, villa in palat. Cal., 9 km ad N ab opp. Kleszczewo distat.

⁴¹⁷ Jošt Petri f., de domo Ruz de Landstein et Želeče, qui in fontibus 1407–1427 occurrit (OSN XV, p. 619; Goll, p. 122). De ducibus Casimiro et Conrado Albo a Cruciferis captis in *Cronica conflictus*, p. 29, traditur, cf. etiam *Banderia*, nr 4 et p. 292, et infra adn. 444 de eis dimissis.

⁴¹⁸ Extremo pugnae tempore sarcina et impedimenta Cruciferorum rege Polonorum participante capta sunt — ut *Cronica conflictus*, p. 28, refert.

⁴¹⁹ Quae hoc loco de catenis et vinculis, militibus Polonorum imponendis, narrantur, fontibus historicis non confirmantur; fortasse e Iustini, *Epitome historiarum Pompei Trogi* XXXIV 2 sumpta sunt (D. Turkowska, *Ślady lektury Justyna w „Historii Polski” Długosza*, Pamiętnik Literacki III, 1963 p. 165).

⁴²⁰ Hic de Henrico de Schwelborn, de quo supra sermo erat, agitur, cf. Nadolski, *Grunwald*, p. 183–184, 190–193.

⁴²¹ Fortasse Elgnowo, Elgenau, 12 km ad W a loco pugnae, distans cf. Nadolski, *Grunwald*, p. 192–193.

⁴²² In *Cronica conflictus*, p. 28, traditum est regem suos consistere iussisse, ne dissiparentur.

⁴²³ De hac piscina et Cruciferis fugatis et Polonis eos insectantibus, v. Nadolski, *Grunwald*, p. 191–194.

⁴²⁴ Nostri temporis viri docti statuerunt octo fere milia militum et armigerorum cecidisse, aliquot milia captivorum fuisse (Ekdahl, *Tannenberg*, p. 71–72, 182–183, 191–192; Nadolski, *Grunwald*, p. 207–212). M. Biskup de numero occisorum dubitat (M. Biskup, *Nowa praca Svena Ekdahla o źródłach do bitwy pod Grunwaldem*, ZH, 49, 1984, p. 143; v. etiam existimationem M. Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 105–108). Długossius medii aevi scriptorum morem secutus occisorum et captivorum numerum multiplicavit.

⁴²⁵ Hic certe de Friderico de Schonenberg, Schönberg advocato episcopatus Sambiensis 1410, antea fortasse advocato Samogitiae ab 1398, iussu ducis Vitoldi 22 VII 1410 securi percusso, agitur (Joachim, Hubatsch I/1; Cod. Vit., p. 1010, 1033; Z. H. Nowak, *Protokół z rokowań polsko-krzyżackich*, p. 172; Nadolski, *Grunwald*, p. 172).

⁴²⁶ De foedere ad res Samogitiae pertinentes faciendo sermo est, cuius foederis diploma non exstat. Cf. Cod. Vit., nr 396, 6 V 1409, ubi de Vitoldo a Marcuardo commendatore contumelia affecto narratur, cf, etiam p. 1010, 1033.

⁴²⁷ Huius facti diem solus Dlugossius tradidit. Tertius etiam Crucifer Iurge Marszalk dictus, magistri generalis socius, securi percussus est (Cod. Vit., p. 1010, 1033). *Banderia*, nr 41, p. 233–224; Ekdahl, p. 117–126, ubi traditum est commendatorem Marcuardum de Salzbach et Fridericum Schönberg advocatum episcopatus Sambiensis a Dlugossii patre captos esse. Quae tamen magni momenti mentio in *Annalibus* a Dlugossio omissa est. De supplicio Iurge Marszalk copiose narravit Ekdahl, a cuius sententia Nadolski discrepat, *Grunwald*, p. 212–215. In *Cronica conflictus* nulla mentio de supradicto supplicio invenitur. Morąg opp. in Prussia orientali situm.

⁴²⁸ Fortasse lacus Mielno, v. Nadolski, *Grunwald*, p. 195–196.

⁴²⁹ Quae sicut multa alia ad pugnam pertinentia Dlugossius a Sbigneo Oleśnicki didicisse videtur.

⁴³⁰ Rex haud longe a Polonorum aciebus stetisse videtur, cum voce viva, donec obtunderetur, milites ad pugnandum incitare posset.

⁴³¹ Stanislaus, Staniec Boguta, Bogutae ministerialis iudicialis f., ministerialis a. 1398–1431, in familia Casimiriae habitante natus, cuius socii videlicet Stanislaus, Andreas, Boguta, Iacobus et Wenceslaus eo tempore munere ministerialis fungebantur (KSN; MSHG Cracoviae).

⁴³² Genus quoddam reliquiarii in pectore gestati, posteriore tempore loricam pectus tegentem significabat. De quo reliquiario v. *Rozbiór* I, p. 117.

⁴³³ De quo Iurga nihil certi scimus.

⁴³⁴ Vulgata Ps. 88, 11.

⁴³⁵ Quod posteriores quoque rerum gestarum scriptores Poloni Dlugossium secuti crediderunt. Polonorum exercitus unum diem post pugnam commissam a pugnando pausavit neque ante diem 18 VII, Castrum Mariae capere potuit. In *Cronica conflictus*, p. 29, exercitum Polonorum tres dies eo loco, quo pugna commissa erat, mansisse traditum est. Henricus de Plauen cum suis copiis 18 VII Castrum Mariae intravit. Cf. adn. 471.

⁴³⁶ Haec prius facta sunt quam supra narrantur, ubi iam dies 18 VII commemoratus est. In *Cronica conflictus*, p. 30, dies, quo corpus magistri generalis inventum esset non est statutus („His autem diebus...”) sed traditum est regem magistri generalis corpus quaeri iussisse. A. 1411 capella BMV dicata prope locum quo magister generalis cecidit, aedificata iam saec. XVI diruta, a. 1720 destructa est (R. Odoj, *Kaplica na polach Grunwaldu*, KMW 1962, p. 737 n.; S. Kwiatkowski, *O zapomnianym programie ideowym kaplicy grunwaldzkiej w latach 1410–1414*, in: *Studia grunwaldzkie*, t. 1, p. 57–63). De loco, quo magister generalis et milites sepulti sunt prius autem acriter pugnatum est, nuper scripsit Nadolski, *Grunwald*, p. 190–190; idem, *Grunwaldzkie i pogrunwaldzkie losy Mistrza Ulryka*, in: *Kultura średniowieczna i staropolska*, Warszawa 1991, p. 477–481.

⁴³⁷ Stanislaus Bolemiński vel Wolemiński, de Boluminek magistri generalis cubicularius, Societatis Vipereae sodalis, qui a. 1409–1413 occurrit. Cum a Polonis captus esset, sese in servitium

Vladisłai Jagellonis dedit et pro meritis villa Płowce a rege muneratus est (S. M. Kuczyński, *O miejscu zgonu w. mistrza i kilku sprawach innych*, KMW 1960, p. 153–161; SHGCh, p. 10; A. Czacharowski, *Opozycja rycerstwa ziemi chełmińskiej w dobie Grunwaldu*, p. 83–84, 87, 89–90). Boluminek, villa in terra Culmensi, 9 km ad NE ab opp. Fordon distat.

⁴³⁸ Plura de magistri generalis corpore in Castrum Mariae remisso in *Cronica conflictus*, p. 30 accuratius enarratur. Rex nonnullorum dominorum corpora remisit, quod etiam Pruthenorum fontibus confirmatur (SRPr. III, p. 317, 629); corpora eorum 19 VII 1410 sepulta sunt (*Rozbiór I*, p. 117–118; Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 408–409).

⁴³⁹ Tymbark opp., fortasse idem atque opp. Stębark. *Cronica conflictus*, p. 30, clarissimos Polonorum et Cruciferorum milites in ecclesia quae a. 1410 prope pugnae commissae locum exstabat, sepultos esse narrat.

⁴⁴⁰ Temporibus Długossii villa Jakubow prope opp. Jędrzejów sita ad familiam nobilem Jakubowski de domo Róża pertinebat, cuius consanguinei in finitimis villis habitabant. Fortasse in pugna ad Grunwald commissa Ninognievus de Jakubów, Dalechów et Łścin cecidit, quia a. 1416 vidua eius nomine Wichna occurrit (SHGK II, p. 201; MSHG Cracoviae).

⁴⁴¹ Imramus Senior vel Antiquus de Czulice, cui insigne Czewoja erat, a. 1381–1410 occurrit. Uxor eius Piechna alias Petrumilla a. 1410–1429 vidua occurrit (SHGK I, 476–477). Czulice, villa in palat. Crac., 10 km ad SW ab opp. Proszowice distat. Długossium numerum militum Polonorum in pugna occisorum ignoravisse ex eo patet, quod ex duodecim militibus duo solummodo milites nominatim enumerantur. Ipse enim rex in litteris 16 VII 1410 ad reginam Annam datis retulit se paucos milites amisisse (Biskup, *Grunwaldzka bitwa*, p. 107–108).

⁴⁴² De Ioanne de Wende mortuo commendatore Gnevensi, v. SRPr. III, p. 317.

⁴⁴³ De missis celebratis etiam *Cronica conflictus*, p. 29, sed ibi nihil de convivio legitur.

⁴⁴⁴ Utrumque principem e vinculis 8 VI 1411 (non 3 VII) liberatum esse litteris Vladisłai regis datis docemur. In qua servitute plus quam novem mensibus post pacem Torunii 1 II 1411 factam, tenebantur (M. Pelech, *W sprawie okupu za jeńców krzyżackich z wielkiej wojny (1409–1411)*, ZH, LII, 1987, p. 132, 147).

⁴⁴⁵ Hic de munere vexilliferi Dobrinensis ante a. 1406 a Cruciferis nominato, qui terram Dobrinensem a. 1392–1405 occupaverunt. T. Żebrowski, *Pochodzenie i genealogia rodziny Zielńskich herbu Świnka ze Skępego do początku XVII w.*, „Notatki Plockie”, 1981, nr 4 p. 18–20 putat eum vexilliferum Petrum de Niechlanin de Świnka fuisse; qui post a. 1405 hoc munere fungi destitit. J. Bieniak, *Elita ziemi dobrzyńskiej w późnym średniowieczu i jej majątki*, in: *Stolica i region Włocławek i jego dzieje na tle przemian Kujaw i ziemi dobrzyńskiej*, Włocławek 1995, p. 44–45, affirmat Petrum Świnka vexilliferum Dobrinensem non fuisse. Hoc enim munere primum a. 1399–1402 Nicolaus de Trutow a Cruciferis nominatus, postea Ioannes de Raszow a rege non approbatus, fungebantur.

⁴⁴⁶ Ianussius I dux Masoviensis medio a. 1393 in opp. Złotoria ad fl. Narew sito, a Cruciferis captus, Vladislao Jagellone interveniente liberatus est (*Lites I*, p. 127; B. Sobol, PSB X, p. 582). An iterum in carcerem circa 1404 coniectus sit, non est certum.

⁴⁴⁷ Conradus, Casimiri Iusti et Helenae f. ducis Rutheni f., dux Masoviensis, Cuiaviensis, Lanc., Crac. 1202–1247, obiit 31 VIII 1247 (J. Mitkowski, PSB XIII, p. 584–586). De Cruciferis a Conrado arcessitis Dlugossius copiose ad a. 1230 narravit.

⁴⁴⁸ Cruciferorum in bello captivorum catalogi non exstant. Quorum nonnulla tantum nomina nota sunt (M. Pelech, *W sprawie okupu za jeńców krzyżackich*; Nadolski, *Grunwald*, p. 182; *Rozbiór* I, p. 119). Polonorum autem qui a. 1409–1411 in captivitate redacti sunt catalogus asservatus est (Biskup, *Z badań*, p. 694–712).

⁴⁴⁹ Ioannes de Oleśnica, cui insigne Dębno erat, ep. Crac. Sbignei pater, cap. Vilmensis 1390–1392, tribunus Lub. ab 1404, cap. Lanc. 1397–1404, iudex Crac. ab 1405, obiit 21 I 1413 (ULS, p. 87; UM, p. 351; A. Kornecka-Trafas, PSB XXIII, p. 763–764). Oleśnica, villa in palat. Sand., 9 km ad NE ab opp. Stopnica distat.

⁴⁵⁰ Przedborius de Przechody, cui insigne Zadora erat, a. 1400–1414 occurrit; solummodo apud Dlugossium subcapitaneus Crac. dicitur. Hoc munere certe auctoritate cap. Crac. Sbignei de Brzezie patruis sui patruelis haud dubio fungebatur (SPPP VIII, nr 9803, 10529; KDW VIII, nr 803 et 844; MSHG Cracoviae). Przechody, nunc Przychody, villa in palat. Crac., 6,5 km ad NE ab opp. Pilica distat.

⁴⁵¹ Id est 11 XI 1410.

⁴⁵² Venceslaus de Donin in Bohemia occidentali, qui insigni Ielenie Rogi utebatur, heres in Grabstein, ante 1428 obiit (OSN V, p. 854).

⁴⁵³ Książ Wielki opp., nunc villa in palat. Crac., districtus sedes.

⁴⁵⁴ Ex epistulis a rege Cracoviam missis epistulae ad reginam Annam et Nicolaum Kurowski archiep. Gnesn. datae, asservatae sunt. Praeterea binae litterae e loco pugnae 16 VII ad ep. Posn. Albertum Jastrzębiec nec non ad praefectum et consules Torunenses missae, de quibus Dlugossius nihil narrat, notae sunt (Ekdahl, *Tannenberga*, p. 127–132, 162, 177).

⁴⁵⁵ Aquila in vexillo episcopatus Pomesaniensis in *Banderiis*, nr 8 descripta est.

⁴⁵⁶ Olsztyn sive Olsztynek, opp. et arx in Prussia orientali ad SW ab opp. Olsztyn sita et regi Polonorum subiecta, quod adnotatione in epistula regis ad ep. Posn. Albertum Jastrzębiec facta, confirmatur (SRPr. III, p. 425–426). Ad Castrum Mariae iri non poterat, nisi per opp. Olsztynek, ubi 18 VII 1410 rex Poloniae commorabatur (Gaşiorowski, *Itinerarium*, p. 55). De castris imperio regis subiectis, v. *Cronica conflictus*, p. 30–31, et *Rozbiór* I, p. 119.

⁴⁵⁷ Ioannes Kretkowski, cui insigne Dolega erat, pincerna Dobrinensis ab 1412, cast. Rippinensis ab 1418, Dobrinensis ab 1430, cap. Radomiensis 1432, obiit 1435 (UM, p. 300, 340; Z. Guldon, PSB XV, p. 282; ZDM II, nr 441; Lasocki, *Dostojnicy*, p. 40, 56).

⁴⁵⁸ Hic Dlugossius errat, nam ep. Varmiensis a. 1401–1415 fuit Henricus Heilsberg de Vogelsang, obiit 4 VI 1415, cui Ioannes Abezyer successit, qui 11 II 1424 obiit (S. Achremczyk, R. Marchwiński, J. Przeracki, *Poczet biskupów warmińskich*, Olsztyn 1994, p. 48–58). Episcopatus Varmienensis in potestate Sedis Apostolicae fuit, Ordo tamen multum ad munus ep. deferendum valuit. Ep. Varmiensis suum banderium ad Grunwald non misit (B. Leśniadorski, *Dominium warmińskie*, Poznań 1949, p. 10–20; A. Szorc, *Dominium warmińskie 1243–1772*, Olsztyn 1990).

⁴⁵⁹ Lacus Olstinensis unus ex lacubus inter opp. Morağ et Olsztynek sitis esse videtur. Inter quos enumerantur: Linówko, Isąg, Loby, Szelağ Wielki, Gil et Ruskie. In opp. Olsztynek litterae a rege 18 VII 1410 editae sunt (KDW V, nr 163).

⁴⁶⁰ De quadraginta milibus florenorum solvendis Długossius supra ad eundem a. narravit. De his rebus cf. *Rozbiór* I, p. 98.

⁴⁶¹ De opp. Morağ subiecto, cf. SRPr. III, p. 400, et de aliis opp. et castris, cf. *Rozbiór* I, p. 120–121.

⁴⁶² Lacus Czolpie, unus est ex lacubus inter opp. Morağ et Dzierzgoń sitis. Inter quos lacus Sambrat, Piniewo et Sasiny noti sunt.

⁴⁶³ Przezmark, Pruski Targ, vicus nundinus, nunc villa, 7 km ad E ab opp. Dzierzgoń Sary in Prussia orientali sita.

⁴⁶⁴ Mroczslaus, Mroczek de Lopuchów, cui insigne Laska erat, a. 1412 propter damna tempore belli nec non in deditioe arcis Przezmark in Prussia accepta regem accusavit. A. 1416–1426 tenentarius in Powidz et a. 1420–1424 in Babimost fuit, ante 1429 obiit (A. Gaşiorowski, PSB XXII, p. 180; SHGP III, p. 50–54). Łopuchowo, villa in palat. Posn., 7 km ad NE ab opp. Murowana Goşlina distat.

⁴⁶⁵ Ioannes Socha, qui insigni Nałęcz utebatur, notarius regius, fortasse Ioannis Fortuna subiudicis Zakroczymsiensis f. (Sulkowska-Karasiowa, *Dokumenty*, p. 253; Krzyżaniakowa I–II).

⁴⁶⁶ Lacus Dolsztyn, Dollstät, nunc desiccata pars lacus Drużno, qui tunc temporis usque ad vicus Nowe et Stare Dolno ad N ab opp. Dzierzgoń extendebatur. Dzierzgoń, Kiszpork, Christburg, opp. et castrum in Prussia situm. Quo modo res spoliatae ex castris deportatae sint, perfunctorie in SRPr. III, p. 321, explicatur, cf. etiam *Rozbiór* I, p. 121.

⁴⁶⁷ *Katalog Zabytków Sztuki w Polsce*, t. III, z. 11, Warszawa 1962, fig. 293, refert crucem gothicam priore saec. XV confectam esse. Statui tamen non potest, utrum ad Grunwald 1410 capta et dono ecclesiae BMV tradita sit, an non.

⁴⁶⁸ Sary Targ, villa ad fl. Liwna in Prussia sita. Lacus Sary Targ exeunte saec. XIX ad dessicandum destinatus (*Słownik Geograficzny Królestwa Polskiego*, XI, 1890, p. 274).

⁴⁶⁹ Castrum Mariae, Malbork incendio conflagratum esse fontibus Cruciferorum confirmatur, ubi tantum de magnis damnis ab exercitibus Polonorum, Lithuanorum, Tartarorum in ea regione illatis agitur (SRPr. III, p. 320).

⁴⁷⁰ Grinhau parvus lacus ad S a lacu Dąbrówka situs esse videtur, qui nomen a villa Grunowi, Grunau (Grünhagen in tabula geographica Prussiae a. 1776 edita) ad lacum Dąbrówka sita, duxisse videtur. Lacus Grinhau etiam idem atque lacus Dąbrówka putatur, cf. *Polska Jana Długosza*, red. naukowy H. Samsonowicz, Warszawa 1984, p. 249 adn. 210.

⁴⁷¹ Regem ad Castrum Mariae 25 VII 1410 advenisse et exercitum Polonorum, Lithuanorum et Ruthenorum ibi collocatum esse traditum est in fontibus Cruciferorum, ubi etiam de Tartaris sermo est (SRPr. III, p. 320). Henricus de Plauen admonitione 22 VII edita adhortabatur, ut omnes milites Christianorum Castro Mariae ab exercitu regis Poloniae et copiis magni ducis Lithuaniae obsesso auxilio venirent. M. Biskup opinatur magnum exercitum Polonorum et

Lithuanorum iam prius ad Castrum Mariae accessisse (21 VIII) et extemplo id obsedis, priusquam illuc Vladislaus Jagello venit (M. Biskup, *Echa bitwy grunwaldzkiej i oblężenie Malborka w niemieckiej gałęzi Zakonu Krzyżackiego w lecie 1410 roku*, KMW, nr 4, 1983, p. 455—460).

⁴⁷² De exercitu per fl. Nogat (Vistulae ostium a Dlugossio appellatum) traducto, agitur. Zolawa, Żuławy, insula ad Gedanum sita, inde a saec. XIII ad Ordinem pertinebat.

⁴⁷³ De detrimentis a tormentis bellicis Polonorum praecipue in regione circa castrum sita et in castro medio factis, cf. SRPr. III, p. 320. De fontibus ad obsidionem Castri Mariae pertinentibus, v. *Rozbiór* I, p. 125.

⁴⁷⁴ Quae accuratius enarrata sunt in Cruciferorum fontibus, ubi maiora opp. et nonnulla eorum castra videlicet: Torunium, Gedanum, Elbinga, Brodnica, Świecie, Dzierzgoń, Ostróda, Radzyń et Sztum enumerantur. In aliis fontibus plura oppidorum et castrorum nomina leguntur. Regiomontium nusquam commemoratur (*Rozbiór* I, p. 122). Oppidorum enumeratio quae in *Annalibus* invenitur a Cruciferorum fontibus discrepat.

⁴⁷⁵ Iterum Dlugossius nomen ep. Varmiensis perperam tradidit v. adn. 458.

⁴⁷⁶ Ep. Pomesaniensis non Henricus, sed Ioannes Rymann alias Kinwang fuit, qui munere can. Pomesaniensis inde ab 1379 fungebatur, decretorum doctor universitatis Pragensis 1387, praepositus Pomesaniensis 1388—1393, consiliarius magistri generalis ab 1393, ep. Pomesaniensis ab 1409, obiit 4 IX 1417 (J. Wenta, SBPN II, p. 276). A. 1409 Gregorius XII papa Henricum de Schauenburg ep. Pomesaniensem nominavit, qui tamen hanc dignitatem non suscepit et demum 1414 ep. Sambiensis nominatus est (Eubel I, p. 405).

⁴⁷⁷ Non Ioannes Rymann, sed Henricus Heilsberg de Seelfeld a. 1395—1414 munere ep. Sambiensis fungebatur, qui 22 I 1414 obiit (Eubel I, p. 433).

⁴⁷⁸ De homagio ep. Arnoldi, v. Dogiel IV, p. 84. Acta ep. Pomesaniensis Ioannis Rymann et ep. Sambiensis Henrici Heilsberg de regestis cognovimus (*Inventarium omnium et singulorum privilegiorum...*, in *archivo Regni in arce Crac. continentur*, ed. E. Rykaczewski, Lutetiae Parisiorum 1862, p. 75—76).

⁴⁷⁹ Patrus de Oleśnica, Krzyżanowice et Sienna, cui insigne Dębno erat, Sbignei ep. Crac. frater, venator Sand. ab 1423—1455, marsalcus curiae regis (UC, p. 190; UM, p. 183). Oleśnica, villa in palat. Sand., 9 km ad NE ab opp. Stopnica distat. Krzyżanowice, villa in palat. Sand., 4 km ad N ab opp. Ilża distat. Sienna, opp. in palat. Sand. situm.

⁴⁸⁰ Vincentius Bellovacensis, Ordinis Praedicatorum frater, consiliarius Ludovici IX regis Francogalliae, obiit 1264. Qui Speculum Maius, in tres partes divisum (Speculum naturale, doctrinale, historicale), 31 libris constans, quo omnes artes et litterae tunc temporis florentes explicantur, composuit. Quod opus in bibliotheca capituli Crac. non exstat, tamen Scripturae Sanctae liber unus a duce Brunsvicensi Luther commendatore Dzierzgoń, Christburg, postea magistro generali 1331—1335, a. 1410 dono ecclesiae cathedrali Crac. donatus (I. Polkowski, *Katalog rękopisów kapitulnych katedry krakowskiej*, Kraków 1884, p. 53; E. Potkowski, *Monarsze dary książkowe w polskim średniowieczu — pogrunwaldzkie dary Jagielly*, in: *Ojczyzna bliższa i dalsza*.

Studia historyczne ofiarowane Feliksowi Kirykowi w sześćdziesiątą rocznicę urodzin, Kraków 1993, p. 359 — 362).

⁴⁸¹ Petrus Wągl cap. Dersoviensis una cum praesidio Dersoviensi in catalogo captivorum ad commutandum destinatorum a. 1411 enumeratur (Biskup, *Z badań*, p. 701—702). A. 1397 in fontibus miles Petrus Wangel de Brigow in curia Sigismundi Luxemburgensis occurrit (Engel, p. 421). Fortasse idem atque Petrus Wągl (Wangl, Wagl) quondam de Sobowice heres et tenutarius in Ochonin a. 1448—1449 fuit (APK, *Castr. Crac.* 4, p. 459; *Terr. Crac.* 13, p. 291, 299; 147, p. 191). Sobowice, villa in palat. Crac., 15 km ad SE ab opp. Iędrzejów distat.

⁴⁸² Grabiny, castrum prope Gedanum situm.

⁴⁸³ Długossius recte de ipso opp. Gedanensi scribit, nam castrum a Cruciferis tenebatur. Ianussius de Tuliszkowo Gedanum 7 VIII a. 1410 ingressus et magno cum gaudio a civibus acceptus est (*Historia Gdańska*, pod red. E. Ciesłaka, t. I *do roku 1454*, Gdańsk 1978, p. 480—485).

⁴⁸⁴ Albertus (apud Długossium Paulus perperam dictus) de Wszeradowo, cui insigne Paluka erat, cast. Camienecensis ab 1386, palat. Cal. ab 1424, obiit 1427 (UW, p. 199). Wszeradowo, nunc Szaradowo, villa in Pałuki in palat. Cal., 12 km ad SW ab opp. Szubin distat.

⁴⁸⁵ Vincentius de Granowo post 18 VIII et ante 9 XII 1410 obiit. Munere cast. Naclensis Matthias Kot de Dębno tunc temporis fungebatur (UW, p. 138).

⁴⁸⁶ Więclaw, castrum et opp., nunc opp. Unisław prope Torunium situm.

⁴⁸⁷ Starogard Gdański, Castrum Antiquum, opp. et castrum ad S a Gedano situm. De s. Barbarae capite Długossius in libro VII sub a. 1243 scripsit.

⁴⁸⁸ Moście, Moszczizius de Stęszew, qui insigni Łodzian utebatur, cast. Posn. ab 1400, obiit 1425 (UW, p. 199; A. Gąsiorowski, *PSB XXII*, p. 135—137; A. Gąsiorowski, *WSB*, p. 497—498). Stęszew, villa, postea opp., in palat. Posn. situm.

⁴⁸⁹ Golub, castrum et opp. ad fl. Drwęca in terra Culmensi situm.

⁴⁹⁰ Niemsta de Szczytniki, cui insigne Jastrzębiec erat, qui a. 1383—1416 occurrit (MSHG *Cracoviae*). Szczytniki, villa in palat. Crac., 5,5 km ad N ab opp. Proszowice distat.

⁴⁹¹ Niborg, Nidbork sive Nidzica opp. et castrum in Prussia orientali ad NE ab opp. Działdowo sita.

⁴⁹² Ioannes Kretkowski in indice captivorum ad commutandum a. 1410—1411 destinatorum cap. de Bratian appellatur (Biskup, *Z badań*, p. 702—703). Antea tenutarius opp. Olsztyn factus est.

⁴⁹³ Kowalewo Pomorskie, opp. et arx prope opp. Golub in terra Culmensi sita.

⁴⁹⁴ Bytów, opp. et arx in Pomerania Gedanensi sita.

⁴⁹⁵ Czarne, Hammersztyn, opp. et arx ad W ab opp. Człuchów sita.

⁴⁹⁶ Boguslaus VIII, Boguslai V et f. ducis Brunsviciensis Adelaidis f., circa 1363/1364 natus, dux Antiqui Castri ab 1377, 1387—1398, vasallus Bythoviensis 1410, obiit 11 II 1418 (Dworzaczek, *Genealogia*, tab. 18; K. Górski, *PSB II*, p. 205). Eo tempore dux Stolpensis non Boguslaus, sed Ericus I eius fratris f. fuit.

⁴⁹⁷ Litteris Iagellonis 29 VIII 1410 prope Castrum Mariae, Malbork editis terra Bythoviensis iure feudali Boguslao duci donata est (*Lites II*, nr 61).

⁴⁹⁸ Casimirus dux Stetinensis, de quo iam supra sermo erat, nepos germanus Boguslai VIII ducis Antiqui Castri fuit. De eo duce liberando, v. adn. 444.

⁴⁹⁹ Petrus Chelmski de Chelm, cui insigne Ostoja erat, burgravius Crac. 1418–1439, cap. in Nova Civitate Korczyn 1430–1432, magister coquinae reginalis 1434–1435, magister curiae regiae 1437–1440, cast. de Polaniec, Polanicensis ab 1441, obiit 1446 (UM, p. 325; PSB III, p. 285–286; SHGK I, p. 334–336). Cui fratres fuerunt: Hanek qui a. 1404–1442 occurrit et Nicolaus Probolowski vicecapitaneus Crac. 1424–1425, procurator generalis Crac. 1439–1440 (UM, p. 325; SHGK I, p. 334–336). Chelm, villa in palat. Crac., 6,5 km ad W a medio civitatis Crac. sita, nunc pars urbis in vico Krowodrza dicta.

⁵⁰⁰ Holland, Preussisch Holland, nunc Pasłek, opp. et arx in Prussia sita. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 461–462, recte animadvertit Vladislaum regem Vitoldo septentrionalem Prussiae partem tradidisse, quae eo tempore nondum eius dicionis erat. V. Cod. Vit., nr 459.

⁵⁰¹ Ioannes Tumigrała, cui insigne Wczele erat, scribae Gnesn. Nicolai Tumigrała de Siekowo frater, qui a. 1417–1445 occurrit (A. Gašiorowski, *Urzednicy wielkopolscy*, index; S. Kozierowski, *Obce rycerstwo w Wielkopolsce XIII–XIV w.*, Poznań 1929, p. 167; idem, *Ród Wczeliczów*, „Miesięcznik Heraldyczny”, VIII, 1915, p. 151). Siekowo, villa in palat. Posn., 8 km ad S ab opp. Wielichowo distat.

⁵⁰² De Hinczka Bohemo nihil certi scimus.

⁵⁰³ Sztum, Stuma, opp. et arx in Prussia ad S a Castro Mariae sita.

⁵⁰⁴ Hic certe de opp. Człuchów agitur, quod a Vladislao rege Boguslao duci traditum non est (Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 125).

⁵⁰⁵ Memel sive Klajpeda in Prussia orientali ad ostium fl. Niemen in sinum Zalew Kuroński dictum influentis, situm.

⁵⁰⁶ Quo de foedere nihil scimus. Cives Gedanenses privilegio regali 5 VIII 1410 accepto cast. Ianussium de Tuliszkowo in urbem 7 VIII 1410 introduxerunt, cui regis vicario fidem suam promitterent. Arx tamen in Ordinis dicione mansit. In arce commendator Ioannes de Schönfeld commorabatur, cum quo sine eventu consilium civitatis de arce tradenda agebat. Cum Poloni secunda parte mensis Septembris ab oppugnatione arcis Castri Mariae destitissent, cives Gedanenses iuramentum magno commendatori Henrico de Plauen facere debuerunt (*Historia Gdańska*, t. I, p. 482–485; T. Jasiński, *Spory i konflikty miast z komturami krzyżackimi*, in: *Zakon krzyżacki a społeczeństwo państwa w Prusach*, zbiór studiów pod red. Z. H. Nowaka, Toruń 1995, p. 63–65).

⁵⁰⁷ Henricus de Plauen, Henrici de Plauen commendatoris de Świecie, magni magistri generalis frater, commendator Gedanensis a mense Novembri 1410–1413, procurator Lochstāt prope Regiomontium inde ab 1414 nec non in Barciany 1424–1434 (*Berichte* II).

⁵⁰⁸ Hic non de Hermanno, sed de Conrado de Vietinghoff magistro Livoniae 1401–1413 agitur (*Chronologia*, pod red. B. Włodarskiego, Warszawa 1957, p. 444).

⁵⁰⁹ Propter magistri Conradi morbum, exercitui Livoniae marsalcus Bernardus de Hevelmann et commendator quidem Goldyngae praefuerunt. Hi exercitus circa 25 VIII 1410 Regiomontium pervenerunt. Conradus de Vietinghoff litteris 10 X 1410 ad Conradum de Plauen missis certiore

eum fecit se mense Novembri in Prussiam perventurum esse. Qui mense Decembri cum rege Iagellone paciscebatur, postea una cum magistro Conrado de Eglofstein partes Ordinis in condicionibus pacis statuendis agebat (J. Kostrzak, *Stanowisko inflanckich władz zakonnych wobec wojen polsko-krzyżackich w latach 1409–1422*, ZH, 39, 1974, p. 14–20).

⁵¹⁰ Pasłęka, Passarge fl. quod in Magnum Lacum influit. Copiae ducis Vitoldi et marsalci Bernardi de Havelmann 8 IX 1410 convenerunt (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 483).

⁵¹¹ Sudavia sive terra Iatvingorum ad E a Prussia, in confinio veterum terrarum Lithuaniae et Russiae Nigrae patet. A. 1409 — in Samogitia seditionem contra Ordinem ortam esse a Dlugossio docemur.

⁵¹² De foedere 8 IX 1410 clam facto nihil scimus. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 483–487, Vitoldum proditorem fuisse negat et marsalci Livoniae litteras 8 IX 1410 ad Henricum de Plauen missas affert, ubi de indutiis quattuordecim dierum inter regem, ducem Vitoldum et duces Massoviae ex una et Cruciferos ex altera parte factis, scribitur (*Rozbiór I*, p. 124).

⁵¹³ Plebanus Gedanensis idem atque Bartholomeus de Boreszewo decanus capituli Fraumbergensis est, qui usque ad 1412 in fontibus occurrit (*Rozbiór I*, p. 124). Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 440, 474–475, haec in dubiis posuit.

⁵¹⁴ Id est 8 IX 1410.

⁵¹⁵ Id est 11 IX 1410. De Vitoldi discessu, v. *Rozbiór I*, p. 124.

⁵¹⁶ Nuntii de copiis Hungarorum in terras Regni Poloniae ingressuris divulgabantur. Hungarorum incursus in Poloniam tempore autumnii factus est, de quo Dlugossius infra refert.

⁵¹⁷ Anna de Kraśnik, Dimitri de Goraj, cui insigne Korczak erat, subthesaurarii et marsalci Regni Poloniae f., ab 1410 Andreae de Tęczyn cast. Voiniciensis uxor, ante 1438 obiit (J. Kurtyka, *Tęczynscy. Studium z dziejów polskiej elity możnowładczej w średniowieczu*, Kraków 1997). Kraśnik, opp. in palat. Lub. situm.

⁵¹⁸ Utrum rex re vera 19 IX 1410 cum maxima exercitus parte a Castro Mariae discesserit, incertum putamus cf. *Rozbiór I*, p. 125. Commoratio regis 26 VII–16 IX 1410 prope Castrum Mariae aliis fontibus confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 55).

⁵¹⁹ Id est 19 IX 1410. Kwidzyn, opp. in Prussia in dextra Vistulae ripa situm.

⁵²⁰ Hanek Chelmski (non Chelinski) v. adn. 238. Stanislaus Kanimir de Tuchowiec et Kunraccice, cui insigne Zgraja erat, succamerarius Chelmensis 1432–1464 (UB, p. 170, 240; ZDM III, nr 665; V, nr 1391). Kunraccice, nunc Kornaccice, villa in palat. Sand., 2 km ad N ab opp. Opatów distat. Tuchowiec, villa, ab 1430 opp., postea iterum villa in palat. Lub., 12 km ad SW ab opp. Łuków distat (SHGL, p. 246).

⁵²¹ Ioannes Goly de Obichów, Gołuchów et Strzałków, cui insigne Wieniawa erat, f. Ivani de quo supra sermo erat, subpincerna Posn. 1431–1437 (UW, p. 184; SHGP II, p. 133 v. adn. 5, 134). Obichów, nunc Obiechów, villa in palat. Crac., 32 km ad SW ab opp. Iędrzejów sita. Gołuchów, villa in palat. Cal., 15 km ad NW a Calissia distat. Strzałków, villa in palat. Cal., 26 km ad NE a Calissia distat.

⁵²² Pacossius Bystrzanowski, qui insigni Amadej utebatur, heres de Bystrzanowice 1415–1425, scultetus hereditarius de Pobiednik 1426–1430 (SHGK I, p. 307–308; MSHG Cracoviae). Byst-

rzanowice, villa in palat. Crac., 7 km ad NW ab opp. Lelów sita. Pobiednik, villa in palat. Crac., 19 km ad NE a medio civitatis Crac. distat.

⁵²³ Petrus Cebrowski de Ceber et Żabokruki, cui insigne Olobok erat, aulicus regius 1410–1444 (ZDM VII, nr 1921; VIII, nr 2273, 2276, 2364, 2381, 2422, 2432, 2469). Ceber, villa in palat. Sand., 19 km ad SW ab opp. Opatów. Żabokruki, villa in terra Russiae, 13 km ad SE a villa Bóbrka sita.

⁵²⁴ Bieniassius, Bieniek Goworzyński de Goworzyna, qui insigni Dębno utebatur, usque ad 1427 in fontibus occurrit (KDM IV, nr 1249; MSHG Cracoviae; Boniecki VI, p. 364–365). Goworzyna, nunc Gaworzyna, villa in palat. Sand., 5 km ad NW ab opp. Ilza distat.

⁵²⁵ De Bartossio de Trembowla nihil certi scimus. Trembowla, opp. in terra Russiae situm.

⁵²⁶ Długossius nomen ep. Henrici loco Ioannis perperam iterum attulit.

⁵²⁷ Dorothea de Mątowy, vidua, mulier mystica et fatiloqua 1347–1394, lorificis Gedanensis Albrechti uxor inde ab 1390 vidua, beatorum numero 1976 ascripta est (J. Wenta, SBPN I, p. 345; S. Kwiatkowski, *Wpływ doktryny Jana Taulera na hagiograficzną sylwetkę Doroty z Mątowów w piśmiennictwie Jana z Kwidzyna*, in: *Balticum*, p. 189–196). Mątowy Wielkie, villa in Pomerania, 12 km ad SW a Castro Mariae distat.

⁵²⁸ Id est 27 IX 1410.

⁵²⁹ Lacus Gardeja in Prussia prope opp. Kwidzyn situs desiccatus est. Eodem nomine opp. Gardeja, Garnsee, 14 km ad S ab opp. Kwidzyn situm, appellatum est.

⁵³⁰ Henricus de Plauen 9 XI 1410 magister generalis Ordinis electus est; quam dignitatem tribus annis gessit (SRPr. II, p. 396).

⁵³¹ Chomutov, villa in Bohemia septentrionali meridionalique sita. De venditionis contractu nihil certi scimus.

⁵³² Lacus Melno inter villas Melno et Slup, 5 km ad NE ab opp. Radzyń Chelmiński in terra Culmensi situs est (SHGCh, p. 77).

⁵³³ Nomen eius, qui arcem Radzyń obsidebat oppugnabatque in *Annalibus* desideratur.

⁵³⁴ Vicecommendator arcis in Radzyń fortasse Nicolaus de Melyn fuit, qui in diplomate 8 V 1409 edito occurrit (W. Ziesemer, *Das Grosse Ämterbuch des Deutschen Ordens*, Danzig 1921, p. 563).

⁵³⁵ De arcis Radzyń expugnatione, cf. SRPr. III, p. 322, 324.

⁵³⁶ Ioannes Žižka de Tročnov, celeberrimus tempore belli Husitarum dux gente nobilis, artis bellicae et rerum militarium peritus, obiit 1424 (OSN XVIII, p. 870 n.: F. M. Bartoš, *Čechy w době Husově (1378–1415)*, Ceske dějiny II/6, Praha 1947, p. 344; Biskup, *Z badań*, p. 687; F. Šmahel, *Husitská revoluce*, I, Praha 1993, p. 274).

⁵³⁷ Angelus de Šumperk sive Rakovec (in Bohemia meridionali) una cum Ioanne Žižka expeditioni praedatoriae in partibus Bohemiae meridionalis intererat, Husitarum ductor celebris (Goll, p. 122). Angelus Andély familiam de Lipé, quae villam Rakovec iure hereditario possidebat significare videtur (OSN XVIII, p. 953).

⁵³⁸ S. M. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 440, errorem a Długossio factum correxit: magnus exercitus Polonorum per opp. Wąbrzeźno, non per opp. Rogoźno iter fecit.

⁵³⁹ Id est 24 IX 1410.

⁵⁴⁰ Ciechocin, villa in Cuiavia in terra Dobrinensi in ripa sinistra fl. Drwęca, 12 km ad SW ab opp. Golub sita.

⁵⁴¹ Id est 25 IX 1410.

⁵⁴² Przypust, villa in Cuiavia, 5 km ad N a Nessovia, Nieszawa distat. Rex ibi 25 et 26 IX 1410 erat, non quinque dies eo loco commorabatur, nam 27 IX in opp. Raciąż (Raciążek) venit.

⁵⁴³ Hic Dlugossius perperam iter a rege factum descripsit: rex enim in villa Przypust 25 IX manebat, inde 27 IX discessit, in villa Raciąż 27 IX, Torunii 28 IX et Nessaviae inde ab 28 IX usque ad 4 X 1410 commorabatur.

⁵⁴⁴ Id est 27 IX 1410.

⁵⁴⁵ Raciąż sive Raciążek Biskupi, villa in Cuiavia, 10 km ad NW a Nessavia, Nieszawa distat.

⁵⁴⁶ Id est 28 IX 1410.

⁵⁴⁷ Ps 70, 18. De opp. Torunio nullo defendente capto legitur in SRPr III, 486.

⁵⁴⁸ Mors eius nullis fontibus confirmatur, cf. Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 440 adn. 212.

⁵⁴⁹ Nicolaus Sokół de Lamberk, fractionis Taboritorum praefectus, obiit 1448, Iaroslaua una cum fratre a. 1431 occurrebat. Nicolai f. Taboritorum fractionem secuti sunt (J. Pilnáček, *Staromoravští rodové*, Wien 1930, p. 418; Goll, p. 122; cf. adn. 96).

⁵⁵⁰ Nicolaus Nostic significari videtur, miles nobili loco in Lusatia superiore natus, a. 1415 occurrit, iudicii curialis scabinus 1416, qui arcem Horka nuncupatam ad S ab opp. Rothenburg sitam, possidebat (W. Boetticher, *Der Adel des Görlitzer Weuchbildes um die Wende des 14. und 15. Jahrh.*, Görlitz 1926, p. 145).

⁵⁵¹ Id est 29, 30 IX et 1 X 1410.

⁵⁵² De castro et opp. Tuchola capto, v. SRPr. III, p. 323. Cruciferos opp. Tuchola dolo cepisse cum castrum acriter se defenderet putat Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 443.

⁵⁵³ Koronowo, opp. et monasterium Cisterciensium in Cuiavia situm. Cf. adn. 559.

⁵⁵⁴ Id est 4 X 1410.

⁵⁵⁵ Litteris diebus 2–24 X 1410 editis commoratio regis Iunivladislaviae confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 56).

⁵⁵⁶ Nakło, castrum et opp. palat. Cal., castellaneatus et capitaneatus sedes.

⁵⁵⁷ Działdowo, opp. die 24 IX 1410 captum est, cf. SRPr. III, p. 323; *Rozbiór* I, p. 127.

⁵⁵⁸ Nicolaus Synowiec de Warzęgów, Kocina et Rogów, cui insigne Stary Koń erat, burgravius Crac. ab 1437, obiit 1456 (SHGK III, p. 100 — a. 1412 villam Rogów emit; W. Bukowski, *Burgrabiowie krakowscy*, nr 59, textus in machina scriptoria excusus; MSHG Cracoviae). Warzęgów, villa in Silesia sita. Kocina, villa regia in palat. Sand., 9,5 km ad W a Nova Civitate Korczyn distat. Rogów, villa in palat. Crac., 6 km ad NW ab opp. Książ Wielki sita.

⁵⁵⁹ Opp. Koronowo ad f. Brda situm munitionibus carebat solaque loci natura defendi poterat (Z. Spieralski, *Bitwa pod Koronowem 10 X 1410 r.*, Bydgoszcz 1961, p. 60).

⁵⁶⁰ Id est 10 X 1410. Pugnae dies ad Koronowo commissae fontibus confirmatur, v. Kod. Lit., p. 118. Exercitus Cruciferorum Michaele Kűchmeister duce monte Lokietek dicto superato Polonos aggressus est (Z. Spieralski, *Bitwa pod Koronowem*, p. 61, 63).

⁵⁶¹ Thomas Szeliga de Września, cui insigne Róza erat, ab 1418 in fontibus occurrit, succamerarius Sir. ab 1423 usque ad 1438 (UŁS, p. 116; Gašiorowski, *Nad nowym wydaniem*, p. 125; ZDM VII, nr 1992, 2013). Września, villa in palat. Sir., 9 km ad SW ab opp. Łask distat.

⁵⁶² Nicolaus Dębicki de Dębica, qui insigni Gryf utebatur, a. 1407–1441 occurrit (MSHG Cracoviae). Dębica, opp. in palat. Sand. situm.

⁵⁶³ Brda fl., a sinistra in Vistulam influit. Monasterium Cisterciensium in opp. Koronowo ad Montis sancti Ioannis radices situm est.

⁵⁶⁴ Nowe Łąsko, postea Łąsko, villa in Cuiavia, 10 km ad NW ab opp. Koronowo distat.

⁵⁶⁵ Conradus Niemcz, Nymmicz vel Niemiec de Geersdorf miles Silesius, Sigismundi Luxemburgensis miles, a Polonis prope opp. Koronowo captus, in catalogo captivorum redimendorum a. 1411 enumeratus est. Qui cum iureiurando neglecto ad Cruciferos defecisset, a Ioanne Głowacz de Oleśnica ad singulare certamen a. 1422 provocatus est (Soldbuch, p. 19; Biskup, *Z badań*, p. 702; Cod. Vit., nr 1057).

⁵⁶⁶ Ioannes Szczycki, Szczytski de Szczyty, cui insigne Doliwa erat, usque ad a. 1424 in fontibus occurrit (J. Nowacki, *Gniazdo „Paniczat” Doliwów*, „Miesięcznik Heraldyczny”, X, 1917, p. 168). Szczyty, villa in Masovia, 10 km ad SE ab opp. Przybyszewo distat.

⁵⁶⁷ Ioannes Naszan de Ostrowce et Tarnowa Góra, cui insigne Topór erat, inde ab 1411 in fontibus occurrit, cap. episcopalis Sevieriensis 1446–1450, Slavecoviensis 1450 (ZDM III, nr 842; SHGK I, p. 833–834; MSHG Cracoviae; Fedorowicz, p. 223). Ostrowce, villa in palat. Sand., 6 km ad NE a Nova Civitate Korczyn distat. Tarnowa Góra, villa in palat. Crac., 5 km ad NE ab opp. Szczekociny distat.

⁵⁶⁸ Qui numerus occisorum a Długossio auctus est. In Michaelis Kűchmeister exercitu circa 3500 milites fuisse verisimile videtur, quorum in numero nobiliores circa 300 (Z. Spieralski, *Bitwa pod Koronowem*, p. 66).

⁵⁶⁹ Długossius, cuius relatio ad pugnam ad Koronowo commissam cognoscendam plurimum valet, pugnam hanc maioris momenti quam pugnam ad Grunwald commissam fuisse iudicavit. Qua in re eum erravisse iuste suspicari potes, nam pugna ad Koronowo commissa nonnisi ad Cruciferos a Cuiavia arcendos valuit (Z. Spieralski, *Bitwa pod Koronowem*, p. 48, 67).

⁵⁷⁰ Petrus Chorązyc Ryterski de Pisary et Rytro, cui insigne Topór erat, succamerarius reginae ab 1420, regionum filiorum marsalcus 1430–1457, magister curiae regiae ab 1434, gladifer Crac. ab 1438, burgrabius Crac. ab 1455, obiit 1458 (UC, p. 200; UM, p. 356; F. Sikora, PSB XXVI, p. 416–417). Pisary, villa in palat. Crac., 19 km ad NW a medio Cracoviae distat. Rytro, arx in palat. Crac. in terra Sandecensi 15 km ad S ab opp. Nowy Sącz sita.

⁵⁷¹ De Henrico Francogallo nihil certi scimus.

⁵⁷² Michaellem Kűchmeister in deditionem receptum ceteros autem captivos a Polonis domum remissos esse fontibus historicis confirmatur (W. Nöbel, *Michael Kűchmeister*, p. 40 et adn.).

⁵⁷³ Conradum Erkinger de Saynsheym, Seinsheim magistrum exercitus mercennariorum Cruciferorum fuisse fontibus Crucifericis docemur. Qui etiam in catalogo captivorum redimendorum a. 1411 conscripto enumeratus est (Soldbuch, p. 20; Biskup, *Z badań*, p. 703).

⁵⁷⁴ Conradus Trukleszesz, qui postea magister Conventus s. Ioannis de Łagów creatus est, in catalogo militum redimendorum a. 1411 confecto enumeratur. In opp. Łagów usque ad a. 1350 praefectura Conventus s. Ioannis fuit (Soldbuch, p. 21; Biskup, *Z badań*, p. 703). Łagów, Łagow, opp. in terra Lubucensi situm.

⁵⁷⁵ De Baltassar de Sluwno vel Glovno milite nihil certi scimus.

⁵⁷⁶ Ioannes, Hans Lebel sive Hannus de Lobel miles, Sigismundi Luxemburgensis socius, cuius nomen in libro stipendiorum militibus persolvendorum a. 1412 conscripto occurrit (Soldbuch, p. 19).

⁵⁷⁷ Zaclica de Korzkiew idem est atque supra dictus Zaklika Korzekwicki. V. adn. 303.

⁵⁷⁸ Id est 11 X 1410.

⁵⁷⁹ Ulricus de Ekingar sive Erkingar, Conradi Erkingar prope opp. Koronowo a Polonis capti frater fuit (Kuczyński, *Wielka wojna*, p. 532).

⁵⁸⁰ Id est 15 X 1410.

⁵⁸¹ Id est 16 X 1410.

⁵⁸² Qui in *Annalibus* sub a. 1409 occurrit. Cui Dlugossius insigne Topór (re vera Laska) perperam tribuit.

⁵⁸³ Petrus de Niedźwiedz, qui insigni Stary Koń (Antiquus Equus) utebatur, marsalcus curiae regiae 1410–1419, incisor curiae regiae 1414–1423, subdapifer Crac. ab 1433, exercitus ductor 1424 et 1431, ante 1438 obiit (UC, p. 189; UM, p. 349; ZDM VII, nr 1791; Z. Spieralski, *Bitwa pod Koronowem*, p. 58 sq.). Niedźwiedz, villa in palat. Crac., 2 km ad SE ab opp. Słomniki distat.

⁵⁸⁴ Hic de Nicolao Powala de Taczów, cui insigne Powala sive Ogończyk erat, agitur.

⁵⁸⁵ Ioannes Nos de Dobrków, cui insigne Topór erat, a. 1416–1456 occurrit (KDM IV, nr 1157, 1180; ZDM V, nr 1274, 1287; MSHG Cracoviae). Dobrków, villa in palat. Sand., 4 km ad NE ab opp. Pilzno distat.

⁵⁸⁶ Przbislaus Dzik de Kadlub de domo Doliwa, cap. Radomiensis 1423–1426, cast. Zarnowien-sis 1431–1436, ante 1438 obiit (UM, p. 337; Ł. Brożek PSB VI, p. 182 ubi quaedam corrigenda videntur). Kadlub, villa in palat. Sand., 16 km ad NE ab opp. Potworów distat.

⁵⁸⁷ De Nicolao Bielawski, insigni Ielita nihil certi scimus. Boniecki I, p. 214–217, familiam Bielawski, quae eodem insigni utebatur et villam Bielawy in Masovia possidebat, commemorat. Ubi Nicolaus a. 1452 occurrit.

⁵⁸⁸ Dlugossius Stanisłao Jelitko insigne Doliwa pro insigni Jelita perperam tribuit; hic de Stanisłao Jelitko de Gozna cast. Brescensi 1425–1445 agi videtur (UM, p. 44, 336; SHGK I, p. 821–822). Gozna, villa in palat. Crac., 8 km ad NE ab opp. Jędrzejów distat.

⁵⁸⁹ Dlugossius ei insigne Wieniawa recte tribuit, supra ad a. 1409 perperam de domo Pomian dictus est.

⁵⁹⁰ Cristinus Magiero de Goworzyczów, cui insigne Rawa erat, incisor curiae regiae 1414–1415, subpincerna Sand. ab 1431, burgrabius Crac. ab 1433, obiit 1444 (UC, p. 184; UM, p. 343; J. Wroniszewski, *Ród Rawiczów*, [t. 2]). Goworzyczów sive Gowarczów, opp. ab 1430, nunc villa, in palat. Sand., 15 km ad SE ab opp. Opoczno distat.

⁵⁹¹ Ioannes Rej de Nagłowice et Szumsko, cui insigne Oksza erat, a. 1393–1419 occurrit (ZDM I, nr 228; MSHG Cracoviae). Nagłowice, villa in palat. Crac., 14,5 km ad NW ab opp. Jędrzejów sita. Szumsko, villa in palat. Sand., 13,5 km ad NE ab opp. Szydłów distat.

⁵⁹² Grzymala, Grzymala Żernicki fortasse ortus de villa Żerniki in palat. Cal., quae ad familiam de domo Grzymala pertinebat (S. Kozierowski, *Badania nazw topograficznych dawnej zachodniej i środkowej Wielkopolski*, t. I, Poznań 1921, p. 391).

⁵⁹³ Ioannes Czelustka dictus Krzywy de Stradów, qui insigni Dębno utebatur, burgrabijs Crac. 1418–1445 (Fedorowicz, p. 127; W. Bukowski, *Burgrabiowie krakowscy*, nr 36, in texto machina scriptoria excuso; MSHG Cracoviae). Cui rex litteris Iunivladislaviae 11 XI 1410 editis pro meritis summam centum marcarum in villa Glinnik inscripsit (ZDM VI, nr 1748). Stradów, villa in palat. Sand. in terra Visliciensis, 8 km ad NE a Scarbimiria, Skalbmierz distat.

⁵⁹⁴ Swantopelcus, Świętopelk de Zawada et Irządze, cui insigne Lis erat, subpincerna Crac. ab 1438, obiit 3 V 1447 (UM, p. 86; SHGK II, p. 176–177). Zawada, villa in palat. Crac., 10,5 km ad SE ab opp. Lelów distat. Irządze, villa in palat. Crac., 8 km ad SE ab opp. Lelów distat.

⁵⁹⁵ Ioannes Grzymalka sive Grzymala, cui insigne Grzymala erat, succamerarius Sanocensis 1434–1452, burgrabijs Crac. ab 1435, obiit 1452 (UR, p. 276; Fedorowicz, p. 129, 131, 193; W. Bukowski, *Burgrabiowie krakowscy*, nr 58, in texto machina scriptoria excuso). Qui tenutarius villae regiae Pieczenięgi in palat. Crac. et villae Miejsce in terra Sanocensi, postea villarum Blogocice (SHGK I, p. 133) et Wola in palat. Crac. emptarum fuit.

⁵⁹⁶ Ioannes Budek de Zaborze et Natkowice, cui insigne Kopaszyna erat, subpincerna Premisliensis ab 1436, ante 1444 obiit (UR, p. 217, 407; Boniecki II, p. 226; MSHG Cracoviae). Zaborze, villa in palat. Sand., 18,5 km ad SE ab opp. Chęciny distat. Natkowice sive Hnatkowice, villa in terra Premisliensi, 15 km ad N a Premisla distat.

⁵⁹⁷ Nicolaus Słaka de Rudka et Lawszów, cui insigne Kopaszyna erat, secretarius ducis Vitoldi 1428–1430, vexillifer Sand. 1435–1444. Qui in catalogo captivorum a Cruciferis in opp. Złotoria 2 IX 1409 captorum, enumeratur (UM, p. 169; Biskup, *Z badań*, p. 695, nr 4; MSHG Cracoviae; S. Szybkowski, *Krzyżacki szpieg, lubelski mieszczanin i sandomierski chorąży*, p. 271–277). Rudka, villa in palat. Sand., 9 km ad NW a Tarnovia distat. Lawszów, sive Łapszów, villa in palat. Crac., 3 km ad NW ab opp. Koszyce distat.

⁵⁹⁸ De Ioanne Lion sive Leone origine Rutheno a Dlugossio a. 1414 commemorato nihil certi scimus.

⁵⁹⁹ Id est 11 X 1410.

⁶⁰⁰ De milite Nawir Dobrzinensi nihil certi scimus. Fortasse de Nawiro de Wilkowie in Masovia a. 1424 occurrente agi videtur (*Słownik staropolskich nazw osobowych*, IV, Wrocław 1974–1976, p. 24).

⁶⁰¹ Die 13 X litteris Iunivladislaviae editis rex incolis castrorum Tucholiensis et Choinicensis post oboedientiam praestitam benevolentiam ac gratiam suam promisit (*Kod. Lit.*, p. 166–117).

⁶⁰² Hic Dlugossius erravit, nam ep. Herbipolitanus Ioannes de Egloffstein 1402–1411, post eum autem Ioannes de Brunn fuit (Eubel I, p. 273). Archiep. Salisburgensi 1403–1426 nomen Eberhardus fuit.

⁶⁰³ Ioannes dux Sambicensis sive Monsterbergensis ducis Boleslai III et Euphemiae f. ducis Bythomiensis Boleslai f., obiit 27 XII 1428 (Jasiński, *Rodowód* II, p. 68–70).

⁶⁰⁴ Id est 26 X 1410.

⁶⁰⁵ Id est 27 X 1410. Regem Bidgostiae 27–28 X 1410 commoratum esse fontibus docemur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 56).

⁶⁰⁶ Id est 28 X 1410. De die pugnae, qui in diem 3 XI 1410 incidebat, data correctae et emendatae, cf. *Rozbiór* I, p. 129.

⁶⁰⁷ Ioannes Kolovrat de Kornobus, Kornhaus, Kornous, origine Bohemus, Albrechti f. de familia Kolovrat-Lipštejn, Sigismundi Luxemburgensis fautor, cuius mentiones in fontibus usque ad 1448 occurrunt (OSN XIV, p. 600).

⁶⁰⁸ Ioannes Zaiecz, Zajic, Moravius, curialis regius, Gulielmi f., heres de Bosovice, qui usque ad a. 1456 in fontibus occurrit (OSN XXVII, p. 392).

⁶⁰⁹ Henricus, Iindřich, Hynek Malovec Bohemus, f. Petri de Malovice et Libejovice prope Natolice in Bohemia media situs, qui insigni Pólkonia utebatur, in fontibus usque ad a. 1430 occurrit (OSN XVI, p. 723–725; Goll, p. 123).

⁶¹⁰ De Eduardo Reidburg Silesio nihil certi scimus.

⁶¹¹ De Henrico Zeband Lusatiensi nihil certi scimus.

⁶¹² Ioannes Powala iunior de domo Powala sive Ogończyk, fortasse supra iam dicti Nicolai Powala de Taczów frater iunior. In catalogo captivorum redimendorum a. 1411 conscripto, nomen cap. Powala de Pasłek enumeratum est. Pasłek castrum a rege duci Vitoldo donatum est (Biskup, *Z badań*, p. 708). Ioannes Powala cap. a duce institutus esse videtur.

⁶¹³ Szubin, opp. in Paluki, in palat. Cal. situm.

⁶¹⁴ Id est 1 XI 1410.

⁶¹⁵ Id est 2 XI 1410. Commoratio regis diebus 2–11 XI 1410 Iunivladislaviae aliis fontibus confirmatur (Gašiorowski, *Itinerarium*, p. 56).

⁶¹⁶ Rabiec – iuvenis falco (vel accipiter) ad venationem aptus.

⁶¹⁷ Id est 3 XI 1410.

⁶¹⁸ Hic de Canimiro de Kunracice et Ioanne Goly de Obichów et Strzalków iam supra explicatis agitur. V. adn. 520 et 521.

⁶¹⁹ De castro Sztum per tres hebdomadas a Cruciferis obsessio et captio, v. SRPr. III, p. 323.

⁶²⁰ Incendium quo opp. Radzyń a Polonis deletum est fontibus confirmatur (SRPr. III, p. 324–325).

